Et exurge domine deus meus).i.more exurgentis auxiliare mihi et cuſtodi me q̃ dormire videris quando non ſuccurris (in precepto).i.ſm iudicium (quod mandaſti) faciendo iuſticiam de meis ꝑſecutoribus ſicut tu mandaſti iudicibꝰ facere iuſticiam de malis. vel ex oppoſito ſuccurre ſeruantibus preceptum (quod mandaſti) vt diligamus inuicem. et ita (ſynagoga populorum).i. congregatio de diuerſis populis (circundabit te) et adherebit tibi ad te ex omni parte tanq̃ꝫ ad certum refugium et defenſorem ſuum currẽdo et de facto iuſticie te laudando.

**Et ꝓpter hanc in altum regredere: dñs iudicat populos**

Et propter hanc) ſcilicet congregationem (in altum regredere) oſtendendo altitudinẽ tue potentie et iniquorum punitõne et impiorum protectõne.i.fac eos ſcire et experiri tuam potentiam mittendo eis defenſionem cõtra hoſtes et ita erit: vnde et mutans perſonã ſubiungit (dominus iudicat populos) iudicio diſcretõnis et retributõnis. nunc pios ꝓtegens ꝛ malos ordinans. et poſtea vnicuiqꝫ ſm opera ſua reddens. Quia omnium eſt dominus et iudex generalis. Quod iudicium non timens ille ꝑfectus audet orare.

**Iudica me domine ſm iuſticiam meam et ſm innocentiã meam ſuper me.**

Iudica me domine) quia iudex es (ſm iuſticiam meam).i.ſcõm meritum iuſticie mee que eſt in faciendis bonis (et ſcõm innocentiam meam) que eſt in declinando a malis et non ſcõm deſiderium ꝛ voluntatem hoſtiuꝫ meorum. Felix anima et conſcientia que hec poteſt dicere: que iuſticia et innocentia ſunt (ſuper me) quia a deo ſunt: et de ſupernis habeo non a me. Ergo ꝙ anima iuſta eſt et innocens non per ſe habet ſed a deo. quaſi diceret. qꝛ iudex iuſtus es iuſte iudica me iuſtaꝫ ferendo pro me ſententiam. Sed iterum ante iudicium retributõnis.

**Conſummet̃ nequicia peccatoꝝ: et diriges iuſtũ: ſcrutans corda et renes deus.**

Conſummetur).i.conſummabitur et perficietur (nequicia peccatorum).i.perueniant ad ſummam nequiciaꝫ vt poſſit iuſtum iam venire iudicium. et hoc non optat ſed predicit. Sed quia non ſolum dictum eſt ſordidus ſordeſcat adhuc: ſed ꝛ iuſtus iuſtior fiat annectit ꝛ dicit (et) ex hoc (diriges iuſtum) vt patientia eius conſummetur et plus iuſtificetur quia mali ſunt occaſio directõnis bonorum. quod enim lima ferro hoc eſt malus bono (ſcrutans).i. videns ꝛ ſciens (corda) id eſt cogitatõnes (et renes).i. delectatõnes (deus)

ſcilicet quid quiſq̃ cogitet ⁊ quid quenq̃ delectet: et ideo videns eas bonas in iuſto dirigit eum: et non ſolum dirigit ſed et adiuuat. vnde ſubdit.

**Juſtum adiutoriũ meũ a dño: qui ſaluos facit rectos corde.**

Juſtum adiutorium meum) quo me iuſte adiuuat ꝯtra malos. (a domino) ſcilicȝ eſt (q̃ ſaluos facit rectos corde) qui in operibus ſuis rectam habet intentionē. Duo enim ſunt officia medicine. Unum quod infirmitatē ſanat. Alterum quod ſanitatem conſeruat. De primo dictum eſt ſupra ſaluum me fac propter miſericordiā tuam. De ſecundo hic dicitur. iuſtum adiutorium meum a domino qui ſaluos facit rectos corde. Et illa enī et iſta ſaluos facit: ſed illa ex egritudine ad ſalutem tranſfert. hec in ipſa ſalute conſeruat. Jbi itaq̃ eſt miſericors auxilium: quia nullum habet peccator meritum qui adhuc iuſtificari precatur. hic autem iuſtum auxiliū eſt: quia iam iuſto tribuitur. Sed o iniqui quorum iniquitas conſummatur.

**Deus iudex iuſtus fortis et patiēs nunquid iraſcetur ꝑ ſingulos dies.**

Deus iudex iuſtus) ſingulis ſcd̃m merita reddens (fortis) cui nemo poteſt reſiſtere. Et ne ideo ſine aliqua ſpe formidetur: ſubdit. (et patiens) quia modo in multa patientia malos tolerat et propter conuerſionem diſſimulat: metu iudicij terret et ſpem conuerſis promittit. et vere patiens quia. (nunquid iraſcetur per ſingulos dies) id eſt nunquid ſtatim infert penam cum aliquis committit offenſam. quaſi diceret. non. quia quamuis quotidie eum offendamus ipſe tamen quotidie nō iraſcitur ſed patienter expectat ad penitentiam: que ſi nō ſequatur durius damnat ⁊ augebit penam. Unde ne audita patientia ſecuri fierent pigri ſubiungit.

**Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrabit: arcum ſuum tetendit et parauit illum.**

Niſi conuerſi fueritis) o iniqui a via veſtra mala et penitentiam egeritis. dominus (gladium ſuum vibrabit) id eſt punitionem et vindictam manifeſtam exeret ſcilicet in futuro quando chriſtus choruſcabit ſuis lucens: impios terrens. et ne dicatis vobis nō fuiſſe predictum. (arcum ſuum) id eſt ſcripturam comminantem (tetendit) minando malis ne putetur remiſſa eius patientia (et parauit illum) per legis latores: per apoſtolos. per expoſitores promulgando et intelligibilem faciendo.

**Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.**

Et in eo) ſcilicȝ arcu ſcripture (parauit vaſa mortis) ſcilicet predicatores qui inobedientibus propinant de ea mortē. Unde apoſtolus. Alijs ſumus odor mortis in mortē ſed alijs ſunt ſagitte et odor vite. vnde ſequitur (ſagittas ſuas) ſcilicet eoſdem predicatores (ardentibꝰ) deſiderio verbi et diuino amore flagrantibus (effecit) id eſt efficaces et fructuoſas fecit vt corda eorum pungendo vitam eis propinarent. Uel (ſagittas ſuas) id eſt ſcripture ſententias cito penetrantes (ardentibus) predictis (effecit) id eſt efficaces boni operis per ipſos predicatores fecit. Deinde tangit illorum malorum culpam. d.

**Ecce parturit iniuſticiam concepit dolorem: et peperit iniquitatem.**

Ecce) autem iniquus concepit ex ſuggeſtione diaboli per conſenſum in peccato cui debetur dolor. qui bene dolor dici poteſt ſcilicet malum et peccandi voluntatem in corde ponendo per deliberationem quia mala voluntas ipſa ſe torquet: ipſa ſui ſupplicium eſt (parturit) ſcilicet ipſum peccatum ad effectū producere conando: quia parturire eſt niti parere (iniuſticiam) a iuſticie regula diſcordando. (et peperit iniquitatem) per operationem: ipſius iuſticie rectitudinē impugnando: ſcilicet peccatum extra opere perficiendo per deliberationem. Jnordinatio littere inordinationem peccati ſignat. Malus enim primo concipit voluntatem peccandi. ſecundo parturit per conatum adimplendi. tercio parit in actu peccandi. Et ſic

**Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foueam quam fecit.**

Lacum) inferni (aperuit) concipiendo (et effodit eum) parturiendo (et incidit in foueā quam fecit) pariendo. Uel (Lacum aperuit) malum proximo machinando (et effodit eū) huic rei ſtudium adhibendo (et incidit) id ē cadit (in foueam quam fecit) alteri. malum ꝑpetrando quia prius in ſe q̃ in aliū peccauit Jniquitas enim prius ledit cor iniuſtū vnde procedit q̃ hominem iuſtum in quem accedit. Prius fraudator leditur damno innocentie q̃ alius pecunie. vnde ſequitur.

**Conuertetur dolor eius in caput eius:**

et in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.

Conuertetur dolor eius) quem concepit (in caput eius) id eſt mentem (et in verticem ipſius) id eſt rationem (iniquitas eius) quā peperit (deſcendet) quaſi cum impetu id eſt peccatum et malum ſuum in animam eius reuertetur et in ipſum retorquebitur. Recte erit iniquitas eius ſuperior et ipſe inferior: cum ipſe iniquitati ſue ſponte ſe ſubdiderit. et in illum deſcendet quia grauat eum et onerat et cor ſurſum leuare et ad requiem ſanctorum volare non ſinit. hoc fit cum in homine peruerſo ſeruit ratio ⁊ dominatur libido. Et quia hec ꝑfectus iſte iam euaſerat laudat deum et dicit.

**Confitebor dn̄o ſm̄ iuſticiā eius: et pſallam nomini dn̄i altiſſimi.**

Confitebor) ergo (domino) cōfeſſione laudis. id eſt laudabo dominum (ſcḋm iuſticiaʒ eius) id eſt pro iuſticia vel propter iuſticiam eius quia iuſtus eſt et ſic bonos protegit et malos iuſte punit. (et pſallam) recte operando. bene viuendo. ſpiritualiter gaudendo. Pſallere enim iuſtorum ad gaudium pertinet ſicut penitentia peccatorum ad triſticiaʒ. (nomini domini altiſſimi) id eſt ad honorem nominis dei non gloriam meam querendo Hoc etiam poſſet legi de confeſſione peccati quaſi diceret. ſicut deus pure eſt iuſtus et ſine omni labe peccati et iniuſticie ita ego pure confitebor peccata mea ſine omni excuſatione et velamine. Poteſt etiaʒ hic pſalmus in perſona chriſti intelligi: ſi ea que ibi humiliter dicta ſunt ad noſtram infirmitateʒ quam ipſe chriſtus geſtauit ſcilicet ad humanam eius naturam referantur. Oratio.

¶ Scrutator cordis deus libera nos a perſequentibus nos et da nobis in tui expectatione iudicij firmam cuſtodiaʒ mentis vt nō retribuamus inimicis mala ꝓ bonis. Per d.

¶ Pſalmus de chriſti magnificentia honore et gloria cuius gratia et virtute cōſtituta et corroborata eſt vniuerſalis eccleſia. Ps. viij.

## Domine dominus

noſter: ꝙ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

Auctor pſalmi propheta dauid. Titulus talis eſt. In finem pſalmus dauid pro torcularibus. Hoc eſt pſalmus iſte eſt Dauid prophete. dirigens nos in finem ſcilicet chriſtū qui eſt finis noſter. Et agens pro torcularibus id eſt eccleſijs quia hic agitur de conſtitutione et cauſa conſtitutionis eccleſie que hic bonos et malos ſimul continet ſicut torcularia vinum et acinum. Torcularia ſunt martyria vbi corporibus calcatis anime ad celum tranſeūt: et corpora in terra putreſcūt. Et quia hec fiunt in eccleſijs ideo et ipſe eccleſie torcularia dicuntur. Poſſunt etiaʒ per torcularia quiqꝫ fideles intelligi ſm̄ hoc ꝙ tolerant aduerſa huius mūdi. Quia ergo ſupra oſtendit quid bonis pro ſua iuſticia et quid malis pro ſua iniuſticia debeatur: conſequenter nunc agit de conſtitutione eccleſie in qua hic boni et mali neceſſario admiſcentur qui ſimul incipiunt creſcunt et conſummantur ſʒ boni in bonis ⁊ mali in malo. In futuro vero ſepabuntur non ſolum affectu vt hic ſed et loco. vnde monentur boni patientiam habere: et malos non ſolum patienter ſed et gaudenter tolerare. Materia: chriſti magnificentia et exaltatio. Intentio: chriſtum magnificare et eius inimicos ſcilicʒ iudeos et alios confundere: omneſqꝫ ad fidem chriſti inuitare. Sententia in generali propheta in iſto pſalmo in perſona eccleſie et omnium fidelium laudes domino noſtro ieſu chriſto decantat maieſtatem atqꝫ magnificentiam nature diuine ac humiliationem et exaltationem nature humane ſuper omnes creaturas in ipſo breuiter confitendo. Sententia in ſpeciali: a laude ergo incipiens propheta ait. (Domine) omnium per potentiaʒ et generalem gubernationem qui es (dominus noſter) ſpecialiter per cultum et venerationem (ꝙ) id eſt quantum (admirabile) id eſt valde admirabile et grande (eſt nomen tuū) id eſt gloria et fama (in vniuerſa terra) nō tm̄ in iudea: quia a ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum laudabile nomen domini. quaſi diceret. Tu domine notus eras in iudea tm̄ et in iſrael magnum nomen tuum. apparuiſti inter nos mortuus es propter nos. ſurrexiſti. aſcendiſti in celum. miſiſti apoſtolis ſpiritū ſanctū. quibus predicantibꝫ: in omnem terram exiuit ſonus eorum. Et nomē tuum glorioſum quod erat notum in gente vna factum eſt admirabile in vniuerſa terra. Eſt terra viuoruʒ ſcʒ celum. terra mortuoruʒ ſcʒ infernus. terra viuentium et morientium ſcʒ mundus. et in his omnibus eſt nomen domini admirabie et glorioſum.

**Quoniā eleuata eſt magnificentia tua: ſuper celos.**

Quoniam eleuata eſt)loco(magnificentia
tua)id eſt dignitas tua et gloria de terrena
humilitate(ſuper celos)ad litteram. vel(ſup
celos)omnes. id eſt ſuper omnem eminentiā
ſanctoꝝ et ſup omnes rōnales creaturas etiā
celeſtes ⁊ angelicas q̄s excedit.q.d. A mor-
tuis reſurgēs in celū aſcendiſti.et qui hūilis
videbaris magnificus apparuiſti. hinc enim
apparet q̄s deſcēderis cū innotuit q̄ aſcende-
ris. Et ideo q: magnificatus in gloria ſubli
matus es ſup om̄es celos et ſup oēs etiā cele
ſtes ierarchias nō eſt mirum ſi nomē tuū eſt
per orbem terrarum mirifice ſublimatū. val
de etiam es mirabilis ꝓpter opera tua mirabi
lia et magna. Nam

**Ex ore infantiū et lactentiū ꝑfeciſti lau-dem ꝓpter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum et vltorem.**

Ex ore infantium et lactentium).i.ſugen
tium ſcilicet puerorum hebreorum(perfeci-
ſti laudem)quando in templo clamabant et
te laudabant confitendo tuam diuinitatem.
Vel(ex ore infantium et lactentium).i.apo-
ſtolorum(perfeciſti laudem) quia ab horum
predicatōne creuit eccleſia.et tam hi q̄ȝ illi di
cuntur infantes et lactentes non pro etate ſȝ
pro ſimplicitate. quaſi diceret.non ſolum a
perfectis ſed etiam ab incipientibus et imp-
fectis predicaris et laudaris: quod eſt laus
perfecta. Si enim ſoli perfecti eſſent in eccle-
ſia non ita conſuleretur humano generi.et h
facis(ꝓpter inimicos tuos)ſcilicet gentiles
mundi ſapientes confutandos ne videatur
hec ſapientia humana ſȝ diuinitus data. q:
ſtulta mundi elegit deus vt confunderet ſa-
ſapientes.et bene dicit inimicos quia ſapien
tia carnis inimica eſt deo.(vt deſtruas inimi
cum).i.errorem iudaicum chriſti et chriſtia-
ni nominis perſecutorem(et vltorem)alia lit
tera defenſorem.i.hereticum qui ſe dicit veri
tatis defenſorem cum tamen tanq̄ȝ vltor im
pugnet eandem. Quos tu domine confudi-
ſti et deſtruxiſti cum te aſpirante ad fidem tu
am venerunt paruuli:et in ſuo errore reman
ſerunt philoſophi ac legiſꝑiti ⁊ heretici.vn-
de et ſubditur .ff.

**Quoniā videbo celos tuos opa digitoꝝ tuorum: lunam et ſtellas que tu fundaſti.**

Quoniaȝ videbo).i.iam per ſpiritum ſan
ctum preuideo(celos tuos).i.apoſtolos. De
quibus alibi dicitur Celi enarrant gloriam
dei.qui ſunt(opera digitorum tuoruȝ)quia
operatōne ſpiritus ſancti.qui digitus dei di
citur.inſtructi ſunt et perfecti. Dicitur auteȝ
hic pluraliter digitorum propter plura eius
dona cum ſit vnus ſicut plures digiti ſunt
in vna manu. video etiam(lunam).i.eccleſi
am vniuerſalem(et ſtellas).i.eccleſias ſingu-
lares per diuerſa loca diuiſas.vel doctores
alios qui vel quas ſcilicet lunam et ſtellas
(tu fundaſti) in fide et ſolidaſti non illi quia
apoſtoli miniſtri ſunt edificatōis tu vero au
ctor et fundator:a quo ſicut a ſole iuſticie ec
cleſia accipit lumen ſuum. Unde Gregorius
Dicendo lunam et ſtellas ⁊ tacendo ſolem in
dicauit quia illi ſoli locutus eſt qui non ſo-
lum ſolem et lunam ⁊ ſtellas corporaliter ſed
et lunam eccleſiā atq̄ȝ ſtellas omnes ſanctos
ſpecialiter fecit.per hos ergo deſtruitur ini-
micus et vltor acerrimus. Deinde eſt vox ꝓ
phete ad patrem de chriſto.

**Quid eſt homo ꝙ memor es eius: aut filius hominis qm̄ viſitas eum:**

Quid eſt homo)qui licet vilis et miſer et
quale merituȝ eius(ꝙ memor es eius) in bo
num et ad conſolatōnem ſcilicȝ miſerendo et
a peccato et morte liberando.q̄ſi diceret. nul
lum eſt hominis meritum dei benaficio di-
gnum(aut quid eſt filius hominis)ſcȝ virgi
nis.i.homo chriſtus ſcilicet comparatōe tui.
(quoniam viſitas eum)in vnitate diuini ſup
poſiti aſſumendo.ac in tanta dignitate ⁊ ma
gnificentia conſtituendo. hoc dicit quaſi in
admiratōne terreni hominis ⁊ celeſtis quos
omnipotens pater viſitat:vnum per miſeri-
cordiam mirabiliter reuelans:alterū per di-
uinitatis gloriam ineffabiliter exaltans.

**Minuiſti eum paulominus ab angelis: gloria ⁊ honore coronaſti eū:et ꝯſtituiſti eum ſup opera manuū tuaꝝ:**

Minuiſti eum paulominus).i.parū mi-
nus(ab angelis).i.minoreȝ feciſti eum q̄ȝ an
gelos q̄ ad paſſibilitatē et mortalitatē.ſed ma
ior eſt eis in oībus aliȷs:ideo poſtea(gloria)
id eſt incorruptibili claritate corporis(et ho
nore)vt omnibus ſit venerabilis. Gloria enī
eſt in ſe ad alios. Honor in ſe ab aliȷs(coro-
naſti eum)quia circulus mundi ad fidē eius
venit. Vel feciſti eum caput eccleſie que eſt ꝑ
te coronata in operibus bonis.(et conſtitui-
ſti).i.firmiter ſtabiliſti(eum ſuper opera ma-
nuum tuaruȝ)dando ei p̄tātem ſup ea vt oīa
ſint ei ſubiecta.et ergo etiam ſuper angelos
a quibus eum minuiſti.vnde alibi ipſe dicit.

Data eſt mihi omīs poteſtas in celo et in terra. Ideo ſequitur.

**Omīa ſubieciſti ſub pedibus eius: oues et boues vniuerſas: inſup et pecora cāpi**

Omnia) ſcilicet ſupiora et inferiora et media (ſubieciſti ſub pedib9 eius) id eſt ſub dominio et poteſtate eius ſubiectione occulta vel manifeſta: voluntaria vel neceſſaria. vt ei flectatur omne genu celeſtium terreſtrium et infernorum. Deinde magis in ſpeciali hoc exprimit dicens. (oues et boues vniuerſas) Per oues innocentes et ſimplices in eccleſia intelliguntur qui ſub regimine paſtorū humiliter viuunt. Per boues ipſi rectores deſignantur qui operando terrenos fructificare faciunt. et hec duo de angelis et hominibus dicuntur. et quia non tm̄ bonos ſed et malos ei ſubiecit recte q̄ſi diſtinguēdo a predictis ſanctis ſubiūgit (inſup et pecora campi). i. carnales more pecorū in amplitudine campi voluptatū et in latitudine vie que ducit ad mortē vagantes: nō in montibus virtutum habitantes et nihil arduum nihil laborioſum aſcendentes.

**Volucres celi et piſces maris: qui pambulant ſemitas maris.**

Volucres celi). i. ſuperbos in celū os ſuū ponentes qui cogitatōne et locutōne tumidi et elati dum ceteros ſe inferiores penſant mēte quaſi in altum volant. (et piſces maris). i. curioſos (qui pambulant ſemitas maris) q̄ ſequunt̄ preterfluentia huius ſeculi et hec temporalia que tanq̄ ſemite in mari cito euaneſcunt in profundo huius ſeculi pertinaci ſtudio inquirunt. In his aūt tribus ſcꝫ voluptate. curioſitate et ſupbia cōcluduntur oīa vicia ſcꝫ cōcupiſcentia carnis. ꝯcupiſcentia oculorum et ſupbia vite. de his fuit primus homo ſuperatus et chriſtus tentatus. Et quia tam mirabilis ⁊ tantus eſt chriſtus: ip̄m qui eſt principiū et finis laudemus in principio et in fine et nunq̄ a laude eius ceſſemus. dicentes ergo. o.

**Dn̄e dn̄s noſter: q̄ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.**

Dn̄e dn̄s noſter) et omniū (q̄) ineffabiliter (admirabile) et magnū (eſt nomē tuū). i. honor tuus et fama. (in vniuerſa terra) et vbiq̄ per omnia. Ecce concluſio quo totum tendit. Decenter autem principium repetit ⁊ ad caput redit oſtendens initiū et finē boni ad deum referendum. Notatur et per hoc ꝙ cum a deo originē traxerimus. q̄uis ab eo per peccatum deuiemus ad ip̄m tamē in fine reuerti debemus. et in ip̄o vitam nr̄am et opera cōcludere et tūc experta miſericordia merito dicere poterim⁹ hoc verbū Dn̄e dn̄s noſter q̄ admirabile eſt nomen tuū.

Oratio

Admirabile nomē tuum oīpotens deus ſupplices exoramus: vt qui omnē creaturam ad vſus hoīs ſubieciſti nos ad tue ſeruitutis officiū dignos efficere digneris. Per do.

Exhibitio laudis diuine propter duplex iuſtum iudicium chriſti in aduentu eius duplici et propter deiectionem antichriſti

ps. ix.

**Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo oīa mirabilia tua.**

Auctor pſalmi propheta Dauid. Titulus hic eſt In finem pro occultis filij pſalmus dauid. id eſt pſ ille Dauid prophete qui hic loquitur in perſona eccleſie: dirigens nos in finem id eſt in chriſtum qui eſt finis omī credenti. eſt pro occultis id eſt agit de occultis. filij ſcilicet dei. i. de humili aduentu chriſti: occulto iudeis ſed vtili gentibus. et de iudicio preſenti id eſt pena qua nūc quiſq̄ vel exercetur ad purgatōnem vel admonetur ad conuerſionem vel ſi contemnit excecatur ad damnationem. Alia autē eius ſcꝫ aduentus ſecundus et iudicium vltimum erunt manifeſta omnibus. Poſtquam ergo egit de conſtitutione eccleſie in qua boni et mali admixti nunc ſeparantur animo ſed poſtea etiam loco: nunc agit de vtroq̄ iudicio ſcilicꝫ preſenti quo prima et futuro quo ſecunda fit ſeparatio. Materia: duplex chriſti iudiciū preſens et occultum ſcilicet diſcretionis. futurum et manifeſtum ſcilicꝫ diſcuſſionis. Intentio: vt homines ad hoc credendum et deum ſuper hoc laudandum inducat. Sententia in generali propheta in iſto pſalmo in perſona eccleſie dicit ſe letum domino ieſu chriſto toto corde pſalliturum quia tempore iudicij diſcretionis iuſto iudicio ſibi tradito reprimit diabolum iniquum humani generis inimicum gentiles ad fidem conuertendo ac obſtinatos laqueis mortis inuoluendo et interficiendo populumq̄ catholicum afflictum et abiectum liberando. Et tempore iudicij diſcuſſionis ipſum antichriſtum quo ſe contra deum eleuans populum chriſtianum et

fidelem duriſſime ꝑſequet̃ deijciendo et ipm̄ populũ chriſtianũ quaſi orphanũ ⁊ pupillũ derelictũ eripiendo occultũ. Etiã iudicium eſt pena qua q̃s vel exercet̃ ad purgationem vel admonetur ad ↄuerſionem: vel ſi cõtemꝑerit excecat̃ ſeu exercetur ad damnatõem. Qui nõ corrigit̃ iſto occulto iudicio digne puniet̃ illo futuro manifeſto. Sñia in ſpeciali ꝓpheta ergo letus pſallit ꝓ iuſto chriſti iudicio in vtroqꝫ aduentu ſuo dicẽs (Confitebor tibi dñe) ↄfeſſione laudis et graꝝ actionis (in toto corde) et affectu (meo) nõ diuiſo et nõ in pte ſicut qui quedã opa dei approbant quedã blaſphemãt ſꝫ ego in nullo de ꝓuidentia dei dubito ſed oĩa recte agi ſentio: et etiã (narrabo) alijs (oĩa mirabilia tua) que me ad narrandũ docuiſti. vel oĩa ↄphendit nõ ſingula generum ſꝫ genera ſinguloꝝ ſcꝫ tã viſibilia q̃ꝫ inuiſibilia tam ſpũalia q̃ꝫ corporalia. Ille etiã in toto corde deũ laudat q̃ nullũ angulũ cordis in quo terrenũ aliquid lateat ſibi reſeruat ſꝫ totũ in laude dei expendit. Nec ſolũ narrabo alijs ſꝫ etiã apđ me.

Letabor et exultabo in te: pſallã nomini tuo altiſſime.

Letabor) interius mente (et exultabo) exterius corpe. intenſam leticiã exterioribꝫ ſignis et geſtibꝫ oſtendendo (in te) et in mirabilibus tuis qui es veritas nõ in ſeculo et eius cõcupiſcentijs qđ eſt vanitas qꝛ nõ niſi in deo eſt vera leticia. (pſallam). i. laudabo ope bono. (nomini tuo). i. ad honorẽ nois tui oĩa tibi tribuens vt modo exemplo pſallant et alij tibi. o (altiſſime) qui ſm̃ ſubam hic nõ plene cognoſceris. Sit ergo leticia ſpiritalis in mẽte: ſit ſancta hilaritas in corpe: cõcordet diuina laus cũ recta opatõne. Cauſam autẽ laudandi ſuꝑponit quia

In cõuertendo inimicũ meũ retrorſũ infirmabunt̃ et ꝑibunt a facie tua.

In ↄuertendo). i. dũ cõuerteres (inimicũ meũ) ſcꝫ diabolũ (retrorſum). i. qꝛ ex eo ꝗ diabolum qui ante aduentũ tuũ vt dux mortis ꝓcedebat quẽ peccatores ſequebant̃ ↄuertiſti retro amiſſo iure vt nũc ſequat̃. fugiẽtes enĩ iuſtos ꝑſequitur ſed inaniter qꝛ habent modo te deũ ducẽ et refugiũ (infirmabunt̃) ſcꝫ ipſe diabolus et miniſtri ac membra eius ne nocere poſſint nũc bonis (et peribũt) in die iudicij (a facie tua) ſcꝫ impugnatõis et vindicte vel grẽ et glorie qñ tollentur ne videant gloriam dei et mittentur in ignẽ eternũ. Inde etiã letabor.

Nam feciſti iudiciũ meũ et cauſam meã: ſediſti ſuꝑ thronũ qui iudicas iuſticiã.

Nam feciſti iudiciũ meũ et cãm meã) iuſto iudicio licꝫ nobis occulto ſepaſti ⁊ diſtinxiſti me et fideles credentes ab infidelibꝫ obſtinatis. et bene dicit meũ et meam qꝛ ꝓ me et ad vtilitatẽ meã fuerunt (ſediſti ſuꝑ thronũ) iudiciarie ptãtis tanq̃ꝫ rex et iudex potentiſſimus et iuſtiſſimus faciendo iuſticiã ꝑdicte diſcretõnis (qui iudicas iuſticiã). i. iuſte ad differentiã eoꝝ qui iudicant iniquitatẽ. q. d. in hoc facto oſtendiſti te ſedere ſuꝑ ſoliũ iuſticie. i. habere ptãtem iudicandi ſicut iuſtus iudex. vel (Nam feciſti iudiciũ) quo iudicat9 es (meũ). i. mee inſeruire vtilitati et ad meam valere liberationẽ et (cauſam) qua pulſatus es et damnatus feciſti (meã). i. mihi vtilẽ (ſediſti) poſt reſurrectõꝫ (ſuꝑ thronũ) ad dexteram pr̃is (qui iudicas iuſticiã) et iuſte nũc in iudicio diſcretõnis et in fine iuſte iudicabis in iudicio diſcuſſionis.

Increpaſti gentes et perijt impius: nomẽ eoꝝ deleſti in eternũ. et in ſclm ſcli

Increpaſti) et terruiſti ꝑ apl'os et ꝑdicatores (gentes). i. gentiles de pcc̃is ⁊ infidelitate ſua. (et perijt impius) qꝛ iuſtificatus factus eſt pius. hinc ſcriptũ eſt verte impios et non erũt. et etiam (perijt impius) diabolus amiſſa poteſtate. (nomen eoꝝ deleſti) deleuit dñs noĩa impioꝝ q̃ enĩ prius idolatre et filij diaboli dicebantur cõuerſi nunc iuſti et filij dei vocantur et etiã noĩa deoꝝ perierũt de terra fidelium (in eternũ). i. omnino (et in ſeculũ ſeculi) ſeculum eſt hoc pñs tps. ſeculum ſeculi eſt eternũ qđ incõmutabiliter cõſiſtit cuius hoc ſeculũ imago eſt et vmbra.

Inimici defecerunt framee in finem: et ciuitates deſtruxiſti.

Inimici) ſcꝫ ipius diaboli (defecerũt) ꝑ tuos ꝑdicatores (framee) ſcꝫ rebelliones et diuerſi errores quibꝫ tanq̃ꝫ gladijs aĩas occidit (in finem). i. ꝑ chriſtum quia poteſtas et virtus eius eſt valde diminuta et ex parte defecit ꝑ chriſtũ in aduentu primo ſed totaliter et plenarie deficiet in ſecundo. (et ciuitates) id eſt munitõnes ſcꝫ malos hoĩes et eoꝝ cõſpirationes in quibꝫ diabolus regnabat (deſtruxiſti) excluſo inde diabolo principe vt ſeruiant iuſticie et non regnet peccatũ in noſtro mortali corpe. Et ideo

Perijt memoria eoꝝ cũ ſonitu: et dñs in eternum permanet.

Perijt me. eoꝝ). ſ. ipioꝝ apđ deũ ne puniat

et tū(cum ſonitu).i.cum multo ſtrepitu et re
pugnantia nam cum impietas euertitur ſtre
pitus fit. quia non venit ad ſummam pa=
cem niſi qui magno ſtrepitu ⁊ tumultu cum
vicijs pugnauerit et ideo validus et fortis
cōgreſſus cū vicijs eſt habendus(perijt) etiā
(memoria)et ritus idoloꝝ apud ꝯuerſos ad
fidem(cū ſonitu)ꝑdicatōis ſanctoꝝ. et(dn̄s
ineternū ꝑmanet)in ꝯuerſis vbi expulſo dia
bolo iam impietas locū nō inuenerit. vel(in
eternū ꝑmanet)qꝛ regnū chriſti ſtabile eſt in
eternū ergo impij fruſtra niſi ſunt ꝯtra eū.

Parauit in iudicio thronū ſuū: et ipſe
iudicabit orbem terre in equitate:iudica
bit populos in iuſticia.

Parauit in iudicio)iuſto ſꝫ nobis occulto
(thronū ſuū).i.iudiciariā ꝑtātem quo ad iu=
dicium diſcretōnis fideliū ab infidelibꝫ. vel
(parauit in iudicio).i.cū iudicatus eſt(thro
num ſuū).i.ſedē iudiciariā qꝛ ꝑ patientiā ac
quiſiuit iudicij ꝑtātem(et ipſe) qui iudicauit
in occulto etiā iudicatus eſt in hūilitate.tan
dem(iudicabit)in apto et in maieſtate(orbē
terre).i.oēs hoīes orbē inhabitantes(in eq̄=
tate)nemini ꝑcens oībꝫ equa retribuēs ⁊ me=
ritis digna reddens.(iudicabit ꝑp̄los in iu=
ſticia)teſtimoniū ꝑhibente illis ꝯſcientia et
cogitatōibꝫ accuſantibꝫ ſeu defendentibꝫ.

Et factus eſt dn̄s refugiū paupi: adiu=
tor in oportunitatibꝫ in tribulatōe.

Et)interim ne inimicus retro ꝯuerſus no
ceat(factus eſt dn̄s)qui iudex eſt(refugiū)in
malis vitandis(paupi)ſpū ſcꝫ ꝑp̄lo catholi=
co nō ꝑmittēs eum tentari ſupra id qđ ꝑt et
etiā(adiutor)in bonis agendis(in oportu=
nitatibꝫ).i.in his in quibꝫ opus eſt vel in tē=
pore oportuno ſcꝫ in(tribulatōne)dulce eſt
auxiliū qđ in neceſſitate datur. Tribulatōes
bene dicit oportunitates qꝛ non ꝯuertit̄ aīa
ad deū niſi cū ab hoc ſeculo auertit̄ nec opor
tunius a ſeculo auertit̄ niſi cum voluptatibꝫ
eius labores ⁊ dolores miſcentur.

Et ſperent in te qui nouerūt nomē tuū:
qm̄ nō dereliquiſti querentes te dn̄e.

Et)ideo o dn̄e(ſperent)ꝑ ſpem(in te)non
in ſe nō in ſeculo(qui nouerūt nomē tuū)per
verā fidem. Nomē dei dn̄s eſt qđ nomē bn̄
nouit q̄ libēter ei vt dn̄o ſuit et ꝯtēpto amore
terrenoꝝ ſe dominio eiꝰ ſupponit. vel nomē
dei eſt qui eſt qđ bn̄ nouit qui ſpem non po=
nit in tranſitorijs ſꝫ in illo qui habet verum
eſſe.(qm̄ nō dereliquiſti)ſubtrahendo grām
et ſi ad tp̄s videris derelinquere exponēdo

ꝑſſuris ad ꝓbationē vel ad coronā vel ob ali
am cauſam bonā(querētes)ꝑ charitatem(te)
non aliud o(dn̄e)cum quo nemo ꝑt querere
tranſitoria. Et vt ſpes vr̄a nō ſit caſſa.

Pſallite dn̄o qui habitat in ſyon:annū
ciate inter gentes ſtudia eius.

Pſallite dn̄o).i.mandata eius ſeruate ⁊ qđ
ꝑdicatis implete grās agendo voce laudis
et ꝯſonantia oꝑis ſicut in ps̄ fit ꝯſonātia vo
cis cū organo(qui habitat in ſyon)qđ eſt ſpe
culatio.i.in ſpeculatoribꝫ veri boni. vel in ec
cleſia que nūc ꝯtemplat̄ deū ꝑ ſpeculū. queli
bet eni ſpeculatio errat niſi in ea dn̄s habitet
et ita(annūciate inter gentes).i.ꝑdicate alijs
(ſtudia eius)pia que habet erga ſuos.i.dili=
gentiam magnā quā habuit ⁊ habet erga no
ſtram ſalutē et vtilitatē vel(ſtudia)ſunt eius
mandata in quibꝫ ſtudendū eſt. Conſtanter
aūt ꝑdicate et nō timeatis mortem.

Qm̄ requirens ſanguinē eoꝝ recorda=
tus eſt:nō eſt oblitus clamorē pauꝑm.

Qm̄ nō eſt oblitus)ineternū(clamorē pau
perum)ſpū.i.humiliū ſcꝫ martyrū et iniuſte
oppreſſoꝝ clamantiū ad deū loquit̄ ſm̄ affe=
ctum infirmoꝝ qui oblitū putant deū qꝛ nō
cito facit qđ volunt(ſꝫ requirēs)vltōne(ſan
guinem eoꝝ)de hoſtibꝫ ⁊ inultū nō relinq̄ns
(recordatus)et miſertus(eſt)clamoris eoruꝫ
conſolando eos et glorificando.recordatus
eſt quidē nō poſt obliuionē ſed poſt dilatōeꝫ
Nūc aūt ſanguinē requirit de manu tyran=
norum aliq̄n ꝑ penā tꝑalem aliq̄n ꝑ eternaꝫ
aliq̄n vtroqꝫ modo. Et ſubdit q̄s ſit clamor
iſte dicēs in ꝑſona paupis cuiuſlibꝫ ⁊ eccl̄ie.

Miſerere mei dn̄e:vide humilitatē me
am de inimicis meis.

Miſerere mei dn̄e)mihi ꝯpatiendo qꝛ in
miſeria ſum. vide intuitu miſericordie.i.at=
tende et adiuua. Aſpectus eni dei auxilium
eſt.(humilitatē meā).i.afflictōeꝫ et dolorē(de
inimicis meis).i.a tyrannis mihi illatā. vel
quanta ſit humilitas et afflictio mea ꝑpende
de inimicis meis. de ſuꝑbia eni inimici eſti=
matur humilitas patientis qꝛ tantū hic hu
miliatur quantū ille extollit̄. Tu dico vide.

Qui exaltas me de portis mortis: vt an
nunciem omnes laudatōes tuas in por=
tis filie ſyon.

Qui exaltas)id eſt elongas et liberas me:
(de portis mortis)id eſt de ꝓrauis ꝯcupiſcē
tijs et actionibꝫ que ſunt introitus quibus
itur ad mortem anime.(vt annunciē oēs lau
datōnes tuas).i.oīa laudabilia ꝑcepta tua et

pꝛedicatōnes vnde lauderis exiſtens (in poꝛtis filie ſyon). i. in bonis ſtudijs ⁊ actōibus quibꝫ in eccleſia itur ad celeſtez hieruſalē ibi eni bñ annūciant̃ laudes et iuſticie dei nō in poꝛtis moꝛtis et pcc̄i.. Filia ſyon eſt ecc̄ia. ſyon eni oēs ecc̄ias mundi generauit. qꝛ ibi natum eſt vñ fides incepit. vel exiſtētibꝫ (in poꝛtis filie ſyon). i. in ſacramentis ⁊ initijs fidei et in doctrina aploꝝ et ꝓphetaꝝ. Et ideo.

**Exultabo in ſalutari tuo: infixe ſunt gentes in interitu quem fecerunt.**

Exultabo) et gaudebo ſcꝫ qꝛ me exaltas. (in ſalutari tuo). i. in ſalute qua ſic me ſaluas nō in merito meo ꝑ te eni ſaluamur qui coꝛda nr̄a de vana leticia huiꝰ ſeculi trāſfers vt in te veracit̃ gaudeamꝰ. ego quidē exultabo ſꝫ gentes nō (qꝛ infixe). i. intus fixe ſunt clauis peccatoꝝ gētes que volūt occidere ſctōs (in interitu quē fecerunt) ſcīs: occidendo eni coꝛpa iuſtoꝝ interfecerūt aīas ſuas. Iniquitas eni ſua eſt cuiqꝫ malo hoī pena. i. cā pene vnde ſubdit.

**In laqueo iſto quē abſconderūt: cōpꝛehenſus eſt pes eoꝝ.**

In laqueo iſto quē abſconderūt). i. in fraude quā ad fallendū tegunt (ɔp̄henſus eſt pes eoꝝ). i. alligatus eſt eoꝝ affectꝰ qꝛ laqueis inextricabilibꝫ inuoluunt̃: nūc reatus ⁊ culpe et in futuro damnatōis et pene. vnuſquiſqꝫ eni pꝛius cadit in laqueū quē alteri parat ad cadendū et pꝛius in ſe peccat ꝙ̄ in alterū. nā qui aliū pſequit̃ eo interitu moꝛit̃ q̄ ſe alium occidere arbitrat̃. vñ cōiter dicit̃. Sepe ſagittantē didicit referire ſagitta. recte ergo ſubiūctum eſt. Tandem

**Cognoſcet̃ dñs iudicia faciēs: in opibꝫ manuū ſuaꝝ ɔpꝛehenſus eſt peccatoꝛ.**

Cognoſcet̃ dñs) in futuro iudicio ab oībus (iudicia faciēs) manifeſta q̄ nūc facit occulta. tūc eni ſecernet nō ſolū merito ſed etiaꝫ loco malos a bonis. q. d. pcc̄oꝛes in iudicio ꝑ effectū iuſticie ɔgnoſcēt dñm licꝫ modo nō velint cognoſcere eū. qꝛ (in opibꝫ manuū ſuarū) et merito opm ſuoꝝ (ɔp̄henſus eſt peccatoꝛ) et ɔſtringet̃ in eis. ipa eni ſua opa praua et pcc̄a q̄ ſecū poꝛtat accuſant iudicāt conuincūt puniūt peccatoꝛē. nō eni querit deus alios teſtes niſi vitā et ɔſciam.

**Cōuertant̃ peccatoꝛes in infernuꝫ: oēs gentes que obliuiſcunt̃ deum.**

Cōuertantur). i. ɔuertentur qꝛ p̄dictio eſt nō optatio (peccatoꝛes in infernū) in locū penalē ne voluptatibꝫ vltra gaudeāt. q. d. poſt ꝙ̄ nolūt ɔuerti ad dñm: neceſſe eſt vt ɔuertātur ad infernū: ne alibi mittendos ſe putēt et quos dicit peccatoꝛes exp̄mit ſcꝫ (omēs gētes q̄ obliuiſcunt̃ deū) nō credentes in eum. vel in fine vite moꝛientes ſine remedio pn̄ie. Boni vero ecōtra p̄miabunt̃ nam vere vt dictum eſt nō eſt oblitus clamoꝛē paupm. vnde et ſubditur.

**Qm̄ nō in finē obliuio erit paupis: patientia paupm nō peribit in finē.**

Qm̄ nō in finem) et finaliter (obliuio erit paupis) apud deū et ſi h̄ videt̃ cū mali floꝛēt et ipe affligit̃.. Modo eni quaſi obliuio pauperū fit: ꝙ̄ diu eos a tribulatōe deus nō defendit ſꝫ tunc eoꝝ gloꝛia pcipit̃ cū ſimul oīa laboꝛioſa terminant̃. (patientia paupm) qua modo malos poꝛtāt ⁊ iuſticiā dei patiēter expectant (nō peribit in finē) et in ppetuū. i. nō erit irremunerata ſꝫ aſſequet̃ retributōꝫ iuſtā qꝛ ꝓ patientia ibūt in vitā eternā. vt aūt patientia paupm nō peat ex pſecutōe añchꝛiſti.

**Exurge dñe nō cōfoꝛtetur homo: iudicentur gentes in cōſpectu tuo.**

Exurge dñe) in auxiliū paupm et ad iudicandū (nō ɔfoꝛtetur) et p̄ualeat hō purus ſcꝫ antichꝛiſtus q̄ intantū cōfoꝛtabit̃ ꝙ ſe deū finget et multos ad ſe cōuerti faciet. q. d. deſtrue illū. ſed pꝛius (iudicent̃ gentes). i. pbētur ꝑ eū. et hoc (in ɔſpectu tuo). i. in occulto qd̄ pauci intelligūt. vel (iudicent̃) et ɔdēnentur (gētes) crediture in eū (in ɔſpectu) et iudicio (tuo) qꝛ ptās iudiciaria data eſt ipi chꝛiſto. Quia aūt te et tuā legē bonā noluerūt.

**Cōſtitue dñe legis latoꝛē ſuꝑ eos: ſciāt gentes qm̄ hoīes ſunt.**

Conſtitue) o (dñe legis) praue ⁊ male doctrine (latoꝛē) ſcꝫ antichꝛiſtū ꝓ chꝛiſto quem ɔtempſerunt (ſuꝑ eos). i. in ruinā eoꝝ. Et ſic tandē (ſciāt). i. expiant̃ cū ad iudiciū venerit et ɔdemnate fuerint (gentes). i. gentiliter viuentes ſcꝫ hi qui in eū crediderūt (qm̄ hoīes ſunt) terrena tm̄ ſapientes. i. ꝙ ſtulti fuerūt: qꝛ ſpem in hoīem et nō in deū qui ſaluare p̄t poſuerūt: hoīemqꝫ et nō deū adoꝛauerūt. vel (ſciāt) ſe hoīes eſſe et nō poſſe deo reſiſtere. De inde ſubijcit vocē gementiū dicens.

**Vt quid dñe receſſiſti longe: deſpicis in oppoꝛtunitatibꝫ in tribulatōne.**

Vt quid dñe receſſiſti) a tuis tempoꝛe antichꝛiſti (longe) ſcꝫ in tanta tribulatōne auxilium differendo. i. cur differs iudiciū et q̄re tantū ſeuire ꝑmittis antichꝛiſtum. Longe enim videtur recedere cum tardat ſubuenire

Deinde q̄ ſic queſiuit tanq̄ȝ repente intellexerit ſoluendo ſubiecit. d. (deſpicis in oportunitatibꝫ in tribulatōne). i. oportune ⁊ vtiliter deſpicere videris ⁊ ſinis tribulari tuos quia ad vtilitatē eoꝝ ſcȝ ad aīos purgandos ⁊ deſiderio tui aduentus inflāmandos. qꝛ

Dum ſuperbit impius incendit̄ paupꝫ: ꝯp̄hendunt̄ in cōcilijs quibꝫ cogitāt.

Dum ſupbit impius) ſcȝ antichꝛiſtus (incenditur) ad ꝯtemptū terrenoꝝ ⁊ amorē eternorum (paup) ſpū ſcȝ ꝓplus chꝛiſtianus ſibi inobediēs. vel (incendit̄). i. purificat̄ tribulatione ſicut aurū in igne. et ſic mira ꝓuidētia dei opatur de malis vt eoꝝ exercitatōe ꝓficiant boni. ſed (ꝯp̄henduntur) capient̄ ad penam ipi impij ſcȝ antichꝛiſtꝰ et ſatellites eiꝰ. (in cōſilijs quibꝫ cogitant) ſcȝ ꝯp̄hendere et irretire ſcōs. cogitabūt eni cruciare chꝛiſtianos ⁊ ipi a deo cruciabunt̄. Ideo aūt ſupbit impius vel ꝯp̄hendetur.

Qm̄ laudatur peccatoꝛ in deſiderijs aīe ſue: et iniquus benedicitur.

Qm̄ laudatur peccatoꝛ) qd̄ eſt in ſe. ſcȝ antichꝛiſtus a ſuis ſibi blandientibꝫ et nō corrigit̄ (in deſiderijs aīe ſue). i. in impletōe deſideriorum ſenſualitatis ſue. (et iniquus) ꝙ eſt nocendo alijs bn̄dicitur et exaltat̄ quaſi deus a ſibi adulātibꝫ. H̄ eſt magna ira dei vt deſit correptio ⁊ aſſit adulatio. adulantiū lingue alligant aīas in peccatis. delectāt eni ea facere in quibꝫ nō ſolū nō metuit̄ rep̄henſoꝛ ſed etiam laudat̄ et bn̄dicitur opatoꝛ. Ecce quantū eſt malū adulatōis qd̄ parit occaſionem peccatis hoīm dum vicia palpantur eorum. Et ideo per hoc

Exacerbauit dn̄m peccatoꝛ: ſm̄ multitudinem ire ſue non queret.

Exacerbauit). i. irritauit ad iram ꝓuocauit (dn̄m) veruȝ: peccatoꝛ antichꝛiſtus vt ab eo puniatur. vel vt flagella correctōis ab eo ſuſpendant̄ et nō inferantur. (ſm̄ multitudinem ire ſue). i. ſm̄ ꝙ multū eſt iratus deus q̇ ſolet alios querere et reuocare. (nō queret) eū ſcȝ antichꝛiſtū vt vlciſcat̄ pcc̄a eius hic ſȝ in futuro. Magna eni eſt ira dei qn̄ peccantem nō corripit: ſed vagā licentiā in pcc̄m ruendi ꝑmittit. Vn̄ Augꝰ. Intelligite frēs miſericordiā dei qn̄ caſtigat mundū: ſȝ multū tunc iraſcitur qn̄ nō caſtigat. Si ergo ſeuit pcc̄ando: bonum eſt nobis vt ſubueniat caſtigando. Tanta eſt autem ira dei vel nequicia antichꝛiſti. quia

Non eſt deus in cōſpectu eius. inquinate ſunt vie illius in omni tp̄e.

Nō eſt deus in ꝯſpectu eius). i. in eoꝝ cōſideratōe nec habȝ deū vel timorē eius p̄ oculis qꝛ deſeritur luce veritatis. et ideo (inquinate) et in peccatoꝝ pollutōe (ſunt vie illiꝰ) id eſt cogitatōes locutōes et opa. (in om̄i tempoꝛe) vite ſue ⁊ ſine intermiſſione vel in cōparatōne oīm qui fuerūt in aliq̄ tp̄e. Et hoc habetur ꝙ qui non plene de peccatis penitet ſꝑ pcc̄a peccatis ꝯtinuat. Nequicie ergo ſue cā eſt. qꝛ nō habet deū pꝛe oculis. Et hoc ideo: quia o deus.

Auferuntur iudicia tua a facie eius oīm inimicoꝛum ſuoꝛum dominabitur.

Auferuntur iudicia tua) quibꝫ retribuis vnicuiq̄ȝ ſm̄ merita ſua (a facie eius). i. mēte et cōſpectu eius qꝛ nō ꝯſiderat iudicia dei et in nullo timebit diuina iudicia ſuꝑ ſe ventura. qꝛ eni differtur iudiciū nō putat ſe puniendum vel deū iudicaturū (oīm inimicoꝝ ſuorum) ſcȝ chꝛiſtianoꝝ (dn̄abitur) dn̄abitur q̇dem coꝛꝑm electoꝝ qui eū ſequi ꝯtemnūt alios vero potentia vel ſeductōne ſibi ſubijciet. Dicit̄ eni. om̄es reges ſupaturꝰ vt ſolus regnet et ad illud culmē ꝑ malas artes veniet.

Dixit eni in coꝛde ſuo: nō moueboꝛ a generatione in generatōȝ ſine malo.

Dixit eni in coꝛde ſuo) apud ſe cogitādo: (nō moueboꝛ). i. nō inquietaboꝛ ſcȝ ꝑ expulſionem de regno (a generatōe in generatōeȝ) qꝛ ex nimia elatōne reputabit ſuū dominiuȝ ſtabile ſeq̄ȝ nunq̄ȝ moueri poſſe. (ſine malo) id eſt ſine inquietatōne et moleſtia ſcȝ ſemꝑ ero. i. durabo ⁊ ꝑmanebo abſq̄ȝ eo ꝙ infeſter et expugner bello qꝛ ex pꝛeſumpta ſecuritate putabit ſe in eternū regnaturū ſine vlla aduerſitate et inquietatōne ac malo cuiuſcunq̄ȝ pene. hec in coꝛde: ſed quid in oꝛe.

Cuiꝰ maledictōe os plenū ē ⁊ amaritudine ⁊ dolo: ſub lingua eiꝰ laboꝛ et doloꝛ.

Cuiꝰ maledictōe os plenū eſt). i. blaſphemijs et cōtumelijs chꝛiſtū blaſphemando (et amaritudine). i. amaris verbis et minis grauiter ſanctis cōminando (et dolo). i. blandis verbis et inſidijs alios decipiendo (ſub lingua eius laboꝛ et doloꝛ) quia nō loquitur niſi de ꝓcurando laboꝛe et doloꝛe ſanctoꝛum. que ꝑcipiet eis inferri. vel (ſub lingua eius) non in lingua eſſe dicuntur quia iſta non in lingua exerit ſed ſub lingua pꝛemit et tacite ea cogitaturus eſt: hominibꝫ autem alia locuturus vt bonus et iuſtus ac dei filius videatur.

Sedet in inſidijs cū diuitibꝰ in occul-
tis: vt interficiat innocentem.
Sedet) cū mora (in inſidijs) meditando
ponere inſidias ſanctis. (cum diuitibꝰ) et cla
tis huiꝰ ſeculi quos muneribꝰ cumulabit: et
coꝝ falſaꝫ felicitatē ad decipiendū alios oſtē
tabit q̄ dū tales eſſe cupiūt et bona eterna nō
querūt in illius laqueos incidūt. q. d. inſidi-
atur in quibꝰ p̄ſidet: inſidijs inq̄ʒ poſitis (in
occultis). i. ambiguis vt nō facile intelligaꝫ:
quid appetendū quid ve fugiendū ſit (vt in-
terficiat innocentē) ſcʒ ꝑplm fidelē vel corꝑa
liter ſi noluerit ei ꝯſentire vel ſpūaliter ſi cō-
ſenſerit ex innocente faciendo nocentē.
Oculi eius in paupꝫem reſpiciūt: inſidia
tur in abſcōdito q̄ſi leo in ſpelunca ſua.
Oculi eiꝰ in paupꝫem) ſpū ſcʒ in ꝑplm chri
ſtianū (reſpiciūt) vl' quaſi miſericorditer ⁊ cō
paſſionis affectu: ſimilabit enī ſe miſereri vt
decipiat: vel crudelit' et odioſe vt noceat ⁊ de
ſtruat. iuſtos enī ⁊ paupꝫes ſpū maxime pſeq̄
tur (inſidiaꝫ) paupꝫi iuſto ad ꝑdendū (in ab-
ſcondito) malitiā occultando vt neſciat qui
decipitur (quaſi leo) ꝓpter vim ⁊ ſeuitiā occi-
dendi (in ſpelunca ſua) ꝓpter dolū ⁊ fraudu-
lentiā decipiēdi in miraculis et modis alijs.
Ad quid
Inſidiatur vt rapiat pauperem: rapere
pauperem dum attrahit eum.
Inſidiatur) ꝑ dolū et fraudulentiā (vt ra
piat pauperē) per vim ⁊ violentiā (rapere) inq̄ʒ
(paupꝫem) ſeuiendo. (dū attrahit cū) ad rhe-
te ſuū blandiendo. Triplex enī eſt pſecutio
eccleſie. vna violenta ſcʒ cū martyres ꝑ tyrā-
nos necabanꝫ. alia fraudulenta que nūc eſt.
cū ꝯfeſſores ꝑ hereticos et falſos fratres de-
cipiūtur. tercia erit mixta ex fraude et vi ſub
antichriſto qꝛ in eo vis et dolus oꝑabuntur
et violentie addet fraudem: vn̄ adhuc ſubdit
de fraude et violentia.
In laq̄o ſuo hūiliabit eum: inclinabit ſe
et cadet cū dominatus fuerit paupꝫū.
In laqueo ſuo). i. inſidijs ſcʒ fraude et do
lo (hūiliabit eum) ſcʒ paꝑerē ⁊ iuſtum oppri-
mendo. vel (humiliabit cū) qꝛ quanto mira-
biliora videbunꝫ hoībus ſigna ipſius tanto
illi ſancti et paupꝫes qui tunc erūt cōtemnen
tur et quaſi ꝓ nihilo habebunꝫ quos ille mi-
rificis factis ſupare videbitur. ſʒ qꝛ ſe exalta
uit (inclinabit ſe) diuina virtute nō volunta
rie (et cadet) ſubito a dominio ſuo repentino
interitu (cum dn̄atus fuerit paupꝫū) ſeruoꝝ
dei q̄buſdā: ſupplicia q̄libet irrogando alios
vi vel fraude ſubijciendo iā q̄ʒ nimia felicita-
te in ocium aīm remiſerit. Et merito cadet.
Dixit enī in corde ſuo oblitus eſt deus:
auertit faciē ſuā ne videat in finem.
Dixit enī in corde ſuo) ſic cogitando ⁊ pu-
tando (oblitꝰ eſt deꝰ) ſcʒ paupꝫm vt eos ſaluet
vel mei vt me puniat (auertit faciē ſuam) q̄ſi
nō curando (ne videat) illos vel me (in fineʒ)
id eſt imꝑpetuū. vel (ne videat in finē). i. ea q̄
fiunt in terra que eſt finis et vltimū elemen-
tum ſeu vltima ꝑs vniuerſi. vel (auertit) pec
cator antichriſtus (faciē ſuam). i. cogitatōeʒ
(ne videat in finē). i. ne attendat iudiciū fina
le. Laborans ergo tunc eccl'ia quaſi nauis in
tēpeſtate deū tanq̄ʒ dormientē excitat. d.
Exurge dn̄e deus et exalteꝫ manus tua
ne obliuiſcaris paupꝫum.
Exurge dn̄e deus). i. cito veni ad ſuccurrē
dum et ferendū opē (et exaltetur manus tua)
id eſt manifeſta fiat potētia tua ꝯtra antichri
ſtum ad deijciendū ipm ⁊ altus appare his q̄
te putant humilē. (ne obliuiſcaris paupꝫū)
dimittendo eos in pſecutōe antichriſti ⁊ ſuo
rum qui putant te oblitū et impunitatē ſibi
ꝓmittūt p̄catur iudiciū vt hec cito finianꝫ q̄
tanta erunt vt nemo velit tp̄s illud dilatari.
Iam itaq̄ʒ de iudicio illo intelligens et exul-
tans. dicit.
Propter quid irritauit impius deum:
dixit enī in corde ſuo non requiret.
Propter q̄d irritauit). i. ſuis blaſphemijs
ad irā ꝓuocauit (impius) antonomaſice ſcʒ
antichriſtus (deū) nō credens eū punitorē. q.
d. quo fructu blaſphemauit et quid ꝓfuit ei
tanta mala facere cōtra chriſtū. (dixit enī in
corde ſuo) ſcʒ cogitando ⁊ ꝑ effectū ſcʒ omni
bus modis male agendo (non requiret) deus
ad iudicandū vel puniendū et vindicanduʒ
ea que facio quaſi neſciēs vel impotēs. ſʒ nō
eſt ita vt ipſe cogitat. Nam tu.
Uides q̄m̄ tu laborē et dolorē cōſideras
vt tradas eos in manus tuas.
Uides). i. noſcis (vt). i. q̄liter (tradas eos)
. i. antichriſtū et cōplices ſuos (in manus tu-
as) vltrices ſcʒ tue potentie et iuſticie. i. in po
teſtatē iudicij tui et in vindictas vt nō eua-
dant. et hoc ideo (q̄m̄ tu laborē et dolorem)
quē infert ſanctis tuis (cōſideras). i. attendis
q. d. nō te latet illoꝝ malicia et paupꝫū miſe-
ria. et ideo nec manus tua ceſſabit a vindicta.
Et merito ſuccurres pauperi eum tuendo et
liberando a potente. quia

**Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu
eris adiutor.**

Tibi derelictus eſt paup)ſpū:tuendus.ſcȝ
pplˢ chriſtianus qui paup dicit qꝛ ad obſer=
uantiam legis diuine nō pmiſſione diuitiaꝝ
ſicut olim pplˢ iudaicus allicitur ſed in abie
ctione tpalium eam cōplere nititur. ideo enī
paup eſt ɔtemptis tpalibꝫ vt tu ſis ſpes eius
Iſte paup illis ad tps ɔceſſus eſt ad punien
dum ſed tibi in fine derelictus ad glorifican
dum(orphano)cui mortuus eſt pater mun=
dus et mater ɔcupiſcentia eius.i.pplo chriſti
ano qui tunc videbit pře ptegente et matre
cōpatiente quaſi parentū ſolatio deſtitutus.
(tu eris adiutor)et coopator cui impius fuit
pſecutor. Ergo

**Cōtere brachiū peccatoris et maligni:
queretur peccatū illius et nō inueniet.**

Contere)et ad nihilū redige(brachiū).i.
potentiā et dominationē peſſimi antichriſti.
(peccatoris)in ſe(et maligni)in alios.et vere
ɔteres intantū vt nec peccator nec locus pec
cati de cetero inueniat.vnde ſequitur(quere=
tur peccatū illius)vt iudicetur de eo(et)iudi=
catus(nō inuenietur)ipſe qꝛ peribit pter pec
catum ſuū. Vel(queretur peccatū illius)pu=
ta nequicia ſua an ſit amplius neceſſariū ad
eccleſie purgationē(et nō inuenietur)eſſe ne=
ceſſarium omnibꝫ iuſtis ſufficienter tūc pur=
gatis ſicut plano ferro non eſt opus linea.
Itaqꝫ āchriſtus pibit q̇ ad tps regnauit.ſȝ

**Dñs regnabit ineternū et in ſeculū ſe=
culi: peribitis gentes de terra illius.**

Dñs regnabit)celeſti regno et impio(ine=
ternum et in ſeculū)ſubſecutiuū huius(ſecu
li).i.p oīa tpa et ſecula qꝛ regni eius nō erit
finis.hoc regnū erit gratius p pcurrentibꝫ
malis quod veniet deſtructo antichriſto.ſed
(peribitis)vos o(gentes).i.pctōres oēs et
impij cōplices antichriſti qui eſtis ſine lege
dei(de terra illius)ſcȝ de terra viuentiū ex=
pulſi a regno ipſius. Vñ ſcriptū eſt. Tolla=
tur impius ne videat gloriā dei. ſed paupe=
res habebunt. quia

**Deſideriū pauperū exaudiuit dñs:pre=
parationē cordis eoꝝ audiuit auris tua.**

Deſideriū pauperū)quo eſtuabant cū in
anguſtijs et malis huius ſeculi diē dñi cōcu
piſcunt eſſe cum chriſto cupientes(exaudi=
uit dñs)vt eos liberaret et in regnū ſuū aſſu=
meret. Deinde ɔuertens ſermonē ad deū.ait.
(pparationē).i.diſpoſitionē(cordis eoꝝ)qua
tibi p patientiā ſeruire parati erant et illū diē
ardentius petentes p patientiā expectabant.
(audiuit auris tua).i. potētia vel miſcōia tua
qua exaudis vt qđ ɔcupierant in ſpe fruant
in re.deſideriū aūt pauperū eſt hꝫ ſcȝ te

**Iudicare pupillo et hūili: vt nō appo=
nat vltra magnificare ſe homo ſup terrā**

Iudicare).i.vt iudices(pupillo) qui oīa
pter deū ɔtemnit nō ɔformi huic ſeculo(et
humili)qui ſe puluerē ac cinerē eſſe cogno=
ſcit.nō ſupbo.ſcȝ pplo catholico et fideli de ſe
nō pſumenti hoc eſt ad vtilitatē et comodū
eius ferendo p eo ſententiā vt ſepatis iuſtis
ab impijs iam nō vltra pualeant mali noce=
re bonis. Vñ ſequit ita(vt nō apponat)et pre
ſumat(vltra).i.poſt iudiciū(magnificare ſe)
.i.magnū ſe oſtendere et magnū nomē ſibi fa
cere.(homo)ille ſupbus ſcȝ antichriſtus ſup
terrā ſicut fecit. Moraliter aūt hec ideo ſunt
dicta vt nō ſtudeat vel pſumat magnū ſe face
re et oſtendere homo in terra qꝛ oīs qui ſe ex
altat hūiliabit et qui ſe hūiliat exaltabit.

Confeſſioni nře aurem tuā    Orō.
deus clemēs aperi qui ſperantes in te nunqꝫ
cōſueuiſti relinqre vt exaltati de portis mor=
tis ppetue poſſimus ſalui tentatoris occul=
tas inſidias effugere. Per do.

**Vox eccleſie vel fidelis in dño ſolum
modo cōfidentis et p hoc ſe cōtra verſu=
tias prauoꝝ defendentis.**    ps.x.

# In domino ɔfido

quomodo dicitis aīe mee: tranſmi
gra in montem ſicut paſſer?

Auctor pſalmi pphā David. Titulus ta=
lis eſt. In finē pš David. Hoc eſt pſalmus
ille dirigēs nos in finē.i.in chriſtū vt in ipm
ſpem nřam refundamus qui eſt ſummū bo=
num eſt David pphete docentis nos hereti=
cis ⁊ prauis reſiſtere.qui in eccleſia tanqꝫ pu
trida membra miniſtri antichriſti de quo ſu=
pra dictū eſt mentiunt ſe chriſtū habere ⁊ ali
os nituntur ad ſe ab eccleſia retrahere. Ma=
teria:prauitas hereticoꝝ et maloꝝ fideles p=
uertere nitentiū. Intentio:docere fideles qli=
ter reſiſtant prauitati illoꝝ eis nō ɔſentiendo
et totā ſuam fiduciā defendendi ſe contra ta=
les in dño ponendo. Sñia in generali pphe
ta in illo pſalmo loquit in pſona eccleſie vel
cuiuſlibet fidelis in dño ſolūmodo confiden
tis quē heretici et peccatores inſidioſe ⁊ de=
ceptorie nitunt in ſuam prauitatē inducere.
et ad errorē fidei vel ad ſtatum altū videlicet
honoris vani huiꝰ ſeculi allicere ſubiūgens

qualiter dñs videt et ꝓbando examinat iuſtum et ipm̄ et quid retributõis finaliter det vtriſqȝ. Sn̄ia in ſpāli: hereticis ergo ⁊ malis rñdens cū increpatõne ait. (In dño) ſcȝ ieſu chriſto qui eſt vnus et verꝰ mons vñ et apl'i montes dicunꝶ. (cõfido). i. totam fiduciā et ſpem meā pono. q. d. de numero ꝑpl'i dei ſum qui ſperāt in dño (quõ) ergo o heretici ⁊ praui (dicitis) verbis vel factis ac ſi diceretis inſidiantes (aīe mee). i. mihi per ſynodochen. (tranſmigra) a tuo (in montē) aliū ſcȝ in chriſtum qui apud nos eſt. i. veni ad nos qui habemus chriſtū. q. d. quõ mouetis me tranſire ad vos tanq̄ȝ multi ſicut chriſti. Uel (in montem) aliū ſcȝ ſupbie et vanitatis. i. in vos qui eſtis montes ꝑ ſupbiam (ſicut paſſer) auis leuis ⁊ inſtabilis qui etiā in altū nidificat. Et ꝯuertens ſe ad alios ideo inquit in dño cõfido. et ideo o fideles in eo eſt fidendum.

Qm̄ ecce peccatores intenderūt arcum parauerūt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde.

Qm̄ ecce pc̄cõres) ſcȝ heretici et praui homines (intenderūt arcū) doloſe ꝑſuaſionis et maligni opis (paucrūt ſagittas ſuas in pharetra). i. pata habent in corde verba venenoſa et ſimplicium aīas interficientia vl' dolos ſecretis machinatõib⁹ occultant (vt ſagittent) id ē decipiāt ⁊ voluerēt (in obſcuro). i. i occulto et inſidioſe qꝛ coꝝ iacula et ſentiri ꝑ vulnus pñt ⁊ tn̄ venientia deꝓhendi nõ poſſunt (rectos corde) intentõne et fide ſcȝ ſimplices et fideles. Deinde cõuertit ſermonē ad dñm. dicens. Ideo etiā neceſſariū eſt o dñe vt in te ꝯfidatur et ad tuū auxiliū recurratꝶ.

Qm̄ que ꝑfeciſti deſtruxerūt: iuſtus aūt quid fecit:

Qm̄ que ꝑfeciſti). i. ſcripturas quas ꝑfecte feciſti ⁊ edidiſti (deſtruxerūt) et ꝑuerterūt vel fidē quā ꝑfectā et integrā cordib⁹ fideliū inſpiraſti (deſtruxerūt) in ſe et in alijs quantum in eis fuit ſuis prauis conſilijs ⁊ opib⁹ et denegauerūt. talia facere machinanꝶ peccatores. Et iterū ꝯuertens ſe ad alios ſubiūgit (iuſtus aūt). i. chriſtus q̇ dicitꝶ iuſtus anthonomaſice. qui vtrāqȝ ꝑtem iuſte agit nihil mali dimittendo impunitū nihil boni irremuneratū (quid fecit) vtriſqȝ ſcȝ bonis et malis. deinde facta interrogatõe rñdet. oſtendens primo quid faciat ſuis et. d.

Dñs in templo ſancto ſuo: dñs in celo ſedes eius.

Dñs xeſt (in templo ſctõ ſuo). i. in ſuis ſcȝ iuſtis vt faciat eos ſibi templū. (dñs in celo ſedes eius). i. quos facit ſibi templū facit ⁊ celum. i. archana ſcientes. Ipſi ſunt templum dei in quib⁹ habitat deus ꝑ fidem. illi vero q̇ poſt fidē ꝓficiunt ad ꝯtemplationē nõ ſoluȝ templū ſunt ſed etiā celum: in illis enī reſidet dñs tanq̄ȝ in celo et tanq̄ȝ in throno eis ꝑſidet. vel (in templo). i. in eccleſia ⁊ in celo. i. in aīa iuſti que meditatur celeſtia. q. d. q̄ȝuis illi ſcindant eccleſiā et iuſtos deſtruere conenꝶ: tn̄ dñs in eis ſedet et ſꝑ in eis erit eos cuſtodiens et nõ deſerens. vñ bñ ſubditꝶ. Et

Oculi eius in pauperē reſpiciūt: palpebre eius interrogant filios hoīm.

Oculi eius in pauperē) ſpū (reſpiciūt) miſericorditer. i. aſpcūs diuinitatis eiꝰ ad pauperem reſpicit ad adiuuandū et reſpectꝰ miſericordie ſue ab eo non auertitꝶ et ideo nihil eſt timendū ꝯfidēti in dño (palpebre eius). i. ſubtilitas diuinitatis eius qua ſecreta ꝯgnoſcit qꝛ ſolus de ꝯſciētijs hoīm iudicat (inter filios hoīm) nõ ſolū exterius ſȝ etiā interius id eſt ꝓbat qualis quiſqȝ fuerit oīa enī oculis eius ſunt apta ⁊ nihil eū latet. Et hoc manifeſtius adhuc dicit cū ſubiungit.

Dñs interrogat iuſtū et impiū: qui aūt diligit iniquitatē odit aīam ſuā.

Dñs interrogat). i. ꝓbat et examinat ꝑ tribulatõnes et hereſes ꝑ ꝓſpera ⁊ aduerſa (iuſtū et impiū). i. bonū et malū et de ꝯſciētia vtriuſqȝ iudicat (qui aūt diligit iniquitatem). i. q̇ in ea ꝑſeuerat et ex deſiderio et affectu peccat nolēs ſe emēdare qui ſi ſemꝑ viueret ſemper peccare vellet. (odit aīam ſuaȝ) et ſe ipm̄ id eſt nocet aīe ſue qꝛ ꝑ hoc preparat eam gehenne ſed nõ iuſto qui cõfidit in dño. Quo cõtra ille veraciter ſemetipm̄ diligit qui peccatū odit. deinde oñdit q̇d faciat malis. d.

Pluet ſuꝑ pc̄cõres laqueos: ignis ſulphur et ſpūs ꝓcellaꝝ pars calicis eoꝝ.

Pluet ſuꝑ peccatores). i. effundet in iudicio (laqueos) vt non poſſint euadere penas a quib⁹ etiā ſemel detenti nunq̄ȝ amplius poterunt expediri (ignis). i. ardor inextinguibilꝭ. (ſulphur). i. fetor intolerabilis (et ſpūs ꝓcellarum). i. impetus plurimoꝝ tormentoꝝ (ꝑs calicis). i. paſſionis et pene (coꝝ) ſicut iuſti in partē ſuam recipiunt vitā eternā. ita impij ꝑ ꝑte ſua damnationē recipiant ꝑpetuā: que pena calix dicitꝶ qꝛ nec ip̄a vindicta erit ſine menſura ſed ſcḋm culpam miſerabiliter. Uel (ꝑs calicis coꝝ) ſcȝ quē meruerūt. qꝛ ſcȝ citra meritū punientꝶ. hec aūt reddet ꝓbonis ⁊ malꝭ

**Qm̄ iuſtus dn̄s et iuſticias dilexit: equitatem vidit vultus eius.**

Qm̄ iuſtus) eſt (dn̄s) in ſe. et ideo diligit ſibi ſiles vn̄ dicit (et iuſticias dilexit) in alijs. iuſticias dicit q: multe ſunt iuſticie iuſtoꝝ: cum vna ſit iuſticia dei. Qualis ipe eſt tales nos oēs eſſe deſiderat. et (equitatē) ſm̄ vtrāq3 ptem ſc3 bonoꝝ ⁊ maloꝝ (vidit) ſc3 approbādo (vultus). i. cognitio ⁊ pñtia (eius) Eſt aūt equitas vt factis digna rependat vt iuſtis pmia et peccatoribꝫ penā retribuat. Juſtus eſt ergo dn̄s in ſe et in opatōne: in dilectōe iuſticie in alijs. in cognitōe iuſticie ⁊ executōe.

Dirige oculos pietatis tue Oro ſup humilē paupertatis nr̄e pſonā omps dn̄e et circunda nos fidei armis vt ab iniquitatū ſagittis exuti valeamus equitatē et iuſticiā3 cuſtodire. Per do.

**Pſalmus de piculis ac malis et vanis huius ſeculi a quibꝫ omnibꝫ eccleſia vel fidelis ⁊ pfect⁹ petit ſaluari. ps. xi.**

## Saluum me fac domine qm̄ defecit ſanctus: qm̄ diminute ſunt veritates a filijs hoim.

Auctor: pſalmi, pp̄ha Dauid. Titulus hic eſt. Jn finē ps dauid p octaua. Jd eſt ps ille dirigens nos in finem. i. in chriſtū. eſt Dauid pphete qui hic loquit̄ in pſona alicuius iuſti. habitus p octaua. i. p die iudicij quam deſiderat vt iniquitas ſeculi deſtruat̄ ac veritas et btitudo pmiſſa veniat. Vel: p octaua. i. p eterno ſeculo qđ poſt hoc tp̄us quod ſeptē diebꝫ voluitur dabit̄ ſanctis. videns ergo vir ſanctus mala vt pmittitur multiplicari quaſi timens pro magnitudine piculi petit ab eis ſaluari. Materia: mala et pericula ſeculi a quibꝫ petit liberari. Jntentio: reuocare hoīes a malis huius ſeculi q̄tenus ſic p tpalia tranſeant vt ad eterna ptingant. Sententia in generali Propheta in iſto ps in perſona eccleſie vel cuiuſlibet fidelis attendens multiplicē vanitatē et pūerſitatē hoim hui⁹ ſeculi puta qualiter aliū decipit atq3 ſuperbe ſceleratis oblocutōibꝫ vilipendit recurrit ad dn̄m et petit ſe ſaluū fieri et ab eoꝝ damnatione eripi. Jnſinuanſq3 deū p̄rem pp̄ter cōſolationē pauperū ſuū filium miſſurū: ſub breuitate ꝯmendat eloquia chriſti. Snīa in ſpeciali. videns ergo ſanctus vir multiplicatā vanitatē ſeculi quaſi timēs ſubito exclamat p magnitudine piculi et ait. (Saluū me fac dn̄e) a ſeculi huius vanitati piculis et malis (qm̄ defecit ſanctus). i. ſanctitas in hoībꝫ et vere defecit ſanctitas q: defecit veritas. vnde ſequitur. (qm̄ diminute ſunt veritates a filijs hoim) q: dona dei culpa eoꝝ deprauātur et minuunt̄. Veritas dei vna eſt qua illuſtrantur aīe ſancte ſed in hoībꝫ multe ſunt veritates de quibꝫ h agit puta veritas vite doctrine et iuſticie que heu defecerat in hoībus et regnat in eis prauitas vite doctrine et iudicij. Et vere diminuta eſt veritas quia creuit falſitas vnde ſequitur.

**Vana locuti ſunt vnuſquiſq3 ad pximū ſuū: labia doloſa in corde et corde locuti ſunt.**

Vana). i. falſa et inutilia q̄ vacua ſunt veritate et vtilitate. Vbi eni deficit veritas ibi neceſſe ē habūdet vanitas (locuti ſunt vnuſquiſq3 ad pximū ſuum) decipiendū. pximus eſt oīs homo et ideo cū nullo male eſt agendum q: ipi exiſtentes (labia doloſa). i. doloſi in verbis. cōſuetudo eni eſt ſcripture hoīem cenſeri noīe eius rei q̄ in ipo dn̄atur (in corde et corde) duplici corde (locuti ſunt) nam in ore p̄tendunt fidelitatē ſ3 in aīo gerunt deceptōnem ſub ſpecie cōſulentis occultantes venenū permentis. Sed

**Diſperdat dn̄s vniuerſa labia doloſa: et linguam magniloquam.**

Diſperdat dn̄s) vt paſſim pereant (vniuerſa labia doloſa) nō ipos hoīes ſ3 doloſitatē3 labioꝝ ipoꝝ. vniuerſa aūt dicit ne quis doloſus putet ſe exemptū (et linguam magniloquā). i. ſupbam magna et alta de ſe loquentē vt ſe magnificet. Eſt lingua magniloqua diaboli. ponā ſedem meā ad aquilonē et ſimilis ero altiſſimo. Et phi: labia nr̄a a nobis ſunt Et phariſei: ieiuno bis in ſabbato. Et p̄dicatoris mali qui eſt multi ſermonis et pauce actionis. Et merito diſperdendi ſunt.

**Qui dixerunt linguam noſtrā magnificabimus: labia noſtra a nobis ſunt: quis noſter dominus eſt?**

Qui dixerūt) hec ſc3 (linguā nr̄a3 magnificabimus) nos de nō habitis iactando et extollendo. vel eloquentiā famoſam faciemus. (labia nr̄a a nobis ſunt). i. facundia noſtra a nr̄o ingenio et ſtudio eſt nō ab alio. loquacitate ſe extollūt et ponūt in ſua ptāte quod ſe a deo nō putant accepiſſe (quis nr̄ dn̄s eſt?) a quo ſc3 vt a dn̄o p̄dicta recognoſcamus et cuius nos legi et regule ſubijciam⁹. q. d. nullus. hec p̄dicta dicūt ⁊ faciūt mali. S3 cōtra mala ſeculi dicit et facit deus p̄r qđ ſequit̄.

**Propter miſeriā inopum et gemitum pauperū: nunc exurgam dicit dn̄s.**

Propter miſeriā inopū) .ſ. gētiliū tollendā qui nec legē nec ꝓphas habuerūt (et gemitū pauperū) .i. iudeoꝝ ꝯſolanduꝫ qui ſpūaliter nō intelligunt. Inops eſt qui nec a ſe nec ab alio habet auxiliū. Pauper qui non habet a ſe. quaſi diceret. ꝓpter miſeros et afflictōnes pre inopia et paupertate ſpūalium bonorum egentes tam in mundo q̄ȝ in limbo exiſtentes (nunc) ſcꝫ in tpe gratie qđ non in priori populo feci (exurgam) ad liberandū genus humanum .i. apparebo in filio mittendo cum dicit dn̄s pater.

**Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.**

Ponam) ſcꝫ auxilium eoꝝ et omne quod ad miſeriam inopū auferendam et gemitū pauperum conſolandū ꝑtinet (in ſalutari) .i. in chriſto ieſu qui eſt ſalutare dei ⁊ ſaluator mūdi: nō ponam in ſeruis (fiducialiter) .i. potenter et efficaciter (agam in eo) .i. ꝑ eum genus humanū redimendo et ipſe fiducialiter aget quia nihil ei reſiſtet. Erat enī docens eos ſicut poteſtatē habens addens legi et mutans quedam ꝓ ſua voluntate non ſicut ſcribe de cuius ꝑdicationis luce et cōmendatione ꝓpheta ſubiungit. d.

**Eloquia dn̄i eloquia caſta: argentum igne examinatū: ꝓbatum terre purgatū ſeptuplum.**

Eloquia dn̄i) .i. verba chriſti et doctrina euangelica (ſunt eloquia caſta) .i. nullo mendacio adulterata et veriſſima ſine admixtione falſitatis ſine corruptōe cupiditatis ſimulationis et laudis cōtra hoc quod ſupra dixit. vana locuti ſunt ⁊c̄. et ipſa ſunt ſicut (argentum igne examinatū) quia ꝑ tribulatōis fornacē ꝓbata ſicut argentuꝫ dulciter menti ſonant et (probatū terre) .i. ſeꝑatum a terra et terrenis ſordibus nihil terrenitatis habens vel ſapiens qꝛ ſpūale. Et ponitur genitiuus ꝓ ablatiuo more greco (et purgatum ſeptuplum) .i. ꝑfecte et vniuerſaliter ab omni impuritate quia ſeptenarius eſt numerus ꝑfectionis. Et ꝯtra hoc quod ſupra dixit de malis. diſperdat dn̄s ⁊c̄. ſubdit hic de bonis cōuertens ſe ad dn̄m. et. d. ergo

**Tu dn̄e ſeruabis nos: et cuſtodies nos: a generatione hac in eternum.**

Tu dn̄e) cuius eloquia ſunt caſta nō nos ipſi (ſeruabis nos) in bono cōſeruando hic et in futuro. (et cuſtodies nos) a malo ꝓtegendo hic quaſi inopes et pauperes et in futuro quaſi opulentes et diuites. ducendo (a generatione hac) ſeculi praua et peruerſa (in eternum) .i. ad eternam beatitudinē a generatōe mortali in immortalem. Seruabis et cuſtodies nos hic ne vita et moribꝰ maloꝝ corrūpamur et a ſtabilitate fidei et virtutis deijciamur et in futuro vt tecum in ꝑpetuum letemur. Deinde ſequitꝰ ꝯcluſio de vtraq̄ȝ ꝑte.

**In circūitu impij ambulant: ſcḋm altitudinem tuā multiplicaſti filios hoīm.**

In circūitu) rerum temꝑalium (impij ambulant) anime affectibꝰ quia in tꝑalium rerū cupiditate rotantur: que ſeptem dierum repetito circūitu tanq̄ȝ rota voluuntur ac in vanis ⁊ ſuꝑuacuis rebus ſe occupant fruſtraq̄ȝ et inutiliter laborant. quia dum interiora nō appetunt in exterioꝝ labore fatigantur. Horum ergo multiplicatio eſt in temꝑalibus q̄ ab vnitate dei auertit. ſed (ſcḋm altitudinem tuam) .i. ſicut decet te altum nō ſcḋm meritū nr̄m (multiplicaſti filios hoīm) iuſtos ratione vtentes nō numero diuitiaꝝ ſed numero meritorum multiplicaturus tandē numero premiorum. Oratio.

Miſerere fragilitati noſtre ſanctiſſime pater et concede nobis eloquia tua pudico corde cōtinere vt poſſumus a multiloqua doloſitate inſanientiū declinare. Per do.

Pſalmus de aduerſitate et tribulatione fidelium multiplici a quibus petit eccleſia ſeu fidelis quilibet diuinitus liberari. ps. xij.

# Vſq̄ȝquo domine

**obliuiſceris me in finem: vſq̄ȝquo auertis faciem tuam a me.**

Auctor pſalmi ꝓpheta Dauid. Titulus talis eſt. In finē pš Dauid. Hoc eſt pſalmus ille dirigens nos in finem .i. in chriſtum attribuitur Dauid: qui hic ꝑſonam tenet eccleſie vel cuiuſq̄ȝ ꝑfecte anime. Materia multiplex tribulatio et miſeria fidelibus ab inimicis illata. Intētio: hortari fideles ne in iſtis tribulatōnibus ſuccumbant ſed dei miſericordia ſperent et de liberatōe confidāt. Sententia in generali Propheta in iſto pſalmo in ꝑſona eccleſie vel cuiuſlibet fidelis cum merore cordis miſeriam ſui ſtatus conquerentis vel huius exilij mala deplorantis et ad viſionem celeſtis glorie anhelantis orat vt exaudiatur et illuminetur et ne in mortalia peccata corruat vel in eis decedat vnde

inimicos ſuos exultare contingat. Quia enī ſupra a malis huiꝰ ſeculi liberari petebat adhuc in eis piclitans miſerias ſuas deplorat: et ipas finiri deſiderat. Sententia in ſpeciali primo ergo exprimit deſideriū ſuum et pſecutionem imminentē. d. (Uſqꝫquo dn̄e).i. q̄ꝫdiu (obliuiſceris me) quaſi nō cures de me (in finem) et penitus quia finis rei dicit̄ conſummatio eius. q. d. quare pmittis me ſemp affligi quaſi oblitus ſis mei. Et bene dicit in finem quia videt̄ afflicto ꝙ nunq̄ꝫ finiri debeat ſua afflictio (vſqꝫq̄ auertis) q̄ſi me odias (faciē tuā).i. grē tue. (a me) a miſerijs et tribulatōnibus me non liberando. Quaſi nos obliuiſci videtur deus cum in tribulatōe diu laborare pmittit et quaſi faciem auertit cum a nobis manifeſtatōnem ſue miſericordie abſcondit.

Q̄ꝫdiu ponā cōſilia in aīa mea: dolorem in corde meo per diem:

Quamdiu ponā) et voluam (conſilia) diuerſa ſicut facit homo ꝯſtitutus in anguſtia (in anima mea) anxius querendo remedia ac cogitando in me ipſo quō poſſim liberari et exire de pn̄ti aduerſitate et miſeria et qꝛ ſpes que differtur affligit aīam ſubdit et q̄ꝫdiu ponam (dolorem in corde meo p diem.) abſolute. i. p ſingulos dies ſeu omni die et quaſi cōtinue. Continuatōnē enī ſignat ac ſi dicat q̄ꝫ diu oro in aduerſis vt neceſſe ſit inuenire cōſilia. ꝯſilio enī non eſt opus niſi in aduerſis Oportet vt in hoc nr̄o dolore plangamus p̄terita et cōſilio caueamus futura: Et

Uſqꝫquo exaltabit̄ inimicus meus ſup me: reſpice et exaudi me dn̄e deūs meꝰ.

Uſqꝫquo exaltabitur inimicus meus) ſcꝫ diabolus vel mundus et caro et homo malignus ac cōſuetudo carnalis (ſup me) ad me tentandum et affligendū ꝛ captiuū tenendū. Totiens quippe ſup nos inimicus exaltatur quotiens ab eo ſupamur. (reſpice) oculo miſericordie tue cōtra auerſionē (et exaudi me) liberando de tanta tribulatōne cōtra obliuionem (dn̄e).i. ſaluator cuius ego ſum ſeruus. (deus).i. creator cuius ego ſum creatura (meus) p gratiam ſed oīm deus p potentiam.

Illumina oculos meos ne vnq̄ꝫ obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus preualui aduerſus eum.

Illumina oculos meos) interiores ſcꝫ cordis et mentis et fac me vigilem et circumſpectum vt videam et cognoſcā mala vitanda et bona facienda. (ne vnq̄ꝫ) p negligentiam (obdormiam in morte (peccati ſeu mortalis culpe (ne quādo dicat) inſultando et gloriando de caſu meo (inimicus) antonomaſice ſcꝫ diabolus ſi me ſibi potuerit p peccatū ſubijcere (preualui aduerſus eum).i. ſeduxi et valore meo deuici euꝫ: Ecce inſultatio diaboli que valde timenda eſt. nec ſolū inſultat et gloriatur: ſed etiā exultat et letatur vn̄ ꝛ ſubiungit.

Qui tribulāt me exultabūt ſi motus fuero: ego aūt in miſcōdia tua ſperaui.

Qui tribulant me) ſcꝫ diabolus et ſui varijs tentationibꝫ impetendo (exultabunt) et gaudebunt (ſi motus fuero) a ſtatu gratie in ſtatum culpe. fractus impatientia et deſperatōne. in tanta tribulatōne inimicus exultat ſi religioſus reliquit ꝓpoſitum vel etiā ſimulāt quia vt dicit Augꝰ. malū eſt cadere a ꝓpoſito ſed peius eſt ſimulare (ego aūt in miſericordia tua ſperaui) cōfidens p te ab iſtis tribulationibꝫ liberari et nō moueri ex miſericordia tua qui nequeo per me ex virtute mea In hmōi ergo piculis nec debemus deſperare nec de noſtris viribus p̄ſumere ſed totam ſpem noſtram in dei miſericordia figere: qui potens eſt et nos liberare ne erremus. et roborare vt fortiter ſtemus. Et qꝛ ſpes in deo leticiam cordis generat. ideo

Exultabit cor meū in ſalutari tuo: cantabo dn̄o qui bona retribuit mihi: et pſallam nomini dn̄i altiſſimi.

Exultabit cor meum in ſalutari tuo).i. in ieſu chriſto. Uel in virtute tua ſaluante (cantabo) corde ſcꝫ cordis leticia quod pertinet ad contemplationē (domino) id eſt ad laudē domini (qui bona) ſpiritualia multa et magna et etiam tempalia neceſſaria (tribuit mihi) vltra id quod merui (et pſallam) opere qđ ptinet ad actiuam. (nomini) id eſt ad honorem nominis (domini altiſſimi) et ꝓpter hoc digniſſimi. quaſi diceret. cum gaudio gratias agam: corde voce et opere. Tria hic nobis commendat. quia exultat corde. Cantat voce. et pſallit opere. Ex quibus etiam verbis nobis innuitur perfectio diuine laudis Si enim deum pure et perfecte laudare cupimus cuncta que in nobis ſunt in eius laudem reſonare debent ſcilicet vita lingua conſcientia.

Oratio.

¶ Ne auertas faciem tuam a nobis omnipotens deus ne inimici noſtri exaltentur aduerſum nos ſed ita cor noſtrum ſalutaris tui exultatione perfunde vt facias ſomnum ſecunde mortis euadere. Per dn̄m.

**Pſalmus de peccatoribus et prauis in malis ſuis obſtinatis et ſpecialiter de gētibus et iudeis infidelibꝫ. ps. xiij.**

# Dixit inſipiens in corde ſuo: non eſt deus.

Auctor pſalmi propheta Dauid. Titulus hic eſt. In finem pš dauid. Id eſt pſalmus ille dirigens nos in finem .i. in chriſtum qui eſt finis legis. eſt Dauid ꝓphete hic loquentis. Materia: contemptus dei a malis. Intentio: confutare hmōi ꝯtemptores dei et cauere. Sententia in generali. propheta in iſto pſalmo loquit̄ de quolibet peccatore obſtinato in malis ſuis: qui licet verbis ꝯfiteatur deū factis tñ negat. cuius maliciam deus examinat ⁊ punit et innocentē de manu eius eripit. Et ſpecialiter intelligitur de gentibus et iudeis infidelibꝫ qui dñm ieſum chriſtum deum eſſe negauerunt et ideo ipſi ꝑ errorem et prauitatē corrupti alios q̄ꝫ ſecum corrumpere conati ſunt. poſt mala ergo premiſſa adhuc mala obſtinatoꝝ exaggerat et ſpecialiter iudeorum infideliū qui dominum ieſum chriſtū veniſſe et deum eſſe negant. Sententia in ſpeciali: increpans ergo duriciam infideliū et maloꝝ ait. (Dixit inſipiens) id ē peccator in malis obſtinatus (in corde ſuo) non tm̄ ore et ideo grauius. Uel (dixit) .i. facit ac ſi diceret (non eſt deus) ſcilicet qui mala videat vel puniat. qꝛ ſi hoc crederet ita obſtinate nō peccaret. nam ita ſuperbe et inuerecunde peccat ac ſi non eſſet deus qui eum videret vel punire poſſet. Quia etiā apparuit chriſtus a prioribꝫ patribus expectatus (dixit inſipiens) ſcꝫ iudeus hic homo (non eſt deus) Omnes hmōi irretiti ſunt vilibus et abominabilibꝫ peccatis. qꝛ

**Corrupti ſunt ⁊ abomiabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: nō eſt qui faciat bonū non eſt vſq̄ꝫ ad vnum.**

Corrupti ſunt) in ſe vicijs et peccatis ac reprobi moribus (et abominabiles) .i. odibiles (facti ſunt) alijs ſcꝫ deo angelis et ſanctis (in ſtudijs ſuis) .i. in omnibꝫ vijs ſuis ſcꝫ cogitationibus affectōnibꝫ verbis et factis prauis. Et bene vicia eorū et peccata vocat ſtudia quia nō ex ignorantia vel infirmitate tm̄ ſed ex ſtudio et voluntate ea ꝑpetrant. et qꝛ a deo recedunt (nō eſt) aliq̄s de illis vel de numero illorum (qui faciat bonū) meritorium. (non eſt) dico (vſq̄ꝫ ad vnū) .i. nec etiā vnus. vel (vſq̄ꝫ ad vnum) .i. p̄ter vnū ſcꝫ chriſtum. ſed ſunt inexcuſabiles quia

**Dominus de celo proſpexit ſuper filios hominū: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deum.**

Dñs de celo) .i. per ſanctas animas que ſedes eius ſunt nam ꝑ ſe nihil eum latet (ꝓſpexit ſuꝑ filios hoim) diligenter attendendo et āmonendo tanq̄ꝫ de eis ſpecialem curam gerens (vt videat) .i. videre ſanctos ſuos faciat in quibꝫ habitat et ꝑ quos reſpicit nam apd̄ deum nihil habetur obiectum. (ſi eſt) aliquis (intelligens) corde ꝑ veram cognitionē (ac requirens) opere ꝑ bonā oꝑationē (deum) mādata eius ſequendo. Per iuſtos enim ꝓſpicit deus peccatores et redarguit et ꝑ ſanctoꝝ vitam facit innoteſcere prauoꝝ iniuſticiaꝫ. ſed ꝓſpiciens hoc inuenit qꝛ

**Omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt: nō eſt qui faciat bonū nō eſt vſq̄ꝫ ad vnum.**

Omnes declinauerūt) ab ipo bono incōmutabili ſcilicꝫ deo: ad bona cōmutabilia (ſimul) cum ipa declinatōe (inutiles facti ſunt) quia deo ingrati cui placita non oꝑantur ac ꝑniciosi ſibi et alijs (non eſt qui faciat bonū non eſt vſq̄ꝫ ad vnū) vt ſupra. Non intelligitur de omnibꝫ in humano genere ſed de his qui ſunt imitatores carnalium quoꝝ corrupta eſt vita et quibꝫ non eſt aliquis qui faciat bonum. q̄ꝫ diu eni homo malus eſt bonuꝫ facere nō poteſt. Quantū aūt a via veritatis declinauerūt et nō ſolum ſibi ſed et alijs nocent. oſtendit dicens.

**Sepulchrū patens eſt guttur eoꝝ: linguis ſuis doloſe agebant: venenum aſpidum ſub labijs eoꝝ.**

Sepulchrū patens eſt guttur eoꝝ) qꝛ verba fetida et corruptiua ꝓferunt quibꝫ alios occidunt et quaſi deuorant eos quibꝫ morū ſuoꝝ ꝑuerſitatē ꝑſuadent (linguis ſuis doloſe) id eſt mala ſub ſpecie boni ſuadendo et proximum verbis doloſis decipiendo (venenū aſpidum) et odium inſanabile: eſt (ſub labijs eorum) .i. in corde quod peius eſt q̄ꝫ in ore. Recte aſpidi compantur quia ſicut aſpis obturat aures ne audiat incantatores ſic ipi nolunt audire p̄cepta dei et p̄dicatores ſed reddunt mala ꝓ bonis vnde ſubdit.

**Quoꝝ os maledictōne et amaritudine plenū eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.**

Quoꝝ os maledictōne) .i. obprobrijs et blaſphemijs cōtra deū (et amaritudine) id eſt

minis et terroꝛib⁹ contra pꝛoximuȝ(plenum eſt)quia his habundat(veloces)quia omnia inconſulte faciunt: vel quia expediti ſunt et pꝛompti ꝑ conſuetudine malefaciendi(pedes eoꝛum)ſcȝ affectõnes anime et pedes coꝛpoꝛis(ad effundendū ſanguinem).i.ad occidendum coꝛꝑaliter ⁊ ſpūaliter. Quando enī terrere non pñt minis ꝑſequuntur chꝛiſtum et ſuos gladijs. Ideo

**Contritio et infelicitas in vijs eoꝛum: et viam pacis nõ cognouerũt: non eſt timoꝛ dei ante oculos eoꝝ.**

Contritio et infelicitas in vijs).i.cogitationib⁹ locutõib⁹ ⁊ actõib⁹(eoꝝ). Oēs enī vie maloꝝ plene ſunt laboꝛib⁹ et miſerijs. Vel via impioꝛum dicitur cõtritio quia terunt et teruntur dum ſibi nocent et alijs. et infelicitas quia ducit ad infelicitatem damnatõnis. quia(et viam pacis)vere ad deum et ꝓximū meritoꝛiā vite eterne(non cognouerũt).i.cognoſcere per oꝑationem noluerũt. et hoꝛum oīm cauſa eſt quia(nõ eſt timoꝛ dei) quo retrahantur a malo(ante oculos eoꝛũ) et ideo ad malum currunt ſine freno. Sed

**Nõne cognoſcent omnes qui oꝑantur iniquitateȝ: qui deuoꝛant plebem meam ſicut eſcam panis:**

Nõne cognoſcent)deum eſſe et dei iuſticiam ſeu vltionē venturā qui modo ſcire diſſimulant(oēs qui oꝑantur) ꝑſeueranter(iniquitatem)nunc ſine timoꝛe. quaſi diceret. ſic nam cognoſcēt ꝑ pene experientiam id cuius modo nolunt habere noticiam quia qui ſtultus eſt in culpa ſapiēs erit in pena ſciens qđ ignoꝛauerat(qui deuoꝛāt plebem meam) populum chꝛiſtianū et eccleſiaſticū ſeductõne incoꝛꝑando vel occidendo vt ſit eis ſacietas de deceptõne vel occiſione. et hoc(ſicut eſcā panis).i. quotidie ſicut panis eſt quotidianus cibus. Inde aūt eis tanta cecitas. qꝛ

**Dñm nõ inuocauerũt: illic trepidauerunt timoꝛe vbi nõ erat timoꝛ.**

Dñm non inuocauerũt).i.in ſe nõ vocauerunt. Si enī inuocaſſent ſalui vtiq; fuiſſent. Non vere deum inuocāt qui ei diſplicentia amāt. et ideo(illic trepidauerũt timoꝛe) quis enī ſecurus ſine dño(vbi nõ erat timoꝛ).i.iuſta cauſa et ratio timoꝛis. Plus enī illi timēt damna et mala temꝑalia incurrere et terrena perdere vbi non timendū q̃ eterna et celeſtia vbi eſſet timendū. Vel quia ꝓpter eoꝛum maliciam dñs immittit eis timoꝛem nemine ꝑſequente in penam ipſoꝛum. Sicut autē eſt cautela opoꝛtune timere: ita ignauia eſt inepte trepidare.

**Quoniam dominus in generatõe iuſta eſt: conſiliū inopis confudiſtis: qm̄ dñs ſpes eius eſt.**

Qm̄ dominus in generatõne iuſta).i.iuſtoꝛum(eſt)per gratiam tanq̃ defenſoꝛ et pꝛotectoꝛ eoꝛum quia non deeſt ſanctis ſuis ſed non eſt in generatõne iniuſta que ſeculum diligit et conditoꝛem ſeculi relinquit. quia iniuſtum eſt ſeruire creature potius q̃ creatoꝛi et ergo non eſt in vobis o miſeri qui eum cõtempſiſtis quia vos(conſilium inopis)ſcilicet chꝛiſti qui pꝛo nobis pauper factus eſt. vel cuiuſlibet imitatoꝛis ſui: quod eſt vt in deo ſolo homines ſpem ponant non in ſeculo(confudiſtis)id eſt confuſibile iudicaſtis: quia vobis magis placent terrena q̃ celeſtia et cõtempſiſtis eum(quoniaȝ dñs ſpes eius eſt)id eſt quia ſperat in deo non in homine. Unde ergo magis reuerendus eſſet inde venit contemptus. Sed o ſtulti

**Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael: cum auerterit dñs captiuitatē plebis ſue exultabit iacob et letabitur iſrael.**

Quis)alius(dabit ex ſyon)id eſt ex ciuitate celeſti. vel ex iudeis pꝛocedens(ſalutare) id eſt ſalutem(iſrael)id eſt populo fideli. id ē quis ſaluabit fideles niſi ipſe dominus et amouerit cuius conſilium ſpꝛeuiſtis. quaſi diceret. nullus alius ſed ipē in futuro eos ſaluabit cum ad iudiciū venerit. qꝛ(cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſue) id ē cum damnauerit diaboluȝ qui captiuat populum ſuum ⁊ moꝛtale hoc induerit immoꝛtalitatem. tunc(exultabit iacob)id eſt luctatoꝛ et ſupplantans vicia per quem ſignificantur actiui(et letabit̄ iſrael)id ē vir videns deum et meditans celeſtia per quem ſignificantur contemplatiui. Tunc enim erit exultatio in coꝛpoꝛe his qui fuerint ſpiritaliter iacob id eſt qui luctando vicia ſupplantauerunt et erit leticia in mente his qui ſpiritaliter fuerint iſrael. id eſt qui in amoꝛe et contemplatione diuinitatis exarſerint. Ibi actiua et contemplatiua vita gaudio eternitatis remunerabiliter ibi ꝓficientium et perfectoꝛum merces ſempiterna recõpenſabiliter. Oꝛo

Dignare domine de celo ſancto tuo reſpicere ſuper filios hominum et da nobis cognoſcere viam pacis vt auerſa vicioꝛum captiuitate celeſtis hieruſalem habitaculis perfruamur. Per dñm.

Pſalmus de militia digne habitan-
tium in preſenti eccleſia et de virtutum
exercitijs introducentibꝯ poſt militiã ad
celeſtia. ps. xiiij.

# Domine quis habi-
tabit in tabernaculo tuo: aut quis
requieſcet in monte ſancto tuo?

Auctor pſalmi ꝓpheta Dauid. Titulus ta
lis eſt. Pſalmus dauid. Id eſt ps̃ iſte eſt Da-
uid ꝓphete qui hic loquitur de morum inſti-
tutione et p̃ſumptõnis repreſſione. Materia
habitatio tam militãtis eccleſie q̃ triũphan-
tis. Intentio: oſtẽdere qui ad illas eccleſias
ꝑtinent et qua via ꝑ chriſtianã militiã tenda
mus ad patriaꝫ. Sñia in generali: ꝓpheta in
iſto pſalmo loquitur de digne habitantibꝯ
in eccleſia militante et quieſcentibꝯ in trium-
phante. Multi enĩ videntur eſſe nunc de ec-
cleſia et nõ ſunt et tñ iactant ſe eſſe. quoꝝ pre-
ſumptionẽ ꝓpheta intendens retundere que-
rit a dño rogans ſibi a dño reſponderi. Cõ-
futatis ergo malis de quibꝯ dictuꝫ eſt ſupra
querit a deo de bonis quos ſua dignos iudi
cet eccleſia. Sñia in ſpeciali ꝓpheta ergo ve-
lud ſacerdos petens reſponſum ait. (Domi-
ne quis habitabit) ſcꝫ digne et ꝑſeueranter.
(in tabernaculo tuo). i. in pñti militante ec-
cleſia dimicans ſtrenue in ea: vbi militamus
cõtra carnem. mundũ. diabolũ. Tabernacu-
lum enĩ eſt ꝓprie militantium. (aut quis re-
quieſcet) poſt militiã et laborẽ (in monte ſan-
cto tuo). i. in eterna beatitudine et in eccleſia
triumphante: vbi eſt viſio pacis et ſupemi-
nentia charitatis. Propheta quaſi ſacerdos
ſtans ante faciẽ dñi querit quos deus eccle-
ſia ſua dignos iudicet: et r̃ndet dñs in exem
plum decalogi decem virtutibꝯ ad atria ſua
peruenire. Prima.

**Qui ingreditur ſine macula: et operatᷣ
iuſticiam.**

Qui ingreditᷣ) in hac vita (ſine macula)
mortalis culpe et infamie. id eſt qui eſt inno
cens et militat cum temperantia abſtinendo
a malo. Secunda (Et operatur iuſticiaꝫ) id
eſt opera bona et iuſta. quia non ſufficit abſti
nere a malo ſed oportet etiã facere bonũ. Iu
ſticia magna virtus eſt nõ nouit patrem vel
matrem: veritatem nouit. perſonam non ac-
cipit. deum imitatur. Deinde ꝑtes et opa ha
rum virtutum exſequitur. Tercia

**Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo: qui
non egit dolum in lingua ſua.**

Qui loquitur veritatem in corde ſuo) et
non tm̃ in labijs. id eſt qui nulli fraudẽ ma-
chinatus eſt ſed ita habet in corde ſicut eſt in
ore vt cor conſonet cum ore. Quandoqꝫ enĩ
aliquis verum dicit et putat fallere et habet
veritatem in labijs non in corde. ergo parũ
eſt verum loqui niſi in corde ita ſit. Quar-
ta (qui non egit dolũ in lingua ſua) id eſt qui
non decipit proximum doloſe mendacijs et
verbis falſis ſed veritati quam ſcit et in cor-
de habet etiã ore et lingua ↄcordat. Quinta

**Nec fecit primo ſuo malũ: et obprobri-
um nõ accepit aduerſus primos ſuos.**

Nec fecit primo ſuo malum) id eſt nõ no-
cuit eum. vt dicit Auguſtinꝰ. Unde ſcriptũ
eſt: quod tibi nõ vis fieri alij ne feceris. vt ne
mini faciamus malum quod vtiqꝫ nobis ab
alio fieri nolumus. primus enim pro omni
homine accipitur. Sexta (et obprobriũ) de
tractionis (non accepit). i. acceptum et gra-
tum non habuit prolatum (aduerſus proxi-
mos ſuos) id eſt temere vel libenter non cre-
dit criminatori. nec libenter audit detracto-
rem ſꝫ potius diſplicet et nec ipſe criminatur
vel detrahit. Septima

**Ad nihilum deductus eſt in conſpectu
eius malignus: timentes autem domi-
num glorificat.**

Ad nihilũ deductus eſt in cõſpectu eius)
ſcꝫ viri iuſti vt nihil in eo valeat (malignus)
ſcꝫ diabolus vel homo male ſuggerẽs a qui-
bus non potuit cogi nocere alij. Uel (mali-
gnus) homo ſcꝫ iniurie illator vel primi cri
minator quẽ pro nihilo ducit et habet quan-
tumcunqꝫ ſit magnus quia nõ eſt aliquo ho
nore dignus (timentes autẽ dñm) id eſt vere
virtuoſos licet pauperes (glorificat). i. glo-
rioſos reputat et honorat. ſcit enĩ in his ha-
bitare deum. Octaua

**Qui iurat primo ſuo et nõ decipit: qui
pecuniã ſuam nõ dedit ad vſuram: et mu
nera ſuper innocentem nõ accepit.**

Qui iurat primo ſuo). i. firmiter ꝓmittit.
(et nõ decipit) qꝛ ꝓmiſſuꝫ reddit. hoc eſt ſi iu
rat implet qđ ꝓmiſit. Nona (qui pecuniam
ſuam nõ dedit ad vſuram). i. nõ expetit ſuꝑ-
abundantiã tpalem qꝛ eſt vſura ſpũalis que
eſt exercenda vt p̃dicatio. Sed vt dicit Hie-
ronymus. ex pecunia dñi. i. ex p̃dicatõne ver
bi dei licꝫ victũ et veſtituꝫ accipe et qui plus
req̃rere voluerit i vſurã reputabitᷣ. Decima
(et munera ſuꝑ innocenteꝫ nõ accepit) ad de
primendũ cauſaꝫ innocentis et ad ſuꝑandũ

eum in cauſa ſua. ſequitur concluſio.

**Qui facit hec: nō mouebitur ineternū.**

Qui facit hec) predicta tam priora ꝙ̄ poſ-
teriora et qui ſic militat in via (nō mouebit̄
ineternū) q̄z in pn̄ti nō mouebitur a ſtatu gra-
tie et ſic ꝑueniet in futuro ad ſtatum glorie et
regnabit in patria. Iſte ergo habitabit nunc
in dei tabernaculo et req̄eſcet poſtea in mon-
te eius ſancto et nō diuidetur ab ipo. Et no-
ta ꝙ dicit. facit hec. vt ad actū nos inuitet et
oꝑandum non ſolū ad dicendū ⁊ cantandū.
Vn̄ Auguſtin⁹. Caue ne bene cantes et ma-
le viuas. Oratio.

Concede nobis pĳſſime deus ſine macu-
la ingredi eccleſiā tuam ⁊ auerte nos a dolis
ꝓximi et vſuris et dum hec ſm̄ tuum ſerua-
mus p̄ceptum non cōmoueamur ab emulis
ſupplicĳs ineternum. Per do.

**Pſalmus de chriſti ad patrem orati-
one in ſuſceptōne ꝑſone humane et gra-
tiarum ꝓ beneficĳs actōne. Ps. xv.**

**Conſerua me do-
mine qm̄ ſperaui in te: dixi dn̄o de-
us meus es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝝ
non eges.**

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulus hic
eſt. Tituli inſcriptio ipi dauid. i. regnū chri-
ſti de quo hic agit̄ qd̄ inſcriptōe tituli ſigni-
ficatur: attribuit̄ dauid. i. chriſto manu forti.
qui eſt verus rex iudeoꝝ. i. oīm vere ꝯfitenti-
um. Hunc titulū noluit mutare Pilatus q̄z
ꝙ̄uis neſcius ſignauit ꝙ regnū chriſti per
paſſionis victoriā acquiſitū nō deſtrueretur
In p̄cedenti ergo ps̄. queſiuit quis habita-
bit in tabernaculo. et reſponſū eſt ꝙ ille qui
habet virtutes. in iſto ſubiūgit de illo ꝑ quē
habentur virtutes. i. de chriſto qui hic orat.
Materia: Chriſti paſſio et reſurrectio et ad
dexterā p̄ris aſſumptio. Intentio: hmōi chri-
ſti paſſionē reſurrectionē et aſſumptōz firmi-
ter credere et ne aliquis contradicat monere:
noſq̄z ad chriſti regnū qd̄ nobis ꝑ hoc acqui-
ſiuit inuitare. Sn̄ia in generali: propheta in
iſto pſalmo loquit̄ in ꝑſona chriſti qui orat
et petit a deo p̄re ſe cōſeruari eiq̄z gr̄as refert
ꝙ ſua virtute iniq̄tatē ſeculi ſuꝑauit et poſt
reſurrectōis gloriā in delectatōnib⁹ dextere
ſue eum collocauit. Sn̄ia in ſpeciali. Chri-
ſtus ergo ſm̄ hoīez ad p̄rem orans ait. (Cō-
ſerua) et cuſtodi inter ꝑicula (me dn̄e) pater et
quos mihi dediſti (qm̄ ſperaui in te) nō in me
Hoc dicit ꝓ infirmātib⁹ membris ſuis que
tranſformat in ſe. Nos eni qui puri hoīes ſu-
m̄us conſeruari indigemus (dixi) tibi (do-
mino) meo patri (deus meus es tu) id eſt mei
hominis: et in eo ꝙ ſum homo. Et vere de-
us (quoniam bonorum meorum non eges)
Non enim tu indiges meo ſeruitio ſed ego
potius tuo beneficio: Vnde li. quoniam. nō
eſt cauſale ſed adiunctiuū. quaſi diceret. non
cauſa ſed ſignum eſt et euidentia tue diuini-
tatis ꝙ tu non indiges bonis meis. Deinde
conuertens ſe ad auditores narrat que bona
dn̄s pater ſibi fecerit. d.

**Sanctis qui ſunt in terra eius: mirifica-
uit omnes voluntates meas in eis.**

Sanctis) ſcilicet apoſtolis et alĳs fideli-
bus (qui ſunt in terra eius) ſcilicet in eccleſia
ſancta vel qui in terra viuentium ſpem ſuam
fixerunt quorum cōuerſatio eſt in celis (mi-
rificauit) dominus pater id eſt miras fecit et
mirabiliter impleuit (omnes voluntates me-
as) et deſideria. et hoc fecit non extra eos ſed
(in eis) id eſt in profectu eorum. Vel (in eis)
id eſt inter eos. Voluntas enim chriſti erat
vt illi fierent de impĳs pĳ ⁊ iuſti. de terrenis
celeſtes et ſancti. de filĳs diaboli filĳ dei. ſm̄
illud apoſtoli hec eſt voluntas dei ſanctifi-
catio veſtra. quam dominus pater in eis mi-
rabiliter adimpleuit. Sed prius

**Multiplicate ſunt infirmitates eorum:
poſtea accelerauerunt.**

Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ) id
eſt multiplices intellexerunt ſuas eſſe infir-
mitates quia nihil perfectum habuit lex. et
h̄ non ad perniciem ſed vt gratiam deſidera-
rent. vnde addit (poſtea accelerauerunt) cur-
rentes ad medicum vt eos ſanaret. ad medi-
cinam penitentie vt purgaret. ad poſtulan-
dam gratiam que confirmaret. ad impetran-
dam gloriam que conſummaret. Vnde eni
propriam cognoſcunt infirmitatem inde ci-
tius feſtinant ad ſanitatē. Et quia infirmos
et peccatores humiliter ſe confitentur ideo a
celeſti medico ſanari promerentur. et idcirco
adiunctum eſt.

**Non cōgregabo cōuenticula eoꝝ de ſan-
guinib⁹ nec memor ero noīm eoꝝ per la-
bia mea.**

Nō ꝯgregabo ꝯuenticula eoꝝ de ſangui-
nib⁹). i. nō erūt ꝯuētus eoꝝ carnales ſ; ſpūa-
les. nec ſanguinib⁹ pecoꝝ ꝓpiciatus ꝯgrega-
bo eos ⁊ ꝯſtruā meā ecc̄iam. ſpūalis eſt eni re-
ligio noui teſtamenti. (nec memor ero nomi-
num eorum) que peccando ſibi acquiſierūt
ſcōm culpe qualitatem. ſ; culpe pro quibus
ſunt noīa corrigantur. q̄z ſpūali immutatōe

obliuiſcentur quid fuerunt (per labia mea) vocando eos vltra peccatores vel inimicos vel homines ſed iuſtos fratres et dei filios. Quia ergo in hereditatē domini transferun tur recte ſubiungitur.

Dn̄s pars hereditatis mee ⁊ calicis mei tu es qui reſtitues hereditatē meā mihi.

Dn̄s) ſcꝫ pater. eſt (pars). i. portio et premi um (hereditatis mee). i. ſanctoꝝ qui ſunt he reditas mea. Uel (pars hereditatis mee) id ē portio hereditaria mei et meorum. q. d. habe bunt et poſſidebunt mecū hereditatē ipm do minum (et pars calicis mei). i. premiū et mer ces mee paſſionis ſꝫ et ipe calix. i. portio mea delectabilis. Eligant alij partes terrenas ꝑs mei ⁊ ſanctoꝝ eſt deus. Bibant alij volupta tes mortiferas: ego et mei bibemus deū. De inde ꝯuertens ſe ad dn̄m ait. (tu es) o dn̄e pa ter (qui reſtitues hereditatē meā mihi). i. fide les meos qui ꝑ peccatū ꝑierant. Hoc eſt qđ in euangelio dicitur. nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eū. Dicitur aūt chriſtus hereditas nr̄a qꝛ ipe paſcit ⁊ veſcit nos et hic et in patria ⁊ nos dicimur hereditas ⁊ regnū illius qꝛ extollit nos et regnat in nobis. Sꝫ nemo putet ſe hereditateꝫ niſi preclarus ſit. quia ſequitur.

Funes ceciderūt in preclaris: etenī here ditas mea p̄clara eſt mihi.

Funes) quibꝫ diuiduntur hereditatū por tiones (ceciderunt) mihi quaſi ſorte (in pre claris). i. in ſanctis ſiue inter ſanctos qui di uina electōne chriſto ceſſerūt. Sicut enī nos diuidimꝰ hereditatē nr̄am funibꝫ ſic deus fi de ſpe et charitate ſuis hereditatē diuiſit. ſuꝑ quos ceciderūt iſti funes ipi in hereditatem deo ꝑuenerunt. Non aūt ceciderūt niſi in p̄ claris quibꝫ magis placuit celeſtis claritas q̄ꝫ terrena. ſpūales virtutes pluſq̄ꝫ tꝑales ho nores. (etenī hereditas mea). i. eccleſia fideli um (preclara eſt mihi) ꝑ habundantiā gratie et ſanctitatis licet nō mundo vbi ſancti abie cti videntur ꝑuerſis ſicut funis in diuiſio ne poſſeſſionū aliqñ cadit alteri in pulchro: alteri in turpi. ſic in diuiſione hoīm illi ſuꝑ quos funes chriſti ceciderūt ornamento vir tutum ſunt pulchri. qui aūt diabolo contige runt vicioꝝ ſordibꝫ ſunt deturpati. vnde.

Benedicam dn̄m qui tribuit mihi intel lectum: inſuꝑ et vſqꝫ ad noctē increpue runt me renes mei.

Bn̄dicā dn̄m) ſcꝫ p̄rem gr̄as ei agendo (q̄ tribuit mihi intellectū). i. intelligētes ad co gnoſcendū creatorē. Uel (mihi). i. membris meis mihi ꝯiunctis (intellectū) quo deū co gnouerūt quo ꝯtemptis tꝑalibꝫ ſpūalia in tellexerunt. Un̄. hec eſt aūt vita eterna vt co gnoſcant te verū deum ⁊ quem miſiſti ieſum chriſtum. (inſuper). i. de hoc benedicam do minum ꝙ (vſqꝫ ad noctē). id eſt vſqꝫ ad mor tem (increpuerunt me). i. increpauerunt et ꝑ ſecuti ſunt blaſphemijs et iniurijs. Nam de increpo increpas. reꝑitur increpaui et incre pui. increpatū et increpitum. (renes mei) id ē iudei ex quibus ſcd̄m carnē exiui. Et ſic in ꝓſperis et aduerſis gratias agit et deum be nedicit. Unde nos iſte verſus inſtruit vt lau demus deum in donis ſuis et proſꝑis et in ſuper in flagellis et aduerſis. vnde et ſequit̄.

Prouidebā dn̄m in ꝯſpectu meo ſemꝑ: qm̄ a dextris eſt mihi ne cōmouear.

Prouidebā dn̄m in cōſpectu meo ſemꝑ) id eſt cōtinue nō abſtuli oculum meū ab eo qui ſemꝑ eſt ꝓuidens ꝙ in eum poſt iſta tempo ralia ꝑacta recurremur. (qm̄ a dextris eſt mi hi). i. fauens mihi ꝓpicius aſſiſtit et protegit. (ne cōmouear) aliquo motu inordinato ex in iurijs vel cauſis alijs. ſed vt in eo ſtabilis ꝑ maneam. Hinc trahe exemplū quo peccata vitentur. qui enī deū ſemꝑ acie mentis intue tur hic neqꝫ ꝓſperis extollitur neqꝫ aduerſis frangitur nec peccatis inclinatur. In cun ctis ergo que agimus que loquimur que co gitamus ſi dn̄m vt oīm inſpectorē auxiliato rem iudicem et remuneratorē ſemꝑ in cōſpe ctu nr̄o ꝓuidemus vt neqꝫ amore neqꝫ timo re alicuius rei ab eiꝰ voluntate diſcordemꝰ erit vtiqꝫ a dextris nobis ne de bono ad ma lum cōmoueamur et offendamus.

Propter hoc letatū eſt cor meum et ex ultauit lingua mea: inſuꝑ et caro mea re quieſcet in ſpe.

Propter hoc). i. hmōi aſſiſtentiā et adiuto rium (letatum eſt cor meum) gaudio interi ori (et exultauit lingua mea) gaudio exterio ri qđ ꝓrumpit in voce hoc eſt ideo et in cogi tationibꝫ et in verbis eſt exaltatio. hoc eſt ple na leticia que et corde hilari ꝑcipitur et ala cri ſermone ꝓfertur. (inſuꝑ) preter p̄dicta (et caro mea) non deficiet in interitu. ſed (requi eſcet) in ſepulchro ſine putrefactōne ꝑ tridu um ſepulture (in ſpe) reſurrectōis future. Ex ſi nos ſpūaliter letamur. et caput nr̄m imita mur ſpem certam habemus qm̄ ſimul cum ipſo reſurgemus. vt vbi caput p̄ceſſit et mem bra ſequantur. et ſubiungit in qua ſpe.

**Quoniam nō derelinques aīam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.**

Quā non derelinques).i. nō patieris communi more alioꝝ detineri (aīam meam) quā habeo vt verus homo (in inferno) ſcꝫ in limbo ſanctoꝝ patrū immo et ipa aīa chriſti beatas animas ibi nō dereliquit (nec dabis ſanctum tuum).i. non ꝑmittes corpus meū impollutum et a te ſanctificatū (videre corruptionem.i. experiri putrefactionē vel incinerationem. Et ſic factū eſt qꝛ aīa que ad infernum deſcendit vt electos ſuos inde eijceret et diabolum ligaret non eſt ibi derelicta ſed redijt ad corpus die tercia et corpus bn̄ficio diuinitatis ſibi ſemꝑ vnite defendebatur ab incineratōne. Immo

**Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cū vultu tuo: delectatōes in dextera tua vſqꝫ in finem.**

Notas mihi feciſti vias vite) accelerando tꝑs reſurrectionis mee (adimplebis me leticia cum vultu tuo).i. aſſumptus de tua manifeſta viſione et claritate diuina letabor (delectatōnes) vite eterne erunt mihi (in dextera tua) poſito (vſqꝫ in finem) ꝯſummantē nō cōſumentē.i. eternaliter qꝛ chriſtus aſſumptus ſedet ad dexterā pr̄is. et hec dignitas ſeſſionis inerit chriſto homini ſemꝑ et ſine fine. Hꝫ qꝫ et de ſanctis intelligi ſic pt. (Notas feciſti) ꝑ me (mihi).i. meis in quibꝫ ego ſum (vias vite).i. vias humilitatis et oꝑa quibꝫ ad vitam redeant. (adimplebis me).i. meos in futuro (leticia cum vultu tuo) vt nil vltra deſiderent cum te facie ad faciem viderint et interim ſunt eis delectatōnes in via huius vite (in dextera tua).i. in fauore et ꝓpiciatōe tua. (vſqꝫ in finē).i. vſqꝫ ad ꝯſūmatōꝫ btitudinis eterne. Vel (delectatōnes).i. ſufficientia oīm bonoꝝ delectabiliū erūt eis (in dextera tua) id eſt in eterna beatitudine (vſqꝫ in finem) id eſt ꝑfecte et ſemꝑ.

Oratio

¶ Conſerua dn̄e ſperantes in te et effice voluntates tuas nobiſcum vt clarificati leticia reſurrectōis tue mereamur a dextris tuis cū omnibꝫ ſanctis delectari. Per do.

¶ Oratio chriſti tēpore ſue paſſionis inſtante vel cuiuſlibet fidelis et iuſti poſiti in tribulatōne: ps. xvi.

**Exaudi domine iuſticiam meam: intende deprecationem meam.**

Auctor pſalmi ꝓpheta Dauid. Titulus talis. Oratio dauid. Hoc eſt: orō huius pſalmi cōuenit ſignificato Dauid.i. chriſto adiūcta ſibi voce corꝑis eius qḋ eſt eccl̄ia. Quod ergo ſup̄ orauit iterū cum membris hic orat nō ꝓ ſua vtilitate ſed ꝓ nr̄a neceſſitate. Chriſti eni orō eſt fideliū inſtitutio. ſicut eni flendo Lazarū charitatē ꝓximi habere nos docuit: ita orauit vt formā orandi nobis ꝓponeret. Materia: oratio chriſti tꝑe paſſionis ſue inſtante vel fidelis et iuſti in tribulatōe. Intencio: nos ad orōem monere vt exemplo ſui ſtudeamus in neceſſitatibꝫ ſemꝑ orare. Sententia in generali: ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona chriſti vel viri fidelis et iuſti in magna tribulatōne corꝑis vl' aīe poſiti petit inde diuinitus liberari. Sn̄ia in ſpeciali: chriſtus ergo ſcđm hoīeꝫ ad pr̄em orans adiuncta ſibi voce corꝑis ait. (Exaudi dn̄e iuſticiā meam) nō a me ſed a te mihi datam. Iuſticia eni vim vocis habet apud deum et penetrat celum. felix qui talem ad orandum ſe preparat vt in oratione iuſticiam ſuam pretendere valeat et nihil niſi quod iuſte conferendum eſt orare preſumat et pro iuſticia (intende) id eſt diligenter auſculta (deprecationem meam) que eſt de malis amouendis et cauendis. Et non ſolum intendas deprecationem meam. Sed et

**Auribus percipe orationem meam: non in labijs doloſis.**

Auribus percipe) id eſt perfecte cape non tranſitorie (orationem meam) que eſt de bonis ſibi et ſuis adhibendis et conſeruandis. Orationē inquam (non in labijs doloſis) ꝓlatam. Sicut eſt oratio illorum qui dicunt domine domine et non faciunt voluntatem patris. Vel illorum qui aliud petunt et aliud in corde verſant. Labia enim doloſa eſſent ſi ab equitate vel intentione verba diſcordarent. Deinde ſubiungit quid petit. quaſi diceret. hoc peto. vt

**De vultu tuo iudicium meum ꝓdeat: oculi tui videant equitatem.**

De vultu tuo) qui oīa videt nec alterius teſtimonio eget.i. de manifeſta noticia tua. (iudiciū meū ꝓdeat).i. exeat vel eſſe appareat id eſt iudica me ſꝫm illa q̄ in me reſpicis ⁊ cognoſcis q̄ nullū habeo pcc̄m (oculi tui).i. cōtuitio diuinitatis tue (videāt equitatē) vt facias mihi ſꝫm eam nō ſꝫm voluntatem hoīm et mihi des remedium. aduerſarijs vero ſꝫm ſuū demeritū. Iam autē fac qḋ peto a te quia tu qui omnia vides.

**Probaſti coꝛ meū ⁊ viſitaſti nocte: igne me examinaſti et non eſt inuenta in me iniquitas.**

Pꝛobaſti coꝛ meū) quod cōſpectui tuo ſemper patet (et viſitaſti nocte). i. tribulatione. q̄ſi diceret. coꝛ meum viſitatōne tribulationis pꝛobatū eſt: que tribulatio et nox dicitur q2 pturbat: et ignis q2 exurit. Vñ ſubdit (igne) ſcilicꝫ tribulatōnis (me examinaſti) ſicut metalluꝫ (et nō eſt inuenta in me iniquitas) quā vſtio coqueret. id eſt inuētus ſum immunis a peccato. Debent ergo ſancti viri ſemꝑ examinare coꝛ ſuum vt illud ante oculos dei ſine iniquitate habeant ꝓbatuꝫ. Et adeo ſum iuſtus et ſine iniquitate.

**Vt nō loquatur os meum opera hoīm: ꝓpter verba labioꝝ tuoꝛū ego cuſtodiui vias duras.**

Vt non loquatur os meum opa hoīm) id eſt vt nō aliud ꝓcedat de oꝛe meo q̄ꝫ quod ad gloꝛiam et laudem tuā ꝑtinet nō ad opa hominum que ꝑter voluntateꝫ tuam faciunt. i. vt nihil niſi tuum loquar et in lingua non peccem quod eſt ꝑfectoꝛum. vt dicit Ambroſius. Nō mediocre ꝑiculum eſt cum habeas tanta eloquia dei et opa que fecit illis pretermiſſis loquaris et audias que ſeculi ſunt. Et q̄uis ita innocens ſim tamē (ꝓpter verba labioꝛum tuoꝝ) ſcꝫ mandata et cōſilia cōplenda (ego cuſtodiui vias) tribulationū vel virtutum et bonoꝛum opm (duras) ſcꝫ nolentibus ſꝫ ſuaues volentib9. Et ergo

**Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt nō moueantur veſtigia mea.**

Perfice) vſq; in finem quia a deo eſt incipere ⁊ a deo eſt finire. (greſſus meos). i. operum meoꝝ actus (in ſemitis tuis). i. in perfectoꝛum mandatoꝝ tuoꝛuꝫ artis et anguſtijs vijs (vt veſtigia mea). i. imitatoꝛes mei quibus eſt impſſa foꝛma iuſticie (nō moueātur) a te vel a me. Bene ſiquidē ſequax pergit vbi ille qui exemplū pꝛebet rectus inceſſerit. Vel (vt nō moueantur veſtigia mea) recedendo a veritatis via. neq; enī ſufficit ꝑfecta agere niſi cōtingat in ipſis firmiter ꝑmanere.

**Ego clamaui q̄m exaudiſti me deus: inclina aurē tuā mihi et exaudi verba mea.**

Ego clamaui) nunc et valida intentōne ꝑces direxi. (q̄m exaudiſti me deus) alio tempoꝛe. q. d. exauditio pꝛioꝛis clamoꝛis inuitat me ad iterandū clamoꝛē. et ex hoc q᷑ audiſti me auſus ſum inuocare te habēs ſpem iterum de exauditōne. et ideo ſicut ꝯſueuiſti (inclina aurem tuaꝫ) ſcꝫ miſcōie et clementie (mihi) humili ſicut medicus egroto. (et exaudi) ad effectū ꝑducendo (verba mea) quibus loquoꝛ ad te oꝛando. hec ſcꝫ

**Mirifica miſcōias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te.**

Mirifica miſcōias tuas). i. innoua et fac eas nouas ac mirabiles circa me q᷑ hoīes admirentur eas. Mira enī ſunt que noua ſunt et ne vileſcant miſcōie tue ⁊ minus amentur Tu dico (qui ſaluos facis ſperantes in te) nō ꝑſumentes de ſe. Mira ſunt et noua que in carne chꝛiſtus geſſit que iudei mirati ſunt ſꝫ credere noluerunt et quotidie mirificat dñs miſcōias ſuas ex iniuſto iuſtum faciendo.

**A reſiſtentib9 dextere tue cuſtodi me: vt pupillam oculi.**

A reſiſtentib9 dextere tue). i. ab impijs qui reſiſtunt ꝓtectōni tue et fauoꝛe quo mihi faues: ſeu quem mihi facis et oſtendis. (cuſtodi me) ab oīm occaſione leſionis. ne iniuſticia iuſticiā pꝛemat. ne qua obuians tentatio me frangat vel ſeducat (vt pupillaꝫ oculi). i. ita tenere et diligenter ſicut hō cuſtodit pupillam oculi ſui qui diligenter cuſtoditur q2 nil tam diligitur. ita q᷑ nō poſſunt mihi nocere vel finaliter pꝛeualere.

**Sub vmbꝛa alarū tuaꝝ ꝓtege me: a facie impioꝝ qui me afflixerunt.**

Sub vmbꝛa alarū tuarum) id eſt ſub munimento charitatis et miſericoꝛdie tue (ꝓtege me) vt gallina pullos (a facie) id eſt ab inſtantia et infeſtatōne (impioꝛum) ſcilicet demonum et maloꝛum hominuꝫ (qui me afflixerunt) perſequendo. Miſericoꝛdia qua gratiam impendit et charitas que gratiam impenſam cuſtodit: ale dei ſpirituales ſunt quibus nos pꝛotegit quia ab eſtu refrigerant vicioꝛum et ab afflictōne tempant impioꝛum. Et ſubiungit quō afflixerunt. d.

**Inimici mei aīam meā circūdederunt: adipem ſuū ꝯcluſerūt: os eoꝝ locutum eſt ſuperbiam.**

Inimici mei aīam meā). i. me. ponēdo ꝑtē pꝛo toto (circundederūt) diuerſis tentationibus conſilijs et machinationib9 querentes vitam meam tollere et me ꝑdere (adipem ſuum). i. viſcera miſericoꝛdie (ꝯcluſerunt). i. intus clauſerunt omnino erga me. ꝑſequendo me abſq; vlla miſcōia. et obſtinate (os eoꝛum locutū eſt ſuꝑbiam) ꝯtra deū et ꝓximū.

Quidam cogitant ſuperbiam. quidam lo=
quuntur. quidã faciunt. quidam alijs ſignis
exprimunt et nõ eſt aliqđ membrũ in hoīe in
quo nõ regnet quandoq̃ ſupbia.

**Proijcientes me nũc circũdederũt me: oculos ſuos ſtatuerũt declinare in terrã**

Proijcientes me).i. tentantes me pijcere
ab omni honore et bono ſpũali (nũc circun=
dederunt me) tendentes inſidias circũquaq̃
ne poſſim euadere. qꝛ (oculos ſuos) ſcꝫ cor=
dis.i. ꝯſideratõnem et intentionẽ (ſtatuerũt)
id eſt deliberauerũt et firmauerũt: quaſi ex p
poſito (declinare) et flectere (in terrã).i. in iſta
terrena nõ leuare ad deum et celeſtia nõ atten
dentes ſpũalem iacturam ſed vtilitatem ter=
renam quia non habendo reſpectũ ad deum
ſed quaſi auertendo ſe ab eo plus timebebãt
pdere tpalia q̃ eterna.

**Suſceperũt me ſicut leo patus ad pre=dam: et ſicut catulus leonis habitans in abditis.**

Suſceperũt me).i. ſuſcipere auide conati
ſunt et parati ſunt (ſicut leo paratus ad pre=
dam).i. aperte me pſequentes cũ magna cru
delitate. (et ſicut catulus leonis habitans in
abditis).i. in abſconditis ⁊ inſiſtens inſidijs
quia cum hoc etiã latenter et ſidioſe me pſe=
quuntur. Mos eſt eñi malis vota ſua tege=
re. vt latenter poſſint ea pficere qm̃ qui male
agit odit lucem. Sꝫ tu qui diſſimulando vi
deris dormire ⁊ iniquitatẽ hoīm nõ curare.

**Exurge dñe preueni eum et ſupplanta eum: eripe aĩam meã ab impio. frameam tuam ab inimicis manus tue.**

Exurge) o (dñe) p oſtenſionẽ tue potentie
(preueni eum).i. eos ſcꝫ impium et ſuos a ſi
mili currentis ne ad ꝯplementũ voluntatis
ſue pcedant (et ſupplanta).i. decipe (eum) a ſi
mili luctantis.i. ſubuerte eos et deijce ineffi
caces faciẽdo et a ſuo pposito fruſtrando (eri=
pe) et libera (animã meam).i. me (ab impio)
ſcꝫ diabolo vel homine malo (frameam tuã)
id eſt gladiũ ſeu poteſtatẽ et potentiã quam
dediſti eis. quia a te acceperũt qua abutun=
tur pſequendo bonos erue ⁊ aufer (ab inimi
cis manus) et virtutis (tue) qꝛ aduerſantur
tue potentie.

**Dñe a paucis de terra diuide eos in vi=ta eoꝝ: et de abſconditis tuis adimple=tus eſt venter eorum.**

Dñe a paucis).i. iuſtis et electis qui pau=
ci ſunt compatiue. Multi enim ſunt vocati
pauci vero electi. (de terra) viuentium ſcꝫ ec
cleſia (diuide) et ſepa (eos) ſcꝫ malos ſm mo=
res et merita (in vita eoꝝ).i. q̃ diu viuunt ne
poſſint nocere bonis. et poſtea etiam diuide
eos ſm loca. qꝛ (de abſconditis tuis).i. pec=
catis que deus nõ nouit per approbatõem ſꝫ
phibet et que tanq̃ tenebre abſcondunt a lu
mine veritatis tue (adimpletus eſt venter eo=
rum).i. ſaciata eſt carnalitas et deſideriũ eo=
rum vel plena eſt memoria eorum vt obliui=
ſcantur domini.

**Saturati ſunt filijs: et diuiſerunt reli=quias ſuas paruulis ſuis.**

Saturati ſunt filijs).i. opibus malis qꝛ
ſatiſfecerũt ſibi in prauitatibꝫ ſuis. Opa eñi
dicunt filij: et ſicut bona opera filij boni. ita
mala mali et ita ſaturati ſunt ꝙ (diuiſerunt)
et dereliquerũt (reliquias ſuas) ſcꝫ peccatoꝝ
et maledictõis (paruulis ſuis).i. poſteris eo=
rum imitatoribus quia traducũt ea ad poſte
ros. ita illi ſaciati ſunt immundicia. Sꝫ qꝛ
ad hoc nr̃a tendit oratio noſtreq̃ deuotõnis
affectus nr̃a opa noſtre patientie exercitia vt
gloria dñi ſaciari valeamus ſubiungit.

**Ego aũt in iuſticia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cum apparuerit gloria tua.**

Ego aũt) potius (in iuſticia) quod eſt mã=
data tua adimplere (apparebo ꝯſpectui tuo)
id eſt in pñtia tua nũc p gratiam tuã iuſte vi=
uendo. et (ſatiabor) in futuro celeſti refectõne
et replebor omni gaudio vel eo quod nunc
deſidero. Qui eñi nunc eſuriunt et ſitiunt iu
ſticiam tunc ſatiabunt ea (cum apparuerit) et
manifeſtabit ſanctis (gloria tua) eterna que
ſatiat appetitũ humanũ eo ꝙ ibi cõſequitur
bonũ infinitũ. Felices qui pñtium delitiarũ
et vanitatũ obliti merebunt ibi ſatiari.

Conuerte dñe oculos cordis Orõ
nr̃i ad cernendũ tui iudicij veritatẽ vt dum
hic igne ſpũali pbamur de tuis ineternũ cõ=
ſpectibꝫ cũ fructu iuſticie ſatiemur. Per d.

Vox chriſti et eccleſie gratias agen=
tis p ſua liberatõne de oīm inimicoꝝ ſu=
orum multiplici liberatõe. ps. xvij.

# Diligã te domine

**fortitudo mea: dñs firmamentum meũ ⁊ refugiũ meũ ⁊ liberator meꝰ**

Auctor pſalmi propheta dauid. Titu lus
hic eſt. In finẽ verba cantici huius. ⁊c̃. Id
eſt verba cantici huius ſcilicet de his vnde
habendum eſt canticum id eſt delectatio et
leticia ſunt attribuenda Dauid. id eſt manu
forti chriſto ſcđm caput et ſecunduꝫ corpus

eius.i.eccleſiam puero propter puritatem et obedientiaʒ domini id eſt dei patris. David dico fideles ſuos in finem dirigenti id eſt in ſummum bonum que verba locutus eſt in-terna ſua locutōne chriſtus totus ſcilicet caput et corpus. domino id eſt ad honoreʒ domini patris in die id eſt pro die vel in die id eſt in conſideratione illius diei ſcilicet reſurrectionis chriſti qua die eripuit eū id eſt chriſtum. ſcōm caput et corpus. dominus pater de manu ſaul id eſt de poteſtate mortis chriſtum in re et membra in ſpe et tandem eripiet in re et de manu omnium inimicorum ſuorum id eſt de poteſtate iudeorum ſm caput et de poteſtate demonum ſm corpus et membra. Et bene ſaul ꝑſecutor david mors dicit que ſola nos ꝑſequit. niſi eni mortales eſſemus nihil nobis facere poſſet inimicus. Et ꝓ hac ſpūali liberatōe totus chriſtus agens grās deo dixit: que ſequunt in ps. Qui ergo ſupra ꝓ liberatōne obtinenda orauit nūc ꝓ ea obtenta grās agit. Materia: gratiaꝝ actio de multiplici liberatōne ab inimicis et ꝑiculis. Intentio: ad gratiaꝝ actionē monere ꝓ hmōi liberatōe. Snīa in generali ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona chriſti ⁊ eccleſie gratias agit ꝓ ſua multiplici liberatōne tam a tentationib᷒ varijs q̄ꝫ a ꝑſequentib᷒ inimicis fortiſſimis. Pſalmus iſte multa ꝯtinet ſacramēta et diuerſa eccleſie tpa. Ea aūt que ꝑmo hic ponunt pn̄t indifferenter in voce chriſti ſeu eccleſie accipi et ad vtriuſqꝫ ꝑſonam referri. Snīa in ſpeciali: de ſpūali ergo liberatōne chriſtus integer grās agens ait. (Diligā te dn̄e) qui dignus es om̄i dilectōne qr es (fortitudo mea) effectiue ſcꝫ ꝑ quē ſum fortis ad reſiſtendū aduerſarijs. ad exercenduʒ bona. ad tolerandū mala et expugnandū tentamēta. Deinde mutans ꝑſonā de eo hoīb᷒ loquitur. d. (dn̄s) eſt (firmamentū meū) ꝑ quē ſum tutus habens in eo firmum fundamentū ne ventis tentationū mouear. (et refugiū meū) ad quē refugio ab om̄i preſſura ne in ꝑiculis peream (et liberator meus) a ꝯformitate malorum et ptāte inimicoꝝ.

**Deus meus adiutor meus: et ſperabo in eum.**

Deus meus) qr me creauit ex nihilo (adiutor meus) et cooperator in bono (et) ideo (ſperabo) et totā ſpem ponā (in eum) ꝑ quē ſaluabor in futuro et nō in aliuʒ. Hoc diſtat inter deum et dn̄m qꝫ deus nomē eſt nature: ſed dominus nomē eſt officij. Illud ꝑtinet ad maieſtatem et dignitatē que ipe eſt: hoc ꝑtinet ad ptātem et dominiū qḋ in nobis exercet. Ibi oſtendit nobis quid amemus: hic autē quid timeamus. in vtroqꝫ q̄d credamus quid ſperemus quid amemus.

**Protector meus et cornu ſalutis mee: et ſuſceptor meus.**

Protector meus) a ꝯuentu malignantiuʒ tanq̄ꝫ ſcutū qr me ꝓtegit ꝯtra inſidias ⁊ defendit a malis (et cornu ſalutis mee). i. firma ꝓpugnatio ad ſalutē et celſitudo ſalutis ad repellendos et diſſipandos inimicos meos fortes. Sicut eni cornu eminet ita ipe eſt eminens nr̄a ſalus. Loquit ſm ſilitudinē ſumptam de animalib᷒ cornutis que cornu ſalutem ſuam defendunt. (et ſuſceptor meus) me tanq̄ꝫ medicus infirmū ſuſcipiens ad ſanandum. et ideo nō ingratus.

**Laudans inuocabo dn̄m: et ab inimicis meis ſaluus ero.**

Laudans) nō me ſꝫ dn̄m ꝓ euaſione malorum et adoptōne bonoꝝ et nō meā gloriaʒ ſed dn̄i querens (inuocabo dn̄m) ad ꝑſeuerādum (et) ſic (ab inimicis meis) omnib᷒ ſcꝫ viſibilibus et inuiſibilib᷒ (ſaluus ero) ꝑ ſuum adiutoriū qr mihi nocere nō poterunt. Ecce quanta eſt vtilitas laudare deū. Si eni et in ꝓſperis et in aduerſis deum toto corde laudaueris nullus poterit tibi nocere inimicꝰ. Et merito ab inimicis ſaluari deſidero qr.

**Circundederunt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis ꝯturbauerūt me.**

Circundederūt me) vndiqꝫ (dolores) non de rebus mundi ſed (mortis). i. inſidie inimicorum quib᷒ ſatagunt me ad mortē trahere qui et ꝑ inuidiā dolent me viuere. (et torrentes iniquitatis). i. trāſitorij impetus iniquorum et ꝑſecutōnes malitioſe cum impetu venientes ſicut inundatōnes torrentiū (ꝯturbauerunt me) torrendo et egerūt vt me ꝯturbarent nam fecerunt me pauere ac triſtari et meſtum eſſe.

**Dolores inferi circūderunt me: ꝑoccupauerunt me laquei mortis.**

Dolores inferi) id eſt dolores inuidie que ducunt ad infernum ſicut inuidia diaboli ducta eſt mors in mundum (circūdederunt me) qr erant in circundantib᷒ me ex om̄i pte (ꝑoccupauerūt me) et ꝑuenerūt ad nocenduʒ mihi (laquei mortis). i. deceptōnes inimicoꝝ quas tendebant vt caperent me ad mortē ſicut auis capit laqueo. Sed qr in anguſtijs et ꝑiculis eſt recurrendū ad auxiliū diuinuʒ magis q̄ꝫ humanū ſubiungit.

**In tribulatõne inuocaui dñm: et ad deũm meum clamaui.**

In) hac tãta (tribulatõe) et neceſſitate mea et preſſura (inuocaui) totis viribꝫ (dñm) adiutorem qḋ eſt vnicũ inter mala remediũ (et ad deũ meum) nõ alienũ (clamaui) valide qḋ plus eſt ꝙ̃ inuocare qꝛ notat intentionẽ inuocatõis. Si ergo te circundãt dolores ⁊ laquei mortis et inferi ſi ꝑturbatões iniquitatis: intus in corde inuoca dñm ⁊ toto cordis affectu clama ad deũ tuũ et eripiet te de om̃i tribulatõne. vnde ſubditur.

**Et exaudiuit de templo ſcõ ſuo vocem meam: et clamor meus in cõſpectu eius introiuit in aures eius.**

Et exaudiuit de templo ſcõ ſuo vocẽ meã) id eſt de celo qḋ eſt templũ glorie dei vel de corde meo in quo de⁹ habitat (et clamor meus). i. deuota oratio qui eſt (in ꝯſpectu eius) id eſt quẽ nõ corã hoibꝫ ſꝫ corã deo intus in ꝯſcientia habeo qui nõ tam vocis eſt ꝙ̃ cordis qꝛ mentis nr̃e deſideriũ clamor eſt in cõſpectu dei (introiuit) a ſili fidelis nuncij (in aures) potentie ⁊ clemẽtie (eius) hoc aũt modo audit qꝛ tp̃e aduentus chriſti p̃dicantibꝫ apoſtolis.

**Cõmota eſt et contremuit terra: fundamenta montiũ cõturbata ſunt et cõmota ſunt: qm̃ iratus eſt eis.**

Cõmota eſt) intus ad penitentiã (et) poſt etiã (cõtremuit) extra ꝓ peccatis audito ꝙ futurum eſſet iudiciũ (terra). i. peccatores ſeu terrena carnaliũ corda (fundamẽta montiũ) id eſt diuitie quibꝫ innituntur ſupbi et falſa ſpes mundi (ꝯturbata ſunt et cõmota ſunt). i. ſublata vt iam ſpes mundi nõ habeat firmamentũ in cordibꝫ hoim. ſpes eni mũdi abijt quã deus odit. (qm̃ iratus eſt eis). i. qꝛ innotuit eis ira dei ſup ſe ventura ſi nõ mutarentur. Et ita.

**Aſcendit fumus in ira eius: et ignis a facie ei⁹ exarſit: carlones ſuccẽſi ſũt ab eo.**

Aſcendit fumus). i. lachrymoſa ꝯpunctio et dep̃catio penitentiũ. Fumus eni lachrymas ꝓuocat ⁊ in altũ aſcendit. (in ira eius). i. in ꝯſideratõe ire eius cũ nouiſſent quid minetur deus (et) poſt pn̄iam (ignis) charitatis et amoris (a facie). i. noticia eius (exarſit) et ardere cepit et ita (carbones). i. peccatores tenebroſi et frigidi ac deſperatõe extincti et mortui (ſuccenſi ſunt ab eo) ſcꝫ igne ad amorẽ dei et rurſus reuixerint. Et q̇ ordine et quõ hec facta ſunt demonſtrat̃ cum dicitur

**Inclinauit celos et deſcendit: et caligo ſub pedibus eius.**

Inclinauit celos). i. exinaniuit et humiliauit ſe verbũ vt ꝓpter hoim infirmitatẽ carnem ſumeret (et deſcendit) ad nos venit et ita etiã humiliauit celeſtia ſubdens angelos humane nature (et caligo). i. diabolus q̇ hoim mentes obnubilat eſt (ſub pedibꝫ eius) et dñi ptãte calcat̃ qꝛ vn̄ humilis in carne apparuit inde principẽ tenebrarꝫ oĩmoda ſubiectõe ꝓſtrauit et eccleſie ſue ꝓſternendũ dedit.

**Et aſcendit ſup cherubin et volauit: volauit ſuper pennas ventorꝫ.**

Et) ipe qui deſcendit (aſcendit ſup cherubin qḋ interp̃tatur plenitudo ſcientie. i. oẽm modũ ſciẽtie excedit. ꝙ caro paſſa ſic eſt exaltata (et volauit) qꝛ dilectoribꝫ ſuis ſe incõprehenſibilẽ oſtendit ne corporeis imaginibꝫ cõprehendere querãt (volauit) dico (ſup pẽnas ventorꝫ). i. ꝯtemplationẽ aĩarꝫ qꝛ incõprehenſibilitas eius ſupat virtutes aĩarꝫ quibꝫ ſe ad deũ ꝯtemplandũ in altũ attollunt nullus eni intellectus p̃t ad eum attingere.

**Et poſuit tenebras latibulũ ſuũ. in circuitu eius tabernaculum eius: tenebroſa aqua in nubibus aeris.**

Et poſuit tenebras latibulũ ſuũ) ſcꝫ obſcuritatẽ ſacramẽtorꝫ in quibꝫ ipe lateret nec ſuos deſeret. latuit eni diuinitas in carne remiſſio peccatorꝫ in baptiſmo. chriſtus in altari ſub panis ⁊ vini ſacramẽto. et ꝙ̃uis lateat tñ (in circũitu eius tabernaculũ eius). i. credentes in quibꝫ hoc tp̃e habitat et militat ambiunt eum et adherent ei nec tñ vident eũ apte ꝑ ſcripturas veteres. qꝛ (tenebroſa aqua in nubibꝫ aeris). i. obſcura ſcientia et doctrina eſt in ꝓphetis qui a terrenis eleuati inferioribus ꝯpluũt verbũ dei. Sed lux vera has tenebras illuminauit. quia

**Pre fulgore in ꝯſpectu eius nubes tranſierunt: grando et carlones ignis.**

Pre fulgore). i. a claritate qui eſt (in ꝯſpectu et manifeſtatõe (ei⁹) qua manifeſte ꝯſpicitur (nubes) nõ veteris ſꝫ noui teſtamenti ſcꝫ apl̃i vicinius eũ ꝯtẽplantes et diuino lumĩe ab eo illuſtrati. Uel (p̃ fulgore). i. prefulgide vt ſit vna dictio penultima etiã ꝓducta (nubes) in ꝯſpectu ei⁹ exiſtẽtes (trãſierunt) de iudeis ad gẽtes et ipi facti ſunt (grando) obiurgando et dura corda feriendo (et carbones ignis) hũana corda fidei et charitatis ardore inflãmando et alios ſuo exemplo et verbo ad amorem dei accendendo.

**Et intonuit de celo dñs: et altiſſim⁹ dedit vocē ſuā: grando et carbones ignis.**

Et intonuit) minis q̄ ſunt de penis eternis. i. ſonuit (de celo). i. de p̄dicatoribꝰ (dñs) qui loquit̄ in eis (et altiſſimus dedit vocē ſuam) ſuauem ſcʒ ꝓmiſſionis que eſt de p̄mijs eternis: tanq̄ (grando ⁊ carbones ignis) vt ſ. Ipſa eni apl'oꝝ p̄dicatio nō tam ap̄lica erat q̄ dñica q: ip̄e in eis loquebat̄. Iuxta ergo capacitatē audientiū modo minando ⁊ terrēdo intonat dñs modo ꝓmittendo ⁊ demulcendo dat vocē: modo vt grando ꝯtundens modo vt ignis accendens.

**Et miſit ſagittas ſuas et diſſipauit eos: fulgura multiplicauit ⁊ cōturbauit eos**

Et) ad hoc faciendū (miſit ſagittas ſuas) ſcʒ p̄dicatores pennis virtutum recta itinera tranſuolantes et corda pungentes (et diſſipauit) vel diſperſit (eos) ad quos miſſi ſunt vt alijs coꝝ eſſent odor vite in vitaʒ alijs odor mortis in mortē. (fulgura multiplicauit). i. miracula choruſcātia in cordibꝰ auditoꝝ et ſtupidos reddentia (et ꝯturbauit eos) bona ꝯturbatōe ſcʒ ad penitentiā. vñ ſubdit.

**Et apparuerūt fontes aquaꝝ: et reuelata ſunt fundamenta orbis terraꝝ.**

Et apparuerūt) auditoribꝰ (fontes aquaꝝ) ſalientiū in vitā eternā. i. ꝓfunditates ſcripturarum. ſeu vetus et nouū teſtamentū que nimirū ſpiritales fontes ceteros ex ſe ſcripturarum riuulos emittūt. (et reuelata ſunt fundamenta orbis terraꝝ). i. reuelati ⁊ intellecī ſunt ꝓphē qui ante nō intelligebant̄. ſup quos edificatur orbis terraꝝ credens dño. i. eccīa vniuerſalis que de toto orbe colligit̄ cuius fundamenta ſunt ꝓphete q: ꝑ ip̄os fundata eſt fides. Et hec oīa facta ſunt

**Ab increpatōne tua dñe: ab inſpiratōne ſpiritus ire tue.**

Ab increpatōne tua dñe) intus te eos increpante (ab inſpiratōe ſpūs ire tue). i. ſancto ſpū incutiente eis timorē ire tue. Vel increpationē et inſpiratōʒ accipit chriſti predicationem: q: ꝑ predicationē increpabat peccatores vt pn̄iaʒ agerent: et inſpirabat vt iram futurā timerent. Et bene poſtq̄ dixit increpationē adiunxit inſpiratōeʒ. tūc enī vtiliter foris increpamur qn̄ inſpiramur intus vt timeamus. Deinde loquit̄ eccleſia vbi oſtenditur quo ordine iſta ſunt facta.

**Miſit de ſummo ⁊ accepit me: et aſſumpſit me de aquis multis.**

Miſit) deus pater filiū (de ſummo). i. de celo vel de ſinu ſuo (et accepit me) eccīaʒ ſponſam. (et aſſumpſit me) in hereditatē vocādo: (de aquis multis). i. de multitudine ꝑploꝝ. q: ex multis ꝑplis me inſtituit. Vel (Miſit) ſpm̄ ſanctū qui eſt donum de alto (et accepit me) quaſi fugitiuā ꝑ grām iuſtificantē vel ꝑficientē (et aſſumpſit me) extrahēdo (de aq̄s) id eſt vicijs (multis) in altitudinē virtutis et boni operis.

**Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis et ab his qui oderūt me: qm̄ confortati ſunt ſuper me.**

Eripuit) et ſaluauit (me de inimicis meis fortiſſimis). i. de vicijs que ſuꝑ om̄es inimicos nocent. (et ab his qui oderūt me). i. exterioribꝰ inimicis ſcʒ demonibꝰ ⁊ malis hoībꝰ: et neceſſe erat (qm̄ ꝯfortati ſunt ſuꝑ me) robore et ptāte. Sunt inimici fortes ſcʒ hoīes et maxime ꝓpinqui. q: inimici hoīs domeſtici eius. Fortiores ſcʒ demones. q: non eſt ptās ſuꝑ terrā que ei cōparetur. Fortiſſimi ſcʒ vicia carnis q: nulla peſtis efficacior ad nocendū q̄ familiaris inimicus.

**Preuenerūt me in die afflictōnis mee: et factus eſt dñs ꝓtector meus.**

Preuenerūt me) ſcʒ inſidijs a ſeculi currētium priores mihi nocere volētes (in die afflictionis mee) id eſt in tempore tribulatōnis et perſecutōnis quo me ſua perſecutōne affligebant (et factus eſt dñs protector meus) et auxiliū ꝯtra miſerias et voluptates ꝓtegens me ne ſuccumberē. ip̄e enī cum ſuis eſt in tribulatōne eos ꝓtegendo et liberando aliqn̄ in corꝑe aliqn̄ in aīa aliqn̄ in vtroq̄ ꝓut videt neceſſitatibꝰ et vtilitatibꝰ hoīm expedire.

**Et eduxit me in latitudinē: ſaluū me fecit qm̄ voluit me.**

Et) q: carnales patiebar anguſtias (eduxit me) de anguſtia tribulatōis carnis (in latitudinē) ꝯſolatōis ſpūalis ſcʒ fidei et charitatis vt diligerē etiā inimicos. Per mala enī dilatat deus charitatē et ꝑ ſeuitiā maloꝝ eccleſia creſcit numero et merito. (ſaluū me fecit) vocando ad fidē et dando ꝑſeuerantiaʒ (qm̄ voluit me). i. q: placuit ei. Hoc eſt gratis me elegit nullis p̄cedentibꝰ meritis ſed ſola ſua beniuolentia et grā.

**Et retribuet mihi dñs ſm̄ iuſticiā meā: et ſm̄ puritatē manuū mearū retribuet mihi.**

Et) poſt (retribuet mihi dñs) grām ꝓ grā hic in p̄nti (ſm̄ iuſticiā meā). i. ſm̄ meritū bone volūtatis et fidei quā immiſit ꝑ miſcdiaʒ

vt vellem bonum. (et ſm puritatē manuum m
meaꝝ).i.ſm innocentiā meoꝝ operū bonoꝝ
que fides ꝓmeruit (retribuet mihi) qui dedit
vt facerem hoc addit ne quis putet ſufficere
bonā voluntatē ſine opib cum habeat copi-
am bñ opandi. Primo ergo fidē et charitatē
gratis deus pſtat deinde ꝓ illis et opibus ex
illis ꝓuenientibus quaſi ꝓ meritis retribuet
hic pſeuerantiā ⁊ alia bona. vñ ſubdit.

**Quia cuſtodiui vias domini: nec impie geſſi a deo meo:**

Quia cuſtodiui vias dñi).i.ꝑcepta eius et
latitudinē bonoꝝ operū pſeuerando ſerua-
ui (nec impie geſſi a deo meo) recedendo.id ē
poſtq̄ȝ ad illū bene opando acceſſi ab illo pra
ue viuendo nō receſſi. Sic vtiq̄ȝ ad deū dire
cta debent eſſe nr̄a itinera vt vltra nō ſint ad
prauitatē opis diſtorta. Et hoc vtrūq̄ȝ ideo
habeo q꞉ cōſideraui iudicia dei que ad cuſto
diendam iuſticiā et euitandā impietatē vtile
eſt penſare. vnde ſubiungit

**Quōniam oia iudicia eius in ɔſpectu meo: et iuſticias eius nō repuli a me.**

Qm̄ omnia iudicia eius) tam pſentia q̄ȝ fu-
tura (in ɔſpectu meo) ſemꝑ ſunt et mihi pla-
cent que ſꝑ attendo ac pſeuerāti ɔtemplatōe
cōſidero et approbo quoꝝ quedā ſunt in pñti
ſcȝ flagella corrigendoꝝ et tentatōnes ꝓban-
dorum quedā in futuro ſcȝ pmia iuſtoꝝ ⁊ pe
ne impioꝝ. (et iuſticias eius).i.illa iudicia q̄
vidi et inueni iuſta (nō repuli a me) quaſi di-
ſplicentia tanq̄ȝ ſarcina grauatus vel fragili
tate carnis ſupatus illud qd̄ ceperam dimit
tendo et ad vomitū redeundo.

**Et ero immaculatus cum eo: et obſeruabo me ab iniquitate mea.**

Et) ſicut cepi ita poſtmoduȝ (ero cum eo)
id eſt ei adherens (immaculatus).i.pſeuera-
bo in innocētia mea (et obſeruabo me ab ini
quitate mea).i.nō conuertar ad iniquitatē in
qua prius fui. Uel (ero immaculatus) ſm de
lectationē male cogitatōis. (et obſeruabo me
ab iniquitate) opationis que eſſet (mea) ſi fa-
cerem eam. Tale debet eſſe nr̄m ſtudiū: nr̄m
deſideriū vt intus ſimus immaculati et fo-
ris innocui q꞉ vnū ſine altero nō ſufficit.

**Et retribuet mihi dñs ſm iuſticiā meā: et ſm puritatē manuū meaꝝ in cōſpectu oculorum eius.**

Et retribuet mihi dñs) in futuro in retri-
butione iuſtoꝝ (ſm iuſticiā meā) erga ꝓximū
(et ſm puritatē manuū meaꝝ).i.ſm innocē
tiam operū quantū ad me (in cōſpectu oculo
rum eius) q꞉ ipſe aſpicit quicquid hō in man
datis dei opatur. Uel retribuet illud qd̄ eſt
in ɔſpectu eius ſcȝ eterna que hoīes non vi-
dent ſed ſolus deus. Supra ergo dixit ſibi
pſeuerantiā retribuendā in pñti ꝓ fide ⁊ cha
ritate et bonis opibus. hic dicit etiā aliud in
futuro ꝓ eiſdem et ꝓ pſeuerante longanimi-
tate ſibi retribuendū. Et q꞉ dixerat de iuſti-
cia oſtēdit quō habeat꞉ ſalubriter nos infor-
mans et admonēs q̄ ſocietas bonoꝝ ſit appe
tenda maloꝝ vero fugienda. et.d.

**Cum ſancto ſanctus eris: et cū viro innocente innocens eris.**

Cum ſancto) ſcȝ qui ſancte viuit (ſanctus
eris) q꞉ ꝓpter eius ſanctā vitā ⁊ exēpla ad ſan
cta opa exercenda ꝓuocaris: et ſic etiā ſctūs
eris. (et cū viro innocente) qui malū alijs nō
facit et vitam ſuam vicijs non corrumpit (in
nocens eris) nulli nocendo et a vicijs abſti-
nendo. Tria notat hic genera bonoꝝ ſcȝ ꝑ-
fectōnis cum dicit. cū ſcō ſcūs eris. ꝓficien-
tes cū dicit. et cū innocente innocēs eris. In
cipientes cū ſubdit. et cū electo electus eris.
et ꝑmittit qd̄ dignius eſt de his trib q꞉ in ele
ctione notatur ꝑparatio. in innocētia grā in
pñti. in ſanctitate gloria in futuro.

**Et cum electo electus eris: et cum ꝑuerſo peruerteris.**

Et cū electo) ad bona vite eterne (electus
eris) eum imitando. (et cum ꝑuerſo) in vita
et morib qui opa et facta dei repꝛhendit. (per
uerteris) malis eius exemplis.i.ꝑuerſus eris
Et eſt hic argumentū a cōuictu. q꞉ ex conui-
ctu mores formant꞉. et qui tangit picem inq̄-
nabitur ab ea. Ecce due vie tibi oſtenſe ſunt
vna iuſtoꝝ et ſalutis: altera reprobo꞉ et da-
mnatōnis. vna quā tenent hūiles et a dño ex-
altantur: altera quā tenent ſupbi et a dño hu
miliantur. vñ et ſubdit ɔuertens verba ad de
um. Qm̄ tu ꝓplm̄ humliē ⁊c̄. Uel ſupra cō-
uertit ſermonē ad dñm et quaſi cum gratiaꝝ
actōne dicit. o dñe merito tecū erūt immacu-
lati: q꞉ tu (Cum ſcō ſcūs eris).i.adiuuas ſan
ctos in ſanctitate q꞉ es ſanctus natura alios
ſanctificās grā. (Et cū viro innocente inno-
cens eris).i.innocentes adiuuas in innocē-
tia q꞉ innocens es natura. (Et cū electo ele-
ctus eris).i.ab eo quē eligis eligeris q꞉ ante
q̄ȝ ipſe te eligat tu eum eligiſi (et cū ꝑuerſo ꝑ-
uerteris).i.a ꝑuertente vias tuas te auertis.
Et hoc ideo.

**Quōniam tu populum humilē ſaluū facies: et oculos ſuperboꝝ humiliabis.**

Qm̃ tu populũ humilem) de ſe nõ preſumentem et penitentiã agentẽ (ſaluum facies) et in celo exaltabis. et ecõtrario (oculos ſuꝑborum). i. ſuꝑbos qui magni ſunt in oculis ſuis et pniam agere ꝯtemnũt. Illa eni ꝑs in qua maxime manifeſtatur geſtus ſuꝑboꝝ ponitur ꝓ toto ſcꝫ oculi ꝓ hoĩe (humiliabis) et in infernũ deijcies. In pñti etiã deus ſuperbis reſiſtit humilibꝫ aũt dat grãꝫ. Deinde ꝓgrediens eccleſia qđ enunciauit orat. d.

Qm̃ tu illuminas lucernã meã dñe: deus meus illumina tenebras meas.

Qm̃). i. ex quo (tu illuminas lucernã meã dñe) ſcꝫ aplõs et ꝑdicatores in quibꝫ eſt lux et cognitio veritatis qua illuminantur alij (deus meus illumina) etiã ꝑ eos (tenebras meas). i. aĩas tenebroſas peccatis ſeu eos qui adhuc ſunt in tenebris: mihi ꝑ ꝑdeſtinatõeꝫ ꝑtinentes. Uel q̃ (illuminaſti lucernã meã) donando fidem illumina etiã tenebras operuꝫ meoꝝ vt qđ teneo credendo ſequar oꝑando. Te rogo et merito.

Qm̃ in te eripiar a tentatõne: et in deo meo tranſgrediar murum.

Qm̃ in te). i. ꝑ te et nõ ꝑ me. in me eni infirmus ſum ſed in te fortis. (eripiar a tentatõe) diaboli. mundi et carnis. deinde q̃ſi ex gaudio mutat ꝑſonam dicẽs (et in deo meo) non in me. i. in virtute dei mei: nõ in mea (trãſgrediar murũ). i. obſtaculũ peccatoꝝ qui me impediunt facere bonũ et venire ad deũ quẽ murum inter nos et celum extruimus peccatis peccata augendo ſꝫ trãſgredimur eum ꝑ dei grãm vicioꝝ ꝯgeriẽ ſuꝑando. vt ait Gregorius. Murus eſt quicquid in itinere nr̃o erigitur ne ad deũ tranſeamꝰ ſꝫ hũc murũ trãſgredimur qñ ꝓ amore eterne patrie quecũq̃ in hoc mundo fuerint obiecta calcamus. Et vere ꝑ eum eripiar et in eo tranſgrediar. q̃

Deus meus impolluta via eiꝰ: eloquia dñi igne examinata: ꝓtector eſt oĩm ſperantium in ſe.

Deus meus) noĩatiuus ille abſolute ſtat vt locũ habeat ſequẽs relatio cũ dicit (impolluta) eſt (via eius) ſiue qua venit in nos ſcꝫ fides. ſiue qua venit ad nos ſcꝫ beata virgo. ſiue qua venimus ad ipm ſcꝫ charitas. (eloq̃a dñi igne examinata). i. ꝑcepta etiã eius ſunt adeo munda vt nullis tunſionibꝫ adulterari poſſint. Uel (eloquia dñi) ſunt (igne examinata). i. in tribulatõe ſunt ꝓbata et vera inuenta q̃ nunq̃ deſerit ſperantes in ſe. et hic talis (ꝓtector eſt oĩm ſperantiũ in ſe) nõ ꝑſumentium de ſe q̃ tales ignis tribulatõis nõ cõſumit. et dicit oĩm q̃ nullus excipitur niſi qui ſperare nõ vult. Et merito ſperanduꝫ eſt in illo.

Qm̃ quis deus ꝑter dñm: aut quis deus preter deum noſtrum?

Qm̃ quis) alius eſt vere (deus ꝑter dñm) dñoꝝ. i. niſi ille qui eſt omniũ dñs qui nos regit quẽ timemus cui merito et debito ſeruimus (aut quis deus eſt preter deũ nr̃m?) qui nos creauit. quẽ amamus. quẽ poſt bonã noſtram ſeruitutẽ in premiũ expectamus et q̃ſi hereditatem filij poſſidemus. q. d. nullus. et ideo nõ mirum ſi ꝑt ſuos ꝓtegere ab his qui nec fortes nec potentes ſunt. hec dicit contra paganos qui multos ſibi fingunt deos. Et ipſe eſt vere

Deus qui precinxit me in virtute: et poſuit immaculatã viam meam.

Deus qui precinxit). i. ꝑmuniuit (me virtute) ſcꝫ fide ſpe et charitate. Uel armauit me fortitudine et conſtantia ad aggrediendũ ardua et tolerandũ difficilia et ad reſiſtendum hoſtibꝫ et eoꝝ tentatõnibꝫ. (et poſuit immaculatam viã meã) ꝑſeruando me ſua gratia ne in maculas peccatoꝝ caderẽ et dando mihi grãm vt innocenter viuã et incedã ꝑ huius vite viam qua ad illũ ꝑueniã ſicut immaculata eſt via qua ad me veniet.

Qui perfecit pedes meos tanq̃ ceruoꝝ: et ſuꝑ excelſa ſtatuens me.

Qui) etiam (ꝑfecit). i. ꝑfectos fecit (pedes meos). i. amorem meũ et animi affectus quibus vado ad eum. et etiã pedes meos corporales ſcꝫ oꝑm meoꝝ greſſus (tanq̃ ceruoꝝ) id eſt ad currendũ poſt eũ et tranſiliendũ oĩa huius ſeculi impedimẽta agiles. et in bonorum oꝑm curſu nõ deficientes. (et ſuꝑ excelſa) ſcꝫ in celo (ſtatuens me) corde. i. figens cordis mei intentionem in ſuꝑnis et collocans ſpem meã in celeſtibꝫ. Et ipe eſt.

Qui docet manus meas ad preliũ: et poſuiſti vt arcum ereum brachia mea.

Qui) etiã (docet) ab imminentibꝫ inſidijs cautũ faciendo (manus meas). i. opera (ad ꝓlium) cõtra vicia et demones. hoc eſt dat mihi prudentiã et docet me bene oꝑari ad ſuperandos hoſtes qui conãtur claudere iter ad celum: et mutando ꝑſonam ſubdit. (et poſuit vt arcum ereũ brachia mea). i. dediſti mihi inflexibilẽ et infatigabilẽ intentionẽ bonoꝝ operum. et ad feriendũ et fugandũ inimicos. ſicut enim manus brachijs adherent: ita ab

intentione ꝓcedit operatio.

**Et dediſti mihi ꝓtectionē ſalutis tue:et dextera tua ſuſcepit me.**

Et dediſti mihi ꝓtectionez ſalutis tue).i. ꝓtectionē qua ſaluaſti me et protexiſti me ad ſalutem.et dicit(tue).i.quā tu feciſti.q.d.pre dicta nō ſufficerēt et fortitudo mea parū poſ-ſet niſi ꝓtectio tua adeſſet.(et dextera tua)id eſt fauor gratie tue(ſuſcepit me) quaſi ad cu-randum et refocillandū poſt bellū tanq̈ me-dicus egrotū.Et q2 eoſdē quos ꝓtegit et cu-rat aliqñ vtiliter flagellat recte ſubiungit.

**Et diſciplina tua correxit me in finem: et diſciplina tua ipſa me docebit.**

Et diſciplina tua).i.tribulatio purgato-ria ſeu tribulationū et tentationū expientia. (correxit me)a malo reuocando et dirigendo (in finem)debitū ſcz in eternā ſalutem nō ſi-nit me deuiare vt quicq̇d ago in eum finē re-feram quo tibi cohereā.(et)eadem(diſcipli-na tua)vel doctrina tua.(ipſa)ad meliora ꝓ-mouendo(me docebit)ꝑuenire quo direxit: et qualiter ad hunc finē ꝑueniā.In hoc ergo apparet ꝙ nos diligit deus q2 dat nobis di-ſciplinam:q2 hic corrigit mores et docet ſci-enciam.et ꝑ diſciplinā etiam.

**Dilataſti greſſus meos ſubtus me:et nō ſunt infirmata veſtigia mea.**

Dilataſti greſſus meos).i.affectus vl' ope-ra charitatis late extendiſti(ſubtus me).i.vt hilariter operer etiam de his que ſubtus me ſunt rebus ſcz mortalibꝰ et membris et vt nō preferam illa ſaluti aīe ſed potius ſupponā(et non ſunt infirmata) ꝑ mala mundi(veſtigia mea)id eſt itinera vel ſigna que reliqui imita-ueris.Dilatatos etiam ſub ſe habet greſſus quiſquis gloriatur in tribulatōnibꝰ.ſi enī fo-ris eſt anguſtia doloris intus ē latitudo cha-ritatis.Eius quoq3 nō ſunt infirmata veſti-gia qui cōfirmat cor ſuū ad toleranda ꝓpter deū mala.Deinde eſt vox chriſti ſeu eccleſie vt tñ cuilibet qđ ſibi cōgruit reddatur.

**Perſequar inimicos meos et ꝯprehen-dam illos:et nō cōuertar donec deficiāt.**

Perſequar inimicos meos).i.ꝑſecutores et aduerſarios arguendo flagellando vel af-fectus carnales et ſpūs malignos orationibꝰ vigilijs ieiunijs et ſpūalibꝰ ſtudijs a me re-pellendo(et ꝯphendam illos) in aſtutia ſua: vel eos mihi ſubijciendo ne ab eis cōprehen-dar cōſentiendo(et non ꝯuertar)ceſſando ab hac intentōne 7 ſtudio(donec)qui modo ob-ſtrepunt(deficiant)a rebellione.inſiſtere de-bet homo penitentie ſue et bonis opibus et non corrūpere illa vel ceſſare ab eis.Recte er-go ſubiungit.

**Confringam illos nec poterunt ſtare:ca-dent ſubtus pedes meos.**

Confringam illos)et hūiliabo:impetus eorū frangendo vel tentatōnes repellendo et eos in me regnare nō ꝑmittendo.(nec pote-runt ſtare).i.nō durabit aduerſus veritatem et me ſic eis reſiſtentē(cadēt ſubtus pedes me-os)quia ſe humiliando mihi obedīēt:vel q2 in corde meo eos abominando deſpiciā et in-ſuper affectus bonos et ſpiritales actōnes il-lis p̄feram et opponam.Hec enī duo faciunt ꝑfecte ſuꝑare diabolū et vicium ſcz amor dei et odiū peccati.et hoc totū eſt ex deo q2

**Et p̄cinxiſti me virtute ad bellū:et ſup-plantaſti inſurgentes in me ſubtus me.**

Et p̄cinxiſti me virtute).i.armaſti me forti-tudine(ad bellum)cōtra hoſtes ne in tali pu-gna deficerem.(et ſupplantaſti).i.humiliaſti (inſurgentes in me ſubtus me)vt ſuperior eſ-ſem et vt ſubter me fierent et mihi ſubeſſent q̇ ſuꝑ me eſſe volebant.Quodcūq3 viciū cōtra te inſurgere videris et ſubtus te ſupplantare volueris poſtula a dño virtutē illi vicio con-trariam vt ea te p̄cingat ad debellandū illud et dabit tibi dñs.

**Et inimicos meos dediſti mihi dorſum et odientes me diſperdidiſti.**

Et inimicos meos)ſcz ꝑſecutores et ad-uerſarios mihi reſiſtentes(dediſti mihi)qua-ſi(dorſum).i.a dorſo et feciſti vt ego eis p̄ſi-diam et ipi me ſequant̄.et iam mihi quaſi a facie nō reſiſtant vel illicitos appetitus et vi-cia retro cōuertiſti vt penitus obliuioni tra-dens nō videam iterū peccando nec retro re-ſpiciam delectando.ſed mentis oculos diri-gam ad celeſtia ꝯtemplanda 7 ea que añ nos ſunt appetenda debet tñ homo habere pecca-ta ante oculos penitendo(et odientes me)id eſt malos hoīes in odio ꝑſeuerantes vel ma-lignos ſpūs(diſꝑdidiſti)repellēdo eos a me ne mihi noceant.

**Clamauerunt nec erat qui ſaluos face-ret.ad dñm:nec exaudiuit eos.**

Clamauerunt)in preſſura nōnulli ex eis ad hoīes vel ad alios deos petentes auxiliū ab eis(nec erat qui ſaluos faceret)eos.alius enī non poterat:et poſtea clamauerūt(ad do-minum)deficiente alioꝝ auxilio(nec exaudi-uit eos)in malicia ꝑdurantes q2 nō erant di-gni exauditōe et diuino auxilio.ac ſi diceret

alius ſaluare nõ pt et deus nõ vult q: a maliciã ſua nõ recedũt nec pure dñi miſcdiam requirunt.

**Et cõminuã eos vt puluerẽ ante facie; venti: vt lutum plateaꝝ delebo eos.**

Et) ideo tanq̃ deſtitutos ab oĩni auxilio (cõminuã eos) et ad nihilũ deducam vel ad minimũ et vilem ſtatũ redigã (vt puluerẽ).i. ita faciliter ſicut delet̃ puluis (ante faciẽ venti) q: aridi imbrẽ miſcdie dei nõ receperũt: q: leues et mobiles añ ventũ tentatõis fuerunt. (vt lutũ plateaꝝ) qd pedibꝫ cõculcat̃ (delebo eos) et cõculcabo q: in lata et ſpacioſa via in immũdicijs et vicijs vixerũt. Deinde orat p ſubiectõne gentiũ.d.

**Eripies me de cõtradictõnibꝫ pplĩ: conſtitues me in caput gentium.**

Eripies me de cõtradictõnibꝫ pplĩ) ſcz iudaici cõtradicẽtis mihi (cõſtitues me in caput gentiũ) vt gentes mihi ſubijciant̃ et obediãt: et ſim caput eoꝝ. vñ dñs volens recedere a cecitate iudeoꝝ ad fidẽ gentiũ dixit: ſurgite eamus hinc. q.d. ita vincã iudeos et victis iudeis ero tanq̃ triũphator ſup gentes. Et vere ſic fiet quia

**Populus quẽ nõ cognoui ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.**

Populus) gentiũ (quẽ nõ cognoui).i. nõ viſitaui corpali p̃ñtia vel lege ꝛ ꝓphetis (ſeruiuit mihi) p̃cepta mea hũiliter cuſtodiendo (in auditu auris obediuit mihi) euangeliũ ſtatim vt p̃dicari audiuit ꝓmpte ſuſcipiẽdo et adimpiendo oculis chriſtũ nõ vidit noĩe eius audito p p̃dicatores obediuit. hoc pt dicere chriſtus vel ecc̃ia de ſimplicibꝫ et ideotis. quos nõ videt̃ cognoſcere erudiendo ſciencia et tñ ꝓniores ſunt ad oĩa eius mãdata Litterati vero q̃s ad plenum erudiuit tardi ſunt et negligunt ea. Sed

**Filij alieni mentiti ſunt mihi: filij alieni inueterati ſunt: et claudicauerunt a ſemitis ſuis.**

Filij) ſcz prius a me nutriti (alieni) a me p peccatũ effecti et modo filij diaboli ſcz iudei. (mentiti ſunt mihi) in veritate nõ pmanẽtes Et repetit vt exprobret (filij) quondã (alieni) p peccatũ (inueterati ſunt) q: in pccis ſuis antiquis et veteri hoĩe remanſerũt et noui hoĩs aduentũ nõ receperũt. (et claudicauerũt a ſemitis ſuis).i. a p̃ceptis ſibi datis. Deinde q̃ſi exultans ſummatim recapitulando munera dei laudat vt ſic gr̃aꝝ actionẽ cõcludat. q.d. Et q: p̃dicta deus facit patet q̃

**Viuit dñs ꝛ bñdictus deus meus: et exaltetur deus ſalutis mee.**

Viuit dñs) in eternũ qui p tot bñficia oſtẽdit ſe viuũ ꝛ nõ idolũ mortuũ q: eſt ipa vita vnde etiã viuit oĩs creatura qui nos viuificat et viuere facit vita corpali gr̃e et glorie. (et bñdictus).i. laudatus ſit (deus meus) ex bñficijs mihi collatis (et exaltetur) apud credentes.i. toto orbe terraꝝ extollat̃ et glorificetur p laudẽ et cõfeſſionẽ ſemp excelſus in ſe (deus) et auctor (ſalutis mee) q: ſua bonitate me ſaluet. Deĩn cõuerſo ſermone ad deũ ait.

**Deus qui das vindictas mihi et ſubdis pplos ſub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.**

Deus) tu es (qui das vindictã mihi) et victorias nõ ſolũ de iudeis depſſis ſed (et ſubdis pplos) gentiũ (ſub me) ſcz ſub ptãte chriſti et ecc̃ie et facis eos obedire fidei. Pia vindicta eſt dum rebellis ſubdit̃: et glorioſa vindicta cũ chriſtiani triũphant. tu dico exiſtẽs (liberator meus de inimicis meis) non quibuſcũq̃ ſed (iracundis).i. impijs valde ferũentibus in pſecutõe mea. Maior gloria eſt a ferũentibꝫ malis liberari.

**Et ab inſurgentibꝫ in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me.**

Et ab inſurgentibꝫ in me) iſto vel futuro añchriſti tpe (exaltabis me) patientẽ eis altiorem me cõſtituẽdo. et ne mihi reſiſtãt vel noceant eos hũiliando q: quãto altius ſurgũt in iram tanto amplius exaltat̃ ille qui ptulit iniuriã. (a viro iniquo) iniuſte et inique me pſeq̃nte ſcz quolibet ſciſmatico ꝛ heretico vel ipo antichriſto ſeu etiã diabolo qui vir ꝛ virilis eſt ad nocendũ (eripies me) liberando vel tuendo ab ipo.

**Propterea confitebor tibi in natõnibus dñe: et nomini tuo pſalmũ dicam.**

Propterea).i. ꝓpter hãc victoriã et alia beneficia ſupradicta (cõfitebor tibi) cõfeſſione laudis ſcz p̃dicando laudẽ tuam (in nationibus) oĩnibꝫ ſeq̃ntibꝫ vel in gentibꝫ (dñe) oĩm (et noĩ tuo).i. ad honorẽ noĩs tui (pſalmũ dicam).i. bñ opabor vt latius innoteſcas bonis opibus meis. Ille enĩ deum vere et integre laudat cuius in laude ipius lingua ꝛ vita cõcordat. Chriſtus p ſuos et eccleſia p ſe confitetur et pſalmũ dicit. Et merito etiã ex hoc deus eſt laudandus quia eſt.

**Magnificans ſalutes regis eius: et faciens miſcdiam chriſto ſuo dauid: et ſemini eius vſq̃ in ſeculum.**

Magnificans).i.magnas et mirabiles faciens et oſtendens(ſalutes regis).i.chriſti eius id eſt ſuimet ſcȝ prīs hoc eſt ſalutes chriſti q̄ eſt rex ſup eccleſiā a prē ꝯſtitutus et ſaluator oīm quantū in ſe eſt.ſalutes inquā quas ipe chriſtus dat credentibꝫ.cōfert enī eis ſalutem corꝑalem ſpūalem et celeſtē(et)prius(faciens miſcdīam chriſto ſuo dauid).i.chriſto ieſu q̄ eſt filius dauid ſm carnē. Vel chriſto victori et liberatori manu forti ꝑ dauid ſignificato cum equalē ſibi ꝑ diuinitatē faciendo: vel reſurrectōȝ ei donando.(et)ſilr(ſemini eius) ſcȝ ſpūali.i.populo in eū credenti quē in euangelio genuit. et hoc(vſq3 in ſeculū).i.ſine fine et ineternū remiſſionē peccatoꝝ et vitam eternā ei largiendo.

Oratio

Firmamentū ſpei et refugiū preſſure pijſſime deus ſalua nos ab inimicis et a laqueis mortis vt aſſumpti de multitudine circūſtātium tribulationū deuoti ſancto noī tuo cū innocentie puritate pſallamus. Per.

Pſalmus de Chriſti incarnatōne ac noui regis et eccleſie catholice predicatione ac cōmendatione. ps.xviij.

Celi enarrant gloriam dei:et opera manuū eius annunciat firmamentum.

Auctor pſalmi ꝓpheta Dauid. Titulus talis eſt: In finē ps dauid. Hoc eſt pſalmꝰ iſte attribuitur dauid ꝓphete reſpicienti in finem id eſt in chriſtū qui eſt finis ꝯſummatōis vel in vltimū tps ſcȝ plenitudinis quo acta ſunt que hic dicunt. Vel referenti in finē.i.chriſtum ea que dicturus eſt de laude eccleſie ⁊ p̄dicatorum eius et illius a quo p̄dicatōeȝ habuerunt. Poſt graꝝ ergo actionē ꝓ liberatione chriſti et eccleſie orōnemq3 ꝓ gentiū ſubiectione cōmendat ſtatū catholice religionis et p̄dicatores eccleſie et illū a quo p̄dicationē habuerūt intendens paſtores admonere vt eorum p̄dicatōni obtemperēt. Materia chriſti incarnatio et noue legis cōmendatio. Intentio:monere vt in chriſtū credamus et relicta veteri lege ad nouā accedamus. Snia in generali: ꝓpheta in iſto pſalmo predicatores dn̄i collaudans eius incarnatōeȝ ſpecioſiſſime deſcribit necnō p̄cepta noui ac veteris teſtamenti magnificās ab occultis delictis et ab alienis pcc̄is purgari ſe a dn̄o petit. Sententia in ſpeciali Cōmendans ergo p̄dicationem noue legis quid p̄dicet et quō in prima ꝑte oſtendit ita incipiēs(Celi).i.apoſtoli et euangeliſte in quibꝫ tanq3 in celis habitat deus. Dicti etiā celi q2 excellenter illuminati et ꝑ vite ſanctitatem eminenter eleuati(enarrant)in ſua p̄dicatōne(gloriā dei) ſcȝ dn̄i noſtri ieſu chriſti.i.gloriaȝ diuinitatis eius in qua eſt equalis patri et ea que ſm diuinitatē fecit ſcȝ reſurrectōem. aſcenſionē. ſpūſſancti miſſionem. peccatoꝝ remiſſionē et hmōi(et opera manuum eius).i.oꝑa hūanitatis que ſm hoiem egit ſcȝ natiuitatē.paſſionē.mortē et facta virtutum eius et hmōi(annūciat firmamentum)ipi idem apli firmati ſpū ſancto et ſolidati in fide et charitate. Ex his duobꝫ ſcȝ diuinitate et hūanitate cōſiſtit vera et catholica fides.

Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat ſcientiam.

Dies diei).i.ſpiritales ſpiritalibꝫ:clari claris.(eructat).i.quaſi de pleno ꝓferūt(verbū) id eſt ſapientiā dei qd eſt verbū in principio apud deū:loquentes de chriſti deitate et dantes auditoribꝫ ſolidum cibum(et nox).i.ipſi q̄dem infirmitati carnis ꝯdeſcendētes et q̄ſi nox et carnales facti.(nocti).i.tenebroſis et carnalibus(indicat)vt ſimplicibꝫ nō verbuȝ patris ſed ſcientiā que eſt de hūanis.i.de humanitate chriſti. h̄ eſt illa hiſtorialia de chriſto ꝑ que de ceteris acquirāt ſcientiā dantes auditoribꝫ lac ad potanduȝ. Ecce q3 diſcrete p̄dicant nō enī omnibꝫ oīa dicūt ſ3 iuxta capacitatem auditoꝝ diſtribuunt.

Non ſunt loquele neq3 ſermones:quorum non audiantur voces eorum.

Non ſunt loquele).i.lingue ex omībꝫ linguis(neq3 ſermones).i.modi locutionuȝ ex diuerſis modis in eadem lingua(quoꝝ).i.ꝑ quos ſermones et linguas(nō audiantur).i.nō ſunt audite(voces)et verba(eorum)celoꝝ ſcȝ apoſtoloꝝ q2 veniente ſuꝑ eos ſpū ſancto omēs impleti ſunt illo ⁊ omnibꝫ linguis primos doctores loqui fecit ſpūs ſanctus.qui omnes in vnū erat cōgregaturus. Non tm̄ aūt ibi vbi impleti ſunt ſonuerūt ſ3 etiā tam late et tam publice p̄dicauerunt qꝛ

In omnem terram exiuit ſonus eoꝝ:et in fines orbis terre verba eorum.

In omnē terram).i.in omni ꝑte ambitus terre(exiuit ſonus) predicatōnis(eoꝝ).i.doctrina apoſtoloꝝ ⁊ euangeliſtaꝝ. Vel(ſonus eorum).i.fama aploꝝ et ſi nō etiā p̄ntia(et in fines orbis terre).i. etiā in terminos et fines mundi vel in inſulas et angulos terre exierunt et ſonuerunt(verba eoꝝ).i.que dixerūt

et ſcripſerunt. publicata enim ſunt hec vbiq̃ p̱ predicationẽ euangelij et p̱ ep̃l'as coꝝ. iõ et nos h̃ loquimur: ſonus enĩ ille ad nos vſq̃ p̱uenit. Coꝝ inquam ita dicentiũ

**In ſole poſuit tabernaculũ ſuum: et ipſe tanq̃ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo.**

In ſole). i. in manifeſto non in occulto vt lateat (poſuit) dñs chriſtuſ (tabernaculũ ſuũ) id eſt corpus aſſumptũ in quo militauit patri. Uel (in ſole. i. in beata virgine que illuminat eccleſiã ſicut ſol mundũ (poſuit tabernaculum ſuũ (ſcȝ corp̱is humani quaſi militare habitaculũ q: de ea carnẽ aſſumpſit in qua venit militare et expugnare mundũ et diabolum vel in vtero ip̃ius ſicut in tabernaculo habitauit (et ip̃e tanq̃ ſponſus ꝓcedens) ad deſponſandã ſibi eccleſiã (de thalamo ſuo). i. de virginali vtero in quo humane nature vt ſponſus ſponſe eſt copulat⁹. Et ꝓcedens.

**Exultauit vt gigas ad currendũ viam: a ſummo celo egreſſio eius.**

Exultauit) q: nõ inuitus laborẽ ſuſcepit. (vt gigas). i. ſicut fortiſſimus: om̃es hoĩes incõp̱abiliter magnitudine virtutis et fortitudinis p̃cedens. (ad currendũ) nõ habitandum vel morandũ (viam) nr̃e ſalutis. q. d. hilarem et fortẽ ſe oſtendit ad p̱ficiendũ curſuȝ nr̃e redemptõnis. (a ſummo celo). i. a pr̃e et equalitate pr̃is eſt (egreſſio eius) nõ tp̱alis ſȝ eterna qua exiuit a patre et venit in munduȝ factus homo. Iterũ aũt relinquens mundũ aſcendit ad pr̃em vnde ſubditur.

**Et occurſus eius vſq̃ ad ſummũ eius: nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.**

Et occurſus eius) facti hoĩs (vſq̃ ad ſummum eius) ſcȝ equalitatẽ pr̃is qñ ſ̃m hoĩem aſcendens ad ſedem patris occurrit et venit vſq̃ ad equalitatẽ patris ſc̃dm q̄ deus (nec eſt). i. eſſe debet (qui ſe abſcondat). i. abſcondi debeat (a calore eius). i. a ſpũ ſancto q̄ in linguis igneis apparuit. igneȝ enĩ venit mittere in terram a cuius calore neminẽ vult eſſe excuſatuȝ. Uult enĩ vt ardeat q: ardor ſue charitatis quantũ de ſe eſt ad oẽs ſe extendit.

**Lex dñi immaculata cõuertens aĩas: teſtimoniũ dñi fidele ſapiẽtiã p̃ſtãs p̱uul'.**

Lex dñi) noua et euangelica eſt (immaculata) et irrep̃henſibilis nihil immaculatum aut illicitũ p̃cipiens vel p̱mittẽs ac ſanctos et immaculatos nos reddens (cõuertens) diuina gr̃a aſpirante ab iniquitate ad iuſticiã. (animas). i. voluntates nõ tm̃ manus vt vetus que ſolũ manus retinebat a culpa. et timore non amore (teſtimonium dñi). i. preceptum cũ atteſtatione premij vel pene. eſt (fidele) et verax q: quod ꝓmittitur cõplebitur. (ſapientiã) de diuinis (preſtans paruulis). i. humilib⁹ nõ ſup̱bis.

**Iuſticie dñi recte: letificantes corda: p̃ceptum dñi lucidũ illuminãs oculos.**

Iuſticie dñi) ſcȝ eadẽ mandata diuina q: iuſtificant. ſunt (recta) in ſe nõ declinãtes ad dexteram ſiue ad ſiniſtrã et in effectum q: dirigunt nos ad rectitudinẽ (letificantes) ſpirituali gaudio et ſpe premij eterni ad qd̃ p̱ducunt (corda) obſeruantiũ eas. non tñ prementes iugo ſeruili nec terrentes timore pene vt vetus lex faciebat. et (preceptuȝ dñi) chriſti eſt (lucidum) et aptum nõ ſub velamine littere tectũ et ſine velamento carnaliũ obſeruationum (illuminãs) diuino munere (oc'los) cordis. i. interioris hoĩs aſpectum. Et

**Timor domini ſanctus permanens in ſeculum ſeculi: iudicia dñi vera iuſtificata in ſemetipſa.**

Timor dñi) ſcilicȝ caſtus et filialis gratis amans nõ puniri ſed ſeparari a ſummo bono timens eſt (ſanctus) q: ſine om̃i p̱turbatione eſt. et ꝓ tp̱alibus mutari hoĩes nõ faciẽs cos ſanctos reddit (p̱manens in ſeculum ſeculi) vel quantũ ad fructum vel quantuȝ ad vſum eius ſcȝ reuerentie quia nõ foras mittitur a charitate p̱fecta que foras mittit initialem qui in charitate imperfecta eſt: partim timore pene partim ex amore iuſticie ſeruiens ſeruilem auteȝ quo timore pene a malo cohibemur et mundanũ quo bona mundi p̱dere timemus. charitas etiam imp̱fecta euacuat. (iudicia) et mandata (dñi) cõtenta in lege euangelica ſunt (vera) q: ſiue minatur ſiue pollicetur neminẽ fallit. et ſunt (iuſtificata in ſemetipſa) q: non egent alterius auctoritate q̃ ip̃ius domini. Et quia talia ſunt iudicia dei ideo ſunt.

**Deſiderabilia ſuper aurum et lapidem precioſum multum: et dulciora ſup̱ mel et fauum.**

Deſiderabilia multũ). i. valde bone menti (ſup̱ aurum et lapidem p̃cioſum). i. ſup̱ om̃e p̃cioſum ſeculi quod p̱tinet ad ambitionẽ (et dulciora ſup̱ mel et fauum). i. ſup̱ om̃e delectabile quod pertinet ad ↄcupiſcentiam carnis. Hoc eſt ſuper omne quod appetitur ſcȝ ſup̱ diuitias que notantur in auro. ſup̱ potentiam mundi que notatur in lapide p̃cioſo ſup̱ voluptatẽ que notatur in melle et fauo.

Pro his enī ſepe iudicia dei nō deſiderāṫur
ſed timentur vel ꝯtemnuntur vel nō credun-
tur. ac ſi diceret nulla res eis ꝯpari pt in va-
lore et dulcore ꝓpter quod obſeruanda ſunt
diligentiſſime. ideo ſubditur

**Etenī ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſto-
diendis illis retributio multa.**

Etenī ſeruus tuus) nō tm̄ dicit ſed et ope-
re (cuſtodit ea) et ita nō loquendo ſed cuſtodi
endo ꝓbat ea deſiderabilia et dulcia qꝛ (in cu
ſtodiendis illis) non tm̄ ꝑ cuſtodiendis. i. in
hoc ipo ꝙ cuſtodiunṫ in hac vita eſt (retribu
tio multa) quia ꝑ ſe ipa delectant ⁊ letificant.
q. d. non tm̄ pro eis in futuro reddetur p̄mi-
um ſed et hic in eoꝝ cuſtodia magnū eſt gau
dium. ſeruire enī deo regnare eſt. In via ſunt
dulcia vbi guſtamus. in patria ſalubria vbi
ſatiabimur. Quia vero hanc ſuauitatē aufe-
runt peccata et obſeruatores qn̄z nō aduer-
tunt omnia recte ſequitur.

**Delicta quis intelligit: ab occultis me-
is mūda me: et ab alienis pce ſeruo tuo.**

Delicta) ſcꝫ oīa (quis intelligit). q. d. nul-
lus ꝑfecte (vel qꝛ nō ſunt in memoria. vel qꝛ
nō reputat peccata eſſe que ſunt. vel qꝛ modi
ca reputat que ſunt magna. vel quia nō vult
intelligere vt bene agat et ideo orat pro deli-
ctis ſubdens (ab occultis). i. a peccatis in me
latentibꝫ (meis) ſcꝫ que ex me ꝓueniūt et pro
pria voluntate oriunṫ (munda me) illa remit
tendo (et ab alienis) que ſuggeſtione diaboli
vel hoīs fiunt. vel que pn̄t occaſionaliter in
me retorqueri rōne negligētie correctōis fra-
terne quantū ad omnes. vel correctōnis coa-
cte quantuꝫ ad prelatos. (parce) mihi (ſeruo
tuo) mihi nō imputando. qꝛ

**Si mei nō fuerint dn̄ati tūc immacula-
tus ero: et emūdabor a delicto maximo.**

Si mei) ſeu mihi (nō fuerint dn̄ati) ſcꝫ ho
ſtes mei. occaſione aliquoꝝ predictorū pecca
torum. vel interna et externa tentatio (tūc im
maculatus ero) a macula criminali. qꝛ nō eſt
tercia origo peccati p̄ter occultū quo cecidit
diabolus et alienū quo homo ſeductus eſt et
ꝯſentiendo fecit ſuum. (et emundabor). i. mū
dus ero) a delicto maximo). i. a ſupbia. Nō
enī eſt maius delictū ꝙ̄ peccando apoſtatare
a deo quod eſt initium ſupbie. ſuperbia vero
eſt initiū et cauſa oīm delictoꝝ quo delicto
qui caret vere immaculatus eſt qꝛ hoc eſt pri
mum recedentibꝫ a deo et vltimū redeuntibꝫ
ad deum.

**Et erunt vt complaceant eloquia oris
mei: et meditatio cordis mei in conſpe-
ctu tuo ſemper.**

Et) ita (erunt) talia (eloquia oris mei). i. ora
tiones mee vocales (et meditatio cordis mei)
id eſt mentales (vt cōplaceant). i. placentes et
acceptabiles ſint (in conſpectu tuo ſemꝑ) nō
hoīm. i. coram te dn̄e qui intus vides et in-
ſpicis ꝯſcientiam nō corā hoībus ad iactan
tiam. Et his verbis inſtruimur vt dn̄o nr̄o
placere ſtudeamus in nr̄is ſermonibꝫ et cogi
tationibꝫ delicta refrenando et a ſupbia nos
emundando. Sed quia hoc non eſt mearuꝫ
virium ideo. D

**Domine adiutor meus: et redemptor
meus.**

Dn̄e) eſto (adiutor) et cooꝑator in bonis
agendis (meus). i. mei tendentis ad te. (et) pri
us (redemptor). i. liberator (meus) a malis vt
tendam ad te. (adiutor) vt habitem in chari-
tate tua (redemptor) vt liberes me ab iniqui-
tate mea. Caueat ergo quiſqꝫ ne ſibi cōuerti
ad te vel ꝑuenire tribuens repellatur vt ſuꝑ-
bus qꝛ nō eſt volentis neqꝫ currentis ſed dei
miſerentis qui omnia oꝑatur in nobis.

Piiſſime deus qui virgi- **Oratio.**
nali thalamo egreſſus ꝓcedens ad pr̄is dex
teram cōſcendiſti immenſam miſcōiam tuaꝫ
expoſcimus vt lege tua cōuerſi. preceptis il-
luminati. teſtimoniis eruditi mereamur ⁊ ab
alienis et ab occultis intus liberari. Per d.

Optatio pro Chriſto vel eccleſia vt
a ſuis tribulatōnibꝫ releuetur et in ſuis
petitionibꝫ ac votis exaudiaṫ. ps. xix.

**Exaudiat te domi-
nus in die tribulatōnis: ꝓtegat te
nomen dei iacob.**

Auctor pſalmi propheta Dauid. Titulus
hic eſt In finē pſ dauid. Id eſt pſalmus iſte
attribuitur dauid prophete cōſiderationem
ſuam dirigenti in finē. i. chriſtum qui eſt fi-
nis et cōpletio legis quam venit adimplere.
Materia: petitio liberatōnis a tribulatōibꝫ.
Intentio: ad petitionē hmōi amorē et deſide
rium fideliū excitare. Sententia in generali
ꝓpheta in iſto pſalmo ex nimia charitate ſub
figura optandi q̄ ventura ſunt canit ⁊ optat
chriſtum vel eccleſiā in ſuis petitōibꝫ pro re-
leuatione ſuarū tribulationū exaudiri deſi-
derans illius conſiliū a dn̄o confirmari: di-
ceñsqꝫ fideles nō poteſtate hūana ſed poten
tentia diuina magnificandos. Poſt comen-
dationem ergo chriſti et eccleſie propheta ex

magna affectione optat ꝓſperē eis euenire ea que ꝓuidebat ventura eſſe. Ŝnia in ſpeciali: optās igit̄ chriſti vocē tanq̄ ſacerdotis exaudiri ait. (Exaudiat te dñs in die tribulatōis) id eſt paſſione vel tribulatōe tibi ſupueniēte. et ſubiungit in quib⁹ exaudiri optat. d. (ꝓtegat te) a malo et ne te ſupet tribulatio (nomē) id eſt inuocatio nois (dei iacob). i. ille qui appellatus eſt deus iacob cuius nois gloriā q̄ris q2 ad te chriſte ꝑtinet ꝓpl's poſterius natus. et ſicut illi iacob ita tibi eccl'ie grāz det bñdictōnis et ſicut illū maiori fratri ſicut te ꝑponat iudeis.

**Mittat tibi auxiliuz de ſancto: et de ſyon tueatur te.**

Mittat tibi auxiliū) ad triumphandū de hoſtib⁹ (de ſancto) videlicet de ſe ipo vel de celo tibi fideliter aſſiſtendo (et de ſyon) ſup celeſti (tueatur te) chriſte ne vincaris q2 nō p̄ſentem ſed futurā gloriā attendis. Vel (de ſyon tueatur te) eccleſiā. i. de alta ſpeculatōe faciat te tutā. ſyon eni interp̄tatur ſpeculatio et hi ꝑtinēt ad ſyon qui ꝯtemptis terrenis ad ſup̄na dirigunt oculū mentis.

**Memor ſit omīs ſacrificij tui: et olocauſtum tuum pingue fiat.**

Memor ſit) ad remunerandū. et memores nos faciat (oīs ſacrificij tui) chriſte. i. oīm iniuriaꝝ q̄s ꝓ nobis tuliſti (et olocauſtuz tuū) id eſt oblatio totius corpis in cruce (pingue fiat). i. delectabile deo. Vel crucē qua totus oblatus eſt ꝯuertat in leticiaz reſurrectōnis. Memor etiā (ſit oīs ſacrificij tui) eccleſia ſcz cordis oris et operis ac corpis et ſanguinis chriſti et alioꝝ ſacrificioꝝ ꝓ te ⁊ per te oblatorum (et olocauſtū tuū). i. intentio amore dei tota incenſa (pingue fiat). i. deo gratū et iocūdum. In ſacrificio ps pecudis offerebat̄. in holocauſto totū pecus. Sacrificiū ergo eſt cum quis aliquid deo vouet ⁊ aliquid ſibi retinet. holocauſtū eſt qn̄ nihil ſibi retinet ſ3 ſe totum deo vouet.

**Tribuat tibi ſc̄m cor tuum: et omne conſilium tuum confirmet.**

Tribuat tibi ſc̄m cor tuū). i. ſc̄m intentōem o chriſte qui ſcis quid vtilitatis habet tua paſſio nō ſc̄m cor te delere volentiū (et omne ꝯſiliū tuū cōfirmet). i. ꝯpleat q2 oīa alto conſilio chriſtus facit. Tribuat etiā tibi eccleſia ſc̄m deſideriū tuū dando tibi petitōnes cordis tui (et omē ꝯſiliū tuū cōfirmet). i. voluntatem tuā in bono ꝑficiat. Conſilium eccleſie eſt vt vitet mortalia et nō impediat̄ ꝑ tp̄alia curſumq̄ ſuum dirigat ad eterna. hoc ideo oro quia.

**Letabimur in ſalutari tuo: et in nomine dei noſtri magnificabimur.**

Letabimur in ſalutari tuo) o chriſte. i. in ſalute a te collata nobis in vnitate fidei exiſtētibus (et in noie dei nr̄i) ſcz tui (magnificabimur) q2 a noie tuo dicti chriſtiani glorificabimur in futuro. Vel (Letabimur in ſalutari tuo) o eccl'ia. i. in ſalute a deo tibi data in qua ſaluat nos deus nō in huius mūdi vanitatibus (et in noie dei nr̄i) ſcz chriſti a quo dicimur chriſtiani et in cuius noie ſumus in eccleſia cōgregati nō in meritis nr̄is vel noie nr̄o (magnificabimur) magnitudine grē in p̄ñti et glorie in futuro. Et quid ꝑ ſingula.

**Impleat dñs oēs petitōes tuas: nūc cognoui qm̄ ſaluū fecit dñs chriſtū ſuū.**

Impleat dñs oēs petitōnes tuas) o chriſte tam ꝓ tua glorificatōe q̄ ꝓ membroꝝ cōglorificatōne et non ſolū quas in terra ſed et eas quas in celo facis interpellans ꝓ nobis nec inde dubito q2 iam) nunc) tanto ante (cognoui). i. ꝑ ꝓphetā mihi oſtenſum eſt (qm̄ ſaluuz fecit). i. faciet (dñs chriſtū ſuum) ſcz teipm a morte ſuſcitando. Vel (Impleat dñs oēs petitiones tuas) o eccleſia quas facis ꝓ tuis et tūc potero dicere (nūc cognoui) ꝑ experientiaz preſtiti bñficij (qm̄ ſaluū fecit dñs chriſtū ſuum). i. ꝓpl'm chriſtianū. Et

**Exaudiet illum de celo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dextere tue.**

Exaudiet illū) ſcz chriſtū nō ſolū de terra: ſed etiā (de celo ſc̄ō ſuo) vbi interpellat ꝓ nobis. Vel (exaudiet illū) ſcz ꝓpl'm chriſtianum (de celo ſc̄ō ſuo) q2 (in potentatib⁹) nr̄is eſt. (ſalus dextere eius) ſcz chriſti vel dñi. i. potētatus nr̄i ſunt ſalus fauoris ei⁹. hoc eſt nos potentes ſumus ex auxilio grē eius cum etiā de tribulatōne dat nobis auxiliū vt qn̄ infirmamur tūc potētes ſimus. Nam vana eſt ſalus hoim et rerū tp̄alium que nō dextere eſt et eterna ſ3 ſiniſtre et tranſitoria. hac eni in ſuperbia extollunt̄ hoies quicūq3 peccantes tēporaliter ſalui facti ſunt de quib⁹ ſubdit.

**Hi in currib⁹ et hi in equis: nos autē in noīe dñi dei noſtri inuocabimus.**

Hi in currib⁹) trahuntur. i. inuolubili ſucceſſione bonoꝝ tp̄alium ſeu fortuna et diuitijs huius ſeculi gaudent q̄ in rotis deſignātur (et hi in equis) efferunt̄. i. in ſupbis honoribus mūdi et terrena dignitate ſeu ſecülari potentia gloriant̄ et ꝑ hoc deſpicit eos ꝓpha

qui de iſtis preſumūt et letantur. illi ita (nos aūt) nō in his ſupradictis ſ; in eternis ſpem figentes (in noīe dn̄i dei nr̄i inuocabimus) deū nō aliud a deo ſcʒ querentes gloriaʒ dei nō nr̄am. eternā: nō tp̄alem. Ideo

**Ipſi obligati ſunt et ceciderūt: nos aūt ſurreximus et erecti ſumus.**

Auctor pſalmi propheta dauid. Titulus talis eſt. In finem pſalmus dauid. Hoc eſt pſalmus iſte dirigens nos in finem attribuitur Dauid id eſt eccleſie que hic loquitur in perſona penitentis per flagella correcti. Eccleſia ergo chriſto ſubiecta et fidelis quilibet ad deum conuerſus quia tribulatōnes et tentationes pati habet diuinum auxilium implorat quatenus in bono perſeuerare valeat ſuo exemplo nos inſtruens vt in bono perſeueremus et orationi inſiſtamus. Materia: eccleſie vel anime flagellis grauiter afflicte oratio et diuini auxilij imploratio. Intentio: vt doceat nos in aduerſis non murmurare ſed deuota oratione ad deū recurrere et in bono propoſito perſeuerare. Sententia in generali: propheta in iſto pſalmo in perſona eccleſie et cuiuſlibet fidelis exiſtentis in perſecutōne inimicorum viſibilium ſiue inuiſibilium petit a preſſuris liberatōem in deuio huius vite directōnem. culpe pro qua tribulatur remiſſionem ac diuine conſolatōnis deguſtationem. Sententia in ſpeciali: Eccleſia itaqꝫ vt ſecure valeat petere que ſequunt̄ premittit de ſuo deſiderio et dilectōne quam habet erga deum ſic ad ipſum loquens (Ad te domine) contemplandum et promerendum guſtandum ⁊ amplexandum (leuaui) ſpirituali deſiderio et deuotōne de terra (animam meam) que terrenis et carnalibus deſiderijs inherebat abſtrahendo eam ab iſtorum inferiorum ſollicitudine et amore. Facile quidem terrena deſpicit qui ad diuina conſpicienda ſe erigit (deus meus in te) ſolo non in me vel in alio a te creato (confido) et ſpem meam pono et ideo rogo (non erubeſcam) vlterius a peccato quod de me procedat corruptus nec etiam aliorum ſuggeſtione peccem. vnde ſequitur.

**Neqꝫ irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te nō ꝯfundentur**

Neqꝫ irrideant me inimici mei) ſiue viſibiles ſiue inuiſibiles mala mihi ſuggerētes et nocere querentes qui vtiqꝫ me irridebunt ſi preualuerint. quia ipſos irriſores patimur quos ad malum pſuaſores habemus. et certus ſum de eo quod peto (etenim vniuerſi q̄ ſuſtinent te) tribulatōnes preſentes longanimiter et patienter ferendo nulliſqꝫ tentationibus a te recedendo ſed in bono propoſito perſeuerando (non confundentur) neqꝫ p ſe neqꝫ per inimicos id eſt per peccatū a ſe vel ab inimicis exiens et neqꝫ hic neqꝫ in futuro quia patientie ſue premium accipient tempore oportuno. Sed econtrario.

**Confundantur omnes iniqua agentes: ſuperuacue.**

Confundantur) hic pro peccatis ſalubriter: vel ſi hic nolunt tandem in pena eterna. et ſupponit qui ⁊ quare ſcilicet (om̄es iniqua agentes) propter acquirenda que tranſeunt: temporalia eternis preferentes ⁊ animam ſuam de terra ad te non leuantes. Ideo iniqua quia (ſuperuacue) fruſtra et vane agunt et in ſuperuacuis laborant inutiliter et infructuoſe nihil ſecum de fructu ſui laboris deferentes. quia om̄ia ſunt vana et infructuoſa que a deo ſunt aliena. Ergo vt nō erubeſcam vel confundar.

**Vias tuas dn̄e demonſtra mihi: et ſemitas tuas edoce me.**

Vias tuas) apertas ſcilicet mandatorum que vie conueniunt omnibus etiam ſimplicibus de quibꝫ dicitur. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. (dn̄e demonſtra mihi) quaſi manifeſta que viſui ſubſunt vt melius innoteſcāt ſicut ſolet manu demonſtrari oculis ſubiectum vt magis appereat (et ſemitas tuas) anguſtas ſcilicet conſiliorū (edoce me) quaſi ea que occulta ſunt quia paucis ſunt note. de quibꝫ dicitur. Si vis eſſe perfectus vade et vende omnia que habes ⁊c̄. Et o domine ne errem

**Dirige me in veritate tua et doce me: q2 tu es deus ſaluator meus: et te ſuſtinui tota die.**

Dirige me in veritate tua) vt recte iuſte et pie viuā ſicut veritas tua exigit (et doce me) ipſam veritatem vt recte omnia mihi neceſſaria ſciam et intelligam. Duo petit in quibus eſt ꝑfectio ſcꝫ dirigi ad bonam vitam: doceri ad veram ſcientiā. et ideo fac quod peto (qꝛ tu es deus) meus qui me creaſti (ſaluator meus) qui me redemiſti (et) etiā ideo quia (te ſuſtinui tota die). i. miſericordiā et retributionem tuam toto tꝑe vite et aſſidue patienter expectaui. et nec ꝓſperis nec aduerſis a ſperando in te moueri potui. Iſta duo bonos faciunt: vt deum ſaluatorē credamus: et patienter retributionē eius expectemus. Et

**Reminiſcere miſerationū tuarum dn̄e: et miſericordiaꝝ tuaꝝ que a ſeculo ſunt**

Reminiſcere) qui oblitus crederis dū tardas (miſerationū tuaꝝ dn̄e). i. oꝑm miſericordie tue et (miſericordiaꝝ tuaꝝ) naturaliter tibi inſitarum (que a ſeculo ſunt). i. ab initio ſeculi. nunq̄ꝫ enī ſine miſcd̄ia fuiſti que naturaliter in te eſt. nec peccāti homini miſeratio tua defuit que eſt in bonoꝝ exhibitōne. Unde enī in ſe eſt miſericors inde eſt miſerator in nobis. q. d. fac nunc ſicut cōſueuiſti ne in me fallat quod ab initio ſeculi inceptum eſt. Et ꝑ miſericordiā tuam

**Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas: ne memineris.**

Delicta) quibꝰ ſcienter viam equitatis dereliqui (iuuentutis mee). i. que ex inconſulto calore ac confidenti et ꝑcipiti audacia vel ex infirmitate cōmiſi: que etiā q̄nq̄ꝫ ſunt in ſenibus (et ignorantias meas). i. peccata que ex ignorantia feci vel q̄ peccata eſſe neſciui (ne memineris). i. ne ad vindictā reſerues. Tribus enī modis fit omne peccatū. aut ſtudio. aut infirmitate. aut ignorantia. Peccata ſtudij et infirmitatis cōcludit cum ait. (Delicta iuuentutis mee.) Iuuentus enī prona eſt et infirma ad delinquendū. Peccata ignorantie deſignat cū ſubiungit (et ignorantias meas.) Ne inq̄ꝫ memineris ſed potius.

**Scd̄m miſericordiā tuā memento mei tu: ꝓpter bonitatē tuam dn̄e.**

Scd̄m miſericordiā tuam) que eſt reſpectu miſeroꝝ vbi nulla ſunt merita et que te eſt digna nō ſ̄m irā quā merui et qua ego ſum dignus (memento mei tu) vt videns q̄ꝫ fragilis ſim mecū miſericorditer agas peccata dimittendo et gratiā infundendo. q. d. vt ampla eſt miſcd̄ia tua: ita et ample miſerere mei. et non ꝓpter meum meritū quod nullum eſt: ſed (propter bonitatem tuam dn̄e) naturaliter tibi inſitam et amplam qua de nihilo omnia feciſti et omnibꝰ benefacis. Deinde cōuertit ſermonem ad hoīes. q. d. hac fiducia peto quia

**Dulcis et rectus dn̄s: ꝓpter hoc legem dabit delinquentibꝰ in via.**

Dulcis). i. pius ⁊ miſericors in miſerendo eſt (dn̄s) quia penitentibꝰ oīa priora peccata dimittit vbi eſt gratia ſine meritis (et rectus) id eſt equus et iuſtus quia corrigit et peccata purgat vel quia poſt miſericordiam venie digna meritoꝝ in futuro retribuet. Amas ꝙ dulcis eſt: time ꝙ rectus eſt. vt amore et timore dei excitatus legem eius cuſtodias. et (ꝓpter hoc legem) correctōnis (dabit delinquētibus) vt ſ̄m eam corrigantur. que lex eſt vt ſi vere peniteant miſcd̄iam conſequant̄: ſin autem eternaliter puniantur. et hoc (in via) huius pn̄tis vite: qꝛ poſt mortem non eſt locus penitentie. Et dn̄s

**Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.**

Diriget) ad meliora vt ex patientia ꝓficiant et de virtute in virtutē ꝓcedant (manſuetos) qui in aduerſitatibꝰ patientes ſunt et nō murmurant (in iudicio) pn̄ti quo iudicat dn̄s flagellat et corripit. Uel (diriget manſuetos in iudicio) futuro. i. nō ꝑturbabit eos in iudicio qui ſequuntur voluntatē eius nec ei reſiſtunt (docebit) hic (mites) qui ſe non erigūt contra eum nec recalcitrant cum eis leue iugum dn̄i imponit̄. (vias ſuas) quibꝰ ad ipm ꝑueniant. Tales enī qꝛ nō ꝓſumunt regere et docere ſemetipſos ideo dirigunt̄ et docentur a dn̄o. Deinde oſtendit que ſint vie eius. d.

**Uniuerſe vie dn̄i miſcd̄ia et veritas: requirentibꝰ teſtm̄ eius ⁊ teſtimonia eius.**

Uniuerſe vie dn̄i) ſunt (miſcd̄ia) q̄ eſt placabilis (et veritas) qua eſt incorruptus quorum vnū exhibet cōdonando pcc̄a alterū iudicando merita. Hec duo in oī oꝑe dn̄i ſunt qꝛ quicquid facit aut miſericorditer facit aut iuſte. et hoc apparet (requirētibꝰ) et ſcrutātibꝰ (teſtamentū) eius nouū qd̄ teſtm̄ dicit̄ qꝛ ibi eſt clara ꝓmiſſio hereditatis et morte ꝯfirmatum eſt teſtatoris (et teſtimonia eiꝰ) ſcꝫ vetus teſtm̄ qꝛ teſtimoniū nouo ꝑhibet et ibi fuerūt ꝓphete teſtes ꝓmiſſionū. Tenet aūt ille vias dn̄i qui expertus miſcd̄iam deponit ſuꝑbiam nullis meritis liberatū ſe videns et deinceps ſeueritatem iudicis cauens. Ergo

**Propter nomen tuum dn̄e ꝓpiciaberis**

peccato meo. multum eſt enim.

Propter nomen tuū)o(dñe)non ꝓpter meritum meū.i. ꝓpter gloriā noīs tui et declarationem bonitatis tue vt lauderis ab hoīe (ꝓpiciaberis).i.miſereberis: oblato tibi ſacrificio ſpūs cōtribulati et cordis cōtriti(peccato meo)ipm ex miſcđia remittendo.et neceſſe eſt(multū eſt enī) excedens facultatē virtutis mee ad ſatiſfaciendū.et niſi ꝑ te nō delebitur Quamdiu enī hic mortaliter viuimus ſine multo peccato eſſe nō poſſumus nā in multis offendimus oēs. Et cum ita ſit

**Quis eſt homo qui timet dñm: legē ſtatuit ei in via quam elegit.**

Quis eſt homo)ſcʒ rōnalis(qui timet dominum)timore filiali.q.d. quiſquis ille eſt: magnus eſt.beatus eſt.(legem)euangelicam ſeu fidei et moꝝ(ſtatuit).i. obſeruandā dedit (ei)dñs vt ꝑſeueret et ſpiritaliter in deo viuat et ne impune peccet(in via)dei(quā elegit).i. libere apprehendit et in regula quam ꝓfeſſus eſt ſcʒ timens deū. Ligat enī deus talem in lege ſua. Vel(quā)ipe dñs(elegit)nobis incedendum. Et poſtea ſubdit de premio.d.

**Anima eius in bonis demorabitur:et ſemen eius hereditabit terram.**

Anima eius)ſcʒ legem dei obſeruantis(in bonis)gratie quaſi in delitijs et ſi non re tñ ſpe etiā in bonis glorie futuris(demorabit̄)in pñti. Delectatur enī legi dei ſ̄m interiorē hoīem celeſtibꝫ deſiderijs inardeſcit.ſpiritalibus ſtudijs inheret.in bonis opibus ſe exercet(et ſemen eius).i.bonū opus quod quaſi ſeminat cum agit et vnde fructus colligitur (hereditabit terrā).i.faciet eum terrā viuentium hereditate poſſidere. Et inde illis tanta conſtantia quia interim

**Firmamentū eſt dñs timentibꝫ eum: et teſtamentū ipius vt manifeſtetur illis.**

Firmamentū eſt dñs timentibꝫ eum)ne cedant tentatōnibus.videtur enī timor eſſe infirmorum.et homo eſt mutabilis in ſe et fragilis ſʒ firmat dñs timentē qꝛ timor dei dat firmitatem:humanus diffidentiā.(et teſtamētum ipius)eſt hoc(vt manifeſtet̄ illis).i.manifeſtabit ſeipm illis ſicut ꝓmiſit.q.d.ꝓmiſſio eius eſt etiā eis firmamentū ſcʒ hoc vt videant eum facie ad faciem. Merces laboris nr̄i eſt viſio dei quē cum videbimus nihil vltra erit qđ queramus. Et ideo quicquid alij faciant.

**Oculi mei ſemꝑ ad dñm:qm̄ ipſe euellet de laqueo pedes meos.**

Oculi mei)ſcʒ cordis id eſt interioris hominis ſenſus et intentōes mee ſunt(ſemꝑ ad dñm)ſurſum ſpectantes et ideo nō timeo pericula terrena(qm̄ ipſe)quē intueor(euellet)extrahet(de laqueo)timoris ⁊ cupiditatis ac oīm vicioꝝ et tentationū(pedes meos).i.animi affectus ab hoc diuerſaꝝ tentationum laqueo. Nemo euellitur niſi cuius intentio et deſideriū ad alta ſubleuat̄. Semꝑ ergo homo intendat in omnibꝫ que dei ſunt et deus eum de tentatōnibꝫ et tribulatōnibꝫ finaliter liberabit. Et qꝛ ego reſpicio ad te o dñe ⁊ tu.

**Reſpice in me et miſerere mei:quia vnicus et pauper ſum ego.**

Reſpice in me)et in deſideriū meum pietatis affectu(et miſerere mei)qꝛ miſer ſum et locus eſt miſerie(quia vnicus)nō ꝑ multa diſtractus vel vnicā ſpem in te habens(et pauper)a mundi rebus. vel(pauꝑ)ſpū et humilis(ſum ego) Vel(vnicus et pauꝑ).i.ſolus et impotens reſpectu multitudinis demonū et ſatellitum ſuoꝝ. Ideo ſe vnicū et pauꝑem dicit vt dei miſericordiaʒ ſibi cōciliet. Vnicus enī plus amatur:pauper plus dolet̄. Et item ideo quia

**Tribulatōnes cordis mei multiplicate ſunt de neceſſitatibꝫ meis erue me.**

Tribulationes cordis mei multiplicate ſunt).i.multis modis affligor modo ꝑ tentationes demonū et vicioꝝ modo ꝑ ꝑſecutiones hoīm maloꝝ et tot ſunt calamitates mūdi qꝛ eaꝝ anxietas vſqꝫ ad cor ꝑuenit.⁊ o dñe (de neceſſitatibꝫ meis).i.tribulatōibꝫ ꝑ quas neceſſe habeo trāſire(erue me)liberando Aduerſa cōgrue vocat neceſſitates qꝛ neceſſaria ſunt omnibꝫ pie viuere volentibꝫ. et hec neceſſe eſt eos tolerare vſqꝫ in finem vt ſalui fiant. Et

**Vide humilitatē meā et laborē meū:et dimitte vniuerſa delicta mea.**

Vide humilitatē meā ⁊ laborē meum)qꝛ ꝑ aduerſa hūiliatus in magno labore et tribulatione ſum.et his purgatōnis mee flagellis placatus(dimitte vniuerſa delicta mea)tam mortalia qꝫ venialia. Vel(vide).i.gratā habe(humilitatē meā)ſcʒ cōtriti cordis:et qua tribulationē que pena peccati eſt hūiliter et patienter tolero(et laborē meum)in ſuſtinendo malos(et dimitte vniuerſa delicta mea)vt ex tolerantia tribulationū et laborū merear veniam delictorum.

**Reſpice inimicos meos qm̄ multiplicati ſunt: et odio iniquo oderūt me.**

Reſpice) etiā (inimicos meos) eos conuertendo vel reprimendo. vel qꝛ neſcimus quid oremus ſicut oportet fac de eis ſicut tu ſcis (qm̄ multiplicati ſunt) non ſolū foris infideles ſꝫ etiā intus in eccleſia falſi fratres: et tot hoim̄ ꝑditio nō p̄t eſſe ſine dolore. q.d. attendendo eos me protege et mihi auxiliare. (et odio iniquo oderūt me) qꝛ oderūt me diligētem ſe et qꝛ nō vicia in me ſed ipam naturam oderunt. Iniquū eni odiū eſt cum oditur culpa et diligitur natura. Ideo

**Cuſtodi aiam meam et erue me: nō erubeſcam: qm̄ ſperaui in te.**

Cuſtodi aiam meā) ab eoꝝ inſidijs et imitatione ne pereat (et erue me) ab eoꝝ conſortijs et cōmunione vt euadam (nō erubeſcā) id eſt nō ɔfundar a ꝓpoſito cadendo et erubeſcenda cōmittendo ſi forte inſurgūt aduerſum me. et debes me exaudire (qm̄ ſperaui in te) non p̄ſumpſi de me et nō eſt confuſio ſperantibus in te. Cum aūt ꝑfecti ſic ſe ſpei fortitudine roborāt: ceteros ad ſe ꝑ exemplū trahunt. vnde ſubditur

**Innocentes et recti adheſerūt mihi: qꝛ ſuſtinui te.**

Innocentes) moribꝫ et ſibi et ꝓximo (et recti) fide et corde quos nō frangit aduerſitas vel ꝓſperitas (adheſerūt mihi) nō ſolū preſentia corpis ſed etiā cōſenſione cordis. et adherendo ſunt mihi ɔformati. et hoc ideo (qꝛ) nō defeci a bono ſequēs malos ſed (ſuſtinui te) expectans diſcuſſionē vltimi iudicij et retributionē. Qui innocenter viuunt: qui celeſtem patriā appetunt ſicut diſiungi a malis ita adherere cupiūt bonis vt ſeſe inuicē verbis et moribꝫ edificent et bona ſua ꝑ charitatem ſibi cōmunicēt quatenus in bono alter creſcat ex altero. Et tu

**Libera deus iſrael: ex omnibus tribulationibus ſuis.**

Libera) o (deus iſrael). i. ꝑplm̄ quē ad tuaꝫ viſionē et ad te ɔtemplandū p̄paraſti (ex oībus tribulatōnibꝫ ſuis) ſcꝫ ſpūalibꝫ ⁊ corporalibus. i. nō ſolum ex his que tolerat exterius: ſed etiā ex his que patitur interius. vt magis quiete ⁊ deuote tibi poſſit ſeruire. Vel (ex omnibꝫ tribulatōibꝫ) p̄ntibus ne in eis ſuccūbat et futuris ne eas incurrat. Oro

Libera nos ab omībꝫ anguſtijs nr̄is miſiſſime deus qꝛ ad te aīas nr̄as erigimus obliuiſcere qm̄s delicta iuuentutis et ignorantie prioris et ſi quid negligēter deliquimus clementer ignoſce. Per dñm.

Pſalmus de eccleſie ſeu viri iuſti innocentia et ſanctitate eiuſqꝫ ne a ꝓpoſito moueatur oratione. ps. xxv.

**Iudica me domine qm̄ ego in innocentia mea ingreſſus ſum: et in domino ſperans nō infirmabor.**

Auctor pſalmi ꝓpheta Dauid. Titulus hic eſt. Pſalmus dauid. Quaſi diceret pſ ille attribuitur dauid. i. ꝑfecto viro et excellentiori eccleſie mēbro ſupius deū oranti et hic oſtendenti ſe eſſe exauditū et diuina miſcdia adeptū innocentiā et ꝑfectōeꝫ ac deuoti oranti ne a ꝓpoſito ſuo dimoueatur. et hoc facit vt a quibꝫ moraliter ſegregatur ab his etiā eternaliter ſepetur. Materia: viri iuſti innocens et ſancta ɔuerſatio et a cōſortio maloꝝ ſeparatio. Intentio: vt exemplo ſui doceat nos innocenter cōuerſari et a ɔſortio maloꝝ ſepari iuſtiſqꝫ iungi qꝛ ex cōuictu mores formantur. Snia in generali: ꝓpheta in iſto pſalmo in perſona eccleſie vel cuiuſlibet ꝑfecti et viri iuſti allegat ſuā innocentiā et deteſtatur iniquoꝝ maliciā. atteſtatur inſuꝑ ſe in cultu dei ſedulū et petit cum impijs nō damnari imꝑpetuū. Snia in ſpeciali: videns ergo ille vir ſanctus bonos cū malis: grana cum paleis: orat in futuro localiter diuidi. d. (Iudica me dñe) ſcꝫ iudicio diſcretōnis. i. diſcerne me in futuro a malis loco a quibꝫ in p̄nti licet ſimꝉ mecū ſint ſeiunctus ſum merito. Hoc aūt dicit nō ex preſumptōe iuſticie ſue ſꝫ ex certitudine miſcdie dei et ſubdit meritū (qm̄ ego in innocentia mea ingreſſus ſum) vias vite inter peccatores innocēter vitā ducendo et hoc dicit nō ſe iactando ſꝫ grās agendo (et in domino) nō in me (ſperans) ne inter malos titubem (nō infirmabor) deficiendo ab innocentia et cadendo in peccatū ſed ſicut incepi ita diuino auxilio ꝑſeuerabo qꝛ ipe dñs eſt mea fortitudo. Sed ne quid delictoꝝ occultoruꝫ me lateat et in me remaneat

**Proba me dñe et tenta me: vre renes meos et cor meum.**

Proba me dñe). i. ſi quid in me eſt purgādum prius vires meas reſpice (et) tunc ꝓut ferre valeo (tenta me). i. tentari me ꝑmitte notum me faciens nō tibi qꝛ oīa noſti: ſed mihi et alijs ne quid delicti in me remaneat et hic me corrigens flagello filioꝝ vt ſpūs ſaluus fiat. et deinde (vre) igne ſcti ſpūs (renes meos). i. delectatōes ſcilicꝫ malas abſumēdo et

bonas inflāmando (et cor meum) id eſt cogitationes ſcilicet malas cōſumendo et bonas illuſtrando. Ac ſi dicat interioribus et exterioribus vicijs ſpiritale adbibe medicamentū hic ergo perfectus precatur tribulatōnes et tentationes ne quis de eis murmuret. Nec timeo conſumi tribulatōne vel tentatōne

**Quoniaʒ miſericordia tua ante oculos meos eſt: et cōplacui in veritate tua.**

Qm̄ miſcōia tua) que non ſinit tentari ſupra vires vel cōſumi (ante oculos meos eſt) id eſt non merita mea ſed miſericordiā tuam tanq̄ fiduciam meam toto corde intueor et attendo ita ꝙ nec ego miſericordie nec miſericordia mei obliuiſcitur. quaſi diceret. diſciplinam tuam patienter fero: ſed vt miſerearis indeſinenter expecto (et) ideo iam (cōplacui) tibi id eſt beneplacitū habui (in veritate tua) ſcilicet vindicte quā merui qui prius diſplicui in mendacio culpe qua deliqui. Et qui lapſus merui iram a te correptus inueni miſericordiam. Vel (cōplacui in veritate tua) ꝓbando que probas et reprobando que reprobas. Ex hoc autem apparet qm̄ in innocentia mea ingreſſus ſum. quia

**Non ſedi cum cōcilio vanitatis: et cum iniqua gerentibus nō introibo.**

Non ſedi cum concilio vanitatis) id ē tractatum iniquorum vitaui et eis non conſenſi qui de terrenis ſemper cogitant et loquuntur prouidentes beati fieri in temporalibus et tranſitorijs que vana ſunt et inſtabilia et cauſa omnis iniquitatis. (et cum iniqua gerentibus non introibo) iniquis operibus cū ipſis me ingerendo. Peruerſi enim aut vane loquacitati vacant aut inique opatōni deſudant. Quo contra ſancti viri vt et verbo ⁊ facto habeantur innoxij: et a vanitate reſtringunt linguam et ab iniquo opere conſeruāt vitā. Et q꞉ nō ſatis eſt vitaſſe addit Immo

**Odiui eccleſiam malignantiuʒ: et cum impijs non ſedebo.**

Odiui eccleſiam) id eſt congregatōnem et conuentum (malignantiū) id eſt malitiaʒ ſuam ſtudioſe exaggerantium quibꝫ ſcilicet nō ſufficit ꝙ ipſi mali ſint niſi etiam alios trahant. odiui quidem in eis non naturā ſʒ culpam. (et cum impijs) deum non colentibus Pietas enī proprie pertinet ad cultum dei. (non ſedebo) id eſt placitum non habebo: corde eis cōſentiendo vt placeat mihi quod eis. Ab his enim omnibus q̄uis non corpore tamen vita ⁊ moribus ſeꝑatur eccleſia. Sed qui ab iniquis ſe ſeparat: cum quibꝫ adiungitur audiamus. Sed

**Lauabo inter innocentes manus meas: et circundabo altare tuū dn̄e.**

Lauabo) .i. mundabo (inter innocentes) qui nec ſibi nec alteri nocent. (manus meas) id eſt opera. quaſi diceret. non conſentiā impijs ſed potius cum innocentibꝫ et inter eos mente ſemper et corpore ſepe habitans et cōuerſans penitendo munda faciam oꝑa mea. Manus enim opera ſignificant. (et circundabo) .i. virtutibus et bonis operibus ornabo (altare tuum domine) id eſt mentem meaʒ vel fidem vbi deo vota offeruntur. vbi ꝑces funduntur: quia non eſt locus veri ſacrificij extra fideʒ catholicam que eſt in corde. Ideo aūt inter innocentes cōuerſabor.

**Vt audiā vocē laudis: et enarrem vniuerſa mirabilia tua.**

Vt audiam vocem laudis) id eſt diſcam et intelligam ab eis et intus a mgr̄a veritate qua voce ſis laudandus ſcilicʒ quomodo te laudem non me vt ſcilicet bonum tibi nō mihi tribuam et ex ipſo bono non de me ſed de te qui dediſti preſumam. Ille ergo intelligit qualiter eſt laudandus deus: qui quicquid boni agit a deo eſſe reputat: quicq̄d vero mali facit a ſe eſſe non dubitat. (et) cum didicero (enarrem) id eſt exponam ceteris (vniuerſa) id eſt precipua et perfecta (mirabilia tua) corporalia et ſpūalia viſibilia et inuiſibilia hominibus exhibita docens et eos te laudare. quia D

**Dn̄e dilexi decorem domus tue: et locū habitationis glorie tue.**

Domine dilexi decorem domus tue) id ē bonos actus quibus decoratur domus tua ſcilicet eccleſia vel virtutes animam ornantes (et locum habitatōis glorie tue) ſcilicet illos in quibus habitans glorificeris id eſt locum in quoglorioſe habites vt nō ſibi ſed tibi gloria detur quia non ſuam ſed tuam gloriam querunt: vel animam virtutibus ornatam. Vnde Gregorius. Domus quippe dei non ſolū ſancti angeli ſed etiam nos ſumus quoruʒ mentes inhabitare dignatur. Et q꞉ electus quiſque quantūcunq̄ proficiat adhuc reprobari formidat miſericordem deum humiliter exorat. D.

**Ne perdas cum impijs deus aīam meā: et cum viris ſanguinū vitam meam.**

Ne perdas) id eſt ne perdi ꝑmittas in futuro (cum impijs) o (deus) id eſt cum male ſe

habentibus erga deum et eum odientibꝫ (ani
mam meam) que dilexit decorem domus tue
(et cum viris ſanguinū vitam meam) in pre-
ſenti id eſt cum hominibus male ſe habenti-
bus erga ꝓximum et eum odientibꝫ. De qui
bus dicitur qui odit fratrem ſuum homici-
da eſt. Et ita impiȷ̄ et viri ſanguinum illi ac-
cipiuntur qui contra duo mandata charita
tis agunt et ſic domum dei que duobꝫ prece-
ptis dilectōnis ſcȝ dei et proximi decoratur
quantū in ſe eſt dehoneſtant et maculant.

**In quoꝝ manibꝫ iniquitates ſunt: dex-
tera eoꝝ repleta eſt muneribꝫ.**

In quorum manibꝫ) .i. operibus (iniqui-
tates ſunt) qꝛ eoꝝ oꝑa ſunt iniq̄ et ſꝑ para-
ti ſunt inique agere (dextera eorū repleta eſt
muneribus) quia ſi quid boni agunt ꝓ mu-
neribus faciunt pecunie vel laudis humane
vel timoris quo timent diuitem vel potentē
offendere. Hi ſunt qui ſapientiā ſuam ven-
dunt: pro iuſticia preciū accipiunt: ipſis etiā
ſpiritalibus ſtudiȷ̄s quandoq̄ deſudant vt
terrenum aliquid conquirant in acquiren-
dis lucris inſiſtunt ardenti ſtudio circūqua-
q̄ exquirunt vt dextera eorum repleatur mu
neribus. Ita illi muneribꝫ ſunt ditati

**Ego autē in innocentia mea ingreſſus
ſum: redime me et miſerere mei.**

Ego autem) ſine flagicio et facinore (in in
nocentia mea ingreſſus ſum) inter peccato-
res id eſt diuitiȷ̄s innocentie ⁊ ſpiritualibus
theſauris ditatus ſum et ideo (redime me) id
eſt tanq̄ redemptū libera me a malis (et mi
ſerere mei) id eſt non deſerat me miſericordia
tua in huius vite periculis quam vix aliq̄s
tranſit ſine culpa ſed in omnibus me comite
tur faciendo mecum non ſm̄ merita mea ſed
ſm̄ miſericordiam tuam. Et debes qꝛ.

**Pes meus ſtetit in directo: in eccleſiȷ̄s
benedicam te domine.**

Pes meus) ſpiritualis ſcilicȝ affectus qui
facile labi ſolet: et etiam corporalis (ſtetit in
directo) id eſt non receſſit a iuſticia tua et per
manſit contra omnia ſcandala immobilis.
quia tam affectōne et dilectōe q̄ greſſu et ope
re non receſſi a rectitudine et ſi ſcandalis cō-
cuſſus eſſem vndiq̄. In hoc ergo oſtendit ſe
diligere deum: deinde ſubiȷ̄cit etiam de dile-
ctione proximi dicens (in eccleſiȷ̄s) et ſanctis
congregatōnibus et in omni conuentu fide
lium (benedicā te domine) de tuis beneficiȷ̄s
mihi a te collatis non ſolum lingua et vo-
cibus ſed etiam vita et moribꝫ te laudando
vt aliȷ̄ mea doctrina et exemplo ſimiliter in-
formentur ad benedicendum. Hoc eſt enim
in eccleſiȷ̄s benedicere deum: ſic viuere vt per
mores cuiuſq̄ benedicatur dominus. Qui
enim benedicit domino lingua et non factis
non vere benedicit. Oratio

Largire domine miſericordiam tuam fa-
mulis ſupplicibus et fac nos in tua veritate
deuotos vt actibus innocentiam reſtitutis
liberari mereamur ab impiȷ̄s. Per dn̄m.

**Pſalmus de fortitudine et cōſtancia
in aduerſis et tentatōnibus vite preſen
tis ac de profectu et ꝑſeuerantia in vir-
tutibus et bonis. Ps. xxvi.**

**Dominus illumina-
tio mea et ſalus mea: quē timebo?**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Ti-
tulus talis eſt. In finē pſ̄ dauid priuſq̄ lini
retur ſcd̄o. Hoc eſt pſ̄ iſte dirigēs nos in fi-
nem future ꝯſummatōnis attribuit̄ dauid .i.
cuilibet fideli manu forti. pſalmꝰ inq̄ agens
de h̄ qd̄ eſt illi fideli priuſq̄ liniret̄ ſcd̄o .i. an̄
ꝑfectā vnctōē. Sicut enī dauid poſt primā
in domo p̄ris vnctōē in ſignū regni factā ho
ſtes habuit an̄q̄ in hebron in regē vngeret̄ ſe
cundo. nec ꝯfirmatus eſt in regno donec ſau
le deuicto: ſic fidelis quiſq̄ poſt primā vncti
onē baptiſmi qn̄ accipit pignus ſp̄ūs habet
hoſtes an̄q̄ ſcd̄o vngat̄ ſcȝ poſt hāc vitā qn̄
immortalitatē ⁊ impaſſibilitatē ꝯſequitur et
nunq̄ ꝯfirmabit̄ in regno donec diabolo pe
nitus ſupato. Fidelis ergo prima vnctōe vn
ctus tanq̄ chriſti tyro hic loquit̄ optans vt
ſcd̄am vnctōeȝ ꝯſequat̄. Qui ergo ſupra oſten
dit ſe exauditū et ꝑfectionē ꝯſecutū orauitq̄
ne a ꝓpoſito ſuo dimoueret̄ hic ſe ipm̄ et ſuo
exemplo vnūquenq̄ qui pignus ſp̄ūs acce-
pit ꝯfortat vt ſi btūs eſſe deſiderat in tentatio
nibꝫ vite p̄n̄tis viriliter agat ac pondus diei
et eſtus longanimiter ſuſtineat. Materia: in
aduerſis et tentatōibꝫ vite p̄n̄tis fortitudo et
ꝯſtātia ac in virtutibꝫ et bonis ꝓfectus et ꝑſe
uerantia. Intentio: ſuo exemplo vnūquenq̄
exhortari ad iſta et a deo impetrare et obtine
re orōne deuota. Sententia in generali: pro
pheta in iſto pſalmo in ꝑſona eccleſie vel cu
iuſlibet viri fidelis ⁊ iuſti confitetur ſe deum
metuere et nullum alium formidare ac con-
ſtantiam contra inſultus aduerſarioꝝ ſe ha-
bere. Item profitetur ſe habere deſiderium et
conatum proficiendi et perſeuerandi in bo-
nis vt pertingat ad premium regni celeſtis.

Sententia in ſpeciali: fidelis ergo pꝛima vnctione inunctus tanq̄ tyro chꝛiſti ait. (Dominus) habitans in me qui illuminat omnē hoīem venientē in hunc mundū eſt (illuminatio mea) cōtra ignoꝛantiā. Illuminat enī me ꝯferendo mihi lumen naturale ad cognitionem agendoꝝ ſuꝑaddens lumen grē ad cognitōnem ſperandoꝝ (et ſalus mea) contra infirmitatē vt iam poſſim reſiſtere peccatis quia eius eſt ſaluare in omnibꝫ tentatōnibus et tribulatōnibus et in futuro ipē eſt vera noſtra ſalus et beatitudo ꝑhennis (quem) ergo alium (timebo) ſub tanto domino. quaſi diceret nullum. quia nullus poteſt contra eum. Quē enī aīa timeat in qua deus habitat.

**Dominus ꝓtectoꝛ vite mee: a quo trepidabo?**

Dominus) eſt (ꝓtectoꝛ vite mee) ſcꝫ gratie que dicitur vita fideliūꝫ: ſicut vita nature dicitur brutoꝝ. culpe demonū. gloꝛie angeloꝛum quia vitam virtutum quam mihi dedit etiam ꝓtegit dum om̄es impetus et inſidias repellit ſine cuius ꝓtectōe omnia dona eius ꝑduntur (a quo) igitur alio (trepidabo) quaſi diceret a nullo. ad potentiſſimū enī omniū pertineo. Si ergo deus illuminat hominē vt recta videat ſi ſanat vt recte q̄ viderit opere compleat. Deinde ſi ꝓtegit ne tentatus cadat quid reſtat qđ foꝛmidare debeat? Unde et ſubditur

**Dum appꝛopiant ſuꝑ me nocentes: vt edant carnes meas:**

Dum appꝛopiant ſuꝑ me) .i. appꝛopinquāt et accedunt ꝯtra me (nocentes) voto ſuo et ſi non effectu .i. dum me inuadunt et obſident inimici volentes nocere mihi (vt edant carnes meas) vel me in carne affligendo et occidendo. vel in carnalibꝫ deſiderijs nimis delectando et ſe paſcendo. vel bona mea deuoꝛando. crudelitas inimicoꝝ hic notatur qui carnes lacerant: animas ledere non valentes et ideo nō ſunt timendi quia eo ipſo infirmātur et cadunt quo ad interioꝛa animi irrumpere nō poſſunt. vnde ſubditur

**Qui tribulant me inimici mei: ipſi infirmati ſunt et ceciderunt.**

Qui tribulant me) ꝑſequendo vel tentando (inimici mei) coꝛꝑales vel ſpūales (ipſi infirmati ſunt) a ꝓprijs viribus et debilitati in ſemetipſis et inefficaces erunt in hoc quod intendunt (et) victi (ceciderūt) a potentia et poteſtate nocendi ne tantū nocere poſſint quantum velint: poteſtate diuina me ꝓtegente et eos deijciente. Nihil ergo niſi dn̄m timeamus et quicquid alius fremat vel ſuperbiat contra nos nō curemus. Si enī deus ꝓ nobis quis contra nos? Ideoq̄ accepta tanta fiducia.

**Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit coꝛ meum.**

Si) deinceps (conſiſtant) .i. circūueniant (aduerſum me caſtra) .i. conſpirans cōtradicentium et aduerſantiū multitudo et foꝛtitudo (nō timebit coꝛ meum) in deo ꝓtectoꝛe cōfirmatū licet coꝛpꝰ occidāt. q. d. Si impioꝝ exercitus: ſi vicioꝝ impetus: ſi demonioꝛum cetus collectis viribus omnibꝫ atq̄ acie oꝛdinata cōſurgat: nihil coꝛ dubitat quod omnipotens deus illuminando ſanando ꝓtegendo cōfirmat. Dn̄s enī bellatoꝛ foꝛtis ipſe pro me pugnabit

**Si exurgat aduerſum me pꝛeliū: in hoc ego ſperabo.**

Si) etiā (exurgat) ſubito vel in immenſuꝫ creſcat (aduerſum me pꝛeliuꝫ) ſcꝫ inſultus et conflictus vel ꝑſecutio inimicoꝝ predictoꝝ vt me debellare velint et cōterere nō ſolū non timebo ſed etiaꝫ (in hoc) pꝛelio (ego) cui deus ꝓtectoꝛ eſt (ſperabo) .i. ex hac occaſione certioꝛem et firmioꝛē confidentiā capiam de diuini auxilij experimento. Uel (in hoc) ſcilicꝫ in dn̄o (ego ſperabo) .i. ſpem victoꝛie et remuneratōnis eterne habebo in dn̄o. Et merito qꝛ.

**Unam petij a dn̄o hāc requirā: vt inhabitem in domo dn̄i oībꝫ diebꝫ vite mee.**

Unam) ſcꝫ rem id eſt vnum ſcꝫ ipſum deū vbi moꝛe hebꝛaico vtitur adiectiuo feminino ꝓ ſubſtātiuo neutro. (petij a dn̄o) ꝑ ceteris Alij quidē multiplicia querūt ego tm̄ vnā et (hanc requiram) ſupplicando | inſtanter et perſeueranter pꝛo obtentu ipſius ſcꝫ (vt) qui nunc ad tempus habito in tabernaculo tandem (inhabitem) id eſt perſeueranter habitē (in domo domini) non manu facta ſed eterna in celis (omnibus diebus vite mee) .i. eternaliter vbi nō ſunt dies moꝛtis. O vna dulcis qn̄ me de te ſatiabis.

**Ut videam voluntatem domini: et viſitem templum eius.**

Ut) ibi (videaꝫ voluntatē dn̄i) ſicut eſt qui maxime apparet in facie id eſt vt contempler ſpeciē eius deſiderabilē et videā eū facie ad faciē vbi voluntas dei et quid velit plene cognoſcetur. Hic enī volūtas aliqua hoīs ab volūtate dei diſſentit ſꝫ ibi in nullo diſſentiet. Un̄ dicitur. Fiat voluntas tua ſicut in celo

et in terra (et viſitem).i.cum deſiderio et frequentia videam.et interiori mente frequentē (templū eius).i.eccleſiā electoꝝ et celeſtis curie conuentum.fidenter autem peto et ſpero illuc peruenire.

**Qm̄ abſcōdit me in tabernaculo ſuo in die maloꝝ:ꝓtexit me in abſcōdito tabernaculi ſui.**

Qm̄ abſcōdit me)militantē ſibi ne me tentationū ꝓcelle obruerēt(in tabernaculo ſuo) id ē in pn̄ti eccleſia in qua militamus(in die maloꝝ)ſcꝫ hoim.i.in die et vita pn̄ti vbi mali florēt:vel in tp̄e tentationū quibꝫ mortalis vita ſubiacet(ꝓtexit me)ad ſalutē ne lederer in aīa licet corpus affligeret(in abſcōdito tabernaculi ſui).i.in chriſto ꝑ fidē quo eſt ſcūs ſcōrum et abſconditū ecc̄ie ſpūalis ſicut ſancta ſcōꝝ ſunt abſconditum ecc̄ie materialis in q̄ vita nr̄a abſcōdita eſt.quē mox vocat petrā.

**In petra exaltauit me:et nunc exaltauit caput meū ſuꝑ inimicos meos.**

In petra).i.in chriſto nō tm̄ ꝓtexit ſed et (exaltauit)a terrenis cupiditatibꝫ ſublimādo et de virtute in virtutē ꝓgredi faciēdo (me) fundatū ſuꝑ petrā. Prius ḡ in chriſto ꝓtexit eū a malis deinde exaltauit in bonis(et nūc) dum dies maloꝝ eſt(exaltauit caput meū).i. mentē meā (ſuꝑ inimicos meos).i.ſuꝑ vicioſos appetitus qui me ſepe hūiliabant ne celeſtia ꝯtēplarer vt nullis iam vicijs vel aduerſitatibꝫ ſuccūbam ſꝫ ſuperē nō deficiēdo. Et quia ſic exaltauit ideo

**Circūiui et imolaui in tabernaculo eius hoſtiā vociferatōnis cantabo ꝛ pſalmum dicam domino.**

Circūiui).i.oīa bn̄ficia recogitaui ꝛ mecū ꝑtractaui(et)nō ingratus(immolaui)offerēdo ꝑ grāꝝ actōe(in tabernaculo eius).i.in eccleſia toto orbe diffuſa(hoſtiā vociferatōis) vel iubilatōis.i.laudis ineffabilis cū magna deuotōe ꝛ ꝯtritōe cordis.et de reliquo(cantabo)ſcꝫ iocūditate ꝯtemplatōis(et pſalmū dicam).i.oꝑabor(dn̄o).i.ad honorē dn̄i. Cantus enī ꝑtinet ad iocunditatē laudis:pſalmꝰ ad exercitiū bone oꝑatōis.q.d.voce corde et oꝑe laudes deo annunciabo.ſic enī laus nr̄a accepta eſt deo nr̄o. Ideo

**Exaudi dn̄e vocē meā qua clamaui ad te:miſerere mei et exaudi me.**

Exaudi dn̄e vocē meā).i.orōeꝫ tā mentalē q̄ꝫ vocalē(qua clamaui)forti intentōe(ad te) ꝓmerendū et ꝓ illa vna(miſerere mei).i.miſericorditer mecū age(et exaudi me)ꝑcem meam ꝯcedendo.q.d.ex miſcōia tua exaudi me: vt merear in illa vna eſſe. Preces inculcat qꝛ q̄ꝫ diu in diebꝫ maloꝝ ſumus oratio nr̄a ceſſare nō debet.tranſiet orō ſuccedet laudatio. trāſiet fletus ſuccedet gaudiuꝫ. Et merito me exaudies quia.

**Tibi dixit cor meuꝫ exquiſiuit te facies mea:faciē tuā dn̄e requiram.**

Tibi)q̄ ſolus occulta intelligis(dixit cor meū).i.deſideriū cordis mei.hoc eſt orō mea nō in ſolis labijs eſt ſꝫ in corde ꝓlata.et(exq̄ſiuit te)nō aliud extra te(facies mea).i.intentio mea:mens mea.in qua me cognoſcis et q̄ vultu q̄nq̄ꝫ deſignat(faciē tuā).i.pn̄tiā(dn̄e) ꝑſeueranter(requirā)nō mūdi gloriā.nō diuitias.nō delitias.facies tua viſio tua q̄ eſt vna mihi eſt in deſiderio qꝛ inter oīa nihil ita p̄cioſum inuenio vt aūt inueniā qd̄ q̄ro tu dn̄e.

**Ne auertas faciē tuam a me:ne declines in ira a ſeruo tuo.**

Ne auertas)et abſcondas nūc(faciē tuā) ſcꝫ grē tue(a me)tanq̄ꝫ nolens mihi fauorē et grām impendere ſed ꝓpiciata facie me reſpice et ſi a pcc̄is meis faciē vindicte auertas vt ea nō punias(ne declines in ira a ſeruo tuo)ſcꝫ tanq̄ꝫ ex deſpectu recedēdo ab eo et loquit̄ de ſe tanq̄ꝫ de alio. Rogat vt eū hic corripiat nō vt ab illo cū ira ſine correctōe et venia diſcedat et v t illa gerat a quibꝫ nō declinet ſꝫ vultu ꝓpicio reſpiciat. Sed

**Adiutor meus eſto ne derelinq̄s me:neq̄ꝫ deſpicias me deus ſalutaris meus.**

Adiutor)et cooꝑator(meus eſto)vt ꝑficiā et ꝑſeuerare valeā in bono qꝛ ego mihi non ſufficio.et ideo p̄cor(ne derelinq̄s me)ne cadam et incidā in pcc̄m qꝛ ſine te deficio.q.d. inceptū ne intermittas in viā me poſuiſti ſꝫ aberrabo ſi me relinquis(neq̄ꝫ deſpicias me) a te abijciendo ne perdā qꝛ tu (deus)meus es qui me creaſti. et(ſalutaris meus)qui me redemiſti.q.d.fruſtra creaſti ꝛ recreaſti ſi me deſpicis.et hoc neceſſariū eſt mihi nō habenti adiutoriū extra te.

**Qm̄ pater meus et mater mea dereliq̄runt me:dn̄s aūt aſſumpſit me.**

Qm̄ pr̄ meus).ſ.mūdus vel diabolus(et mr̄ mea)ſcꝫ ſocietas maloꝝ vel carnalis cōcupiſcentia que me genuerūt et quoꝝ eram imitator(dereliquerūt me)querentē te et ꝯtemnentē ſe.q.d.iſta dereliqui ſeꝑatus ſum ab eis cum id quod quero dare nō poſſent.(dominus aūt)qui p̄t mihi dare et modo neceſſaria(aſſumpſit me) vt pr̄ quia condidit. quia

vocat. quia ſubet. quia regit. et vt mater quia
lactat. quia nutrit. quia fouet. quia continet.
Et quia tendo ad te ideo

**Legem pone mihi dñe in via tua: et diri
ge me in ſemita recta propter inimicos
meos.**

Legem) et regulã viuendi (pone et da (mi
hi) tendenti ad te o (dñe in via tua) ſcʒ mãda-
torum tuoꝝ que me dirigat et nõ ſinat aber-
rare a mãdatis tuis. et vlterius (dirige me in
ſemita recta) ſcʒ ꝯſilioꝝ et in rectitudine an-
guſtiarum vt recte incedã et nõ declinem ad
dexterã vel ad ſiniſtram. et hoc rogo (ꝓpter
inimicos meos) viſibiles ꝛ inuiſibiles cauẽ-
dos qui inſidiari nõ ceſſant vt me ad iniqui-
tatem ſiue errorem trahant. Et

**Ne tradideris me in aĩas tribulantium
me: qm̃ inſurrexerũt in me teſtes iniqui
et mentita eſt iniquitas ſibi.**

Ne tradideris me). i. aĩam meam vt ſi cor
pus occidũt vel aĩam nõ occidant (in aĩam)
id eſt in volũtates. nõ dico in manus (tribu-
lantiũ me) et mihi aduerſantiũ. i. ne ſinas ani
mos eoꝝ ſatiari de malis meis vt cõſentiam
eis (qm̃ inſurrexerũt in me). i. ꝯtra me (teſtes
iniqui) ſcʒ detractores et adulatores mihi et
de me falſa dicentes vt moueãt et reuocẽt me
a te (et mentita eſt iniquitas) emphatice. i. ini
quus teſtis (ſibi). i. ad damnũ ſuũ nõ meum.
qꝛ mendaciũ maloꝝ ſibi vertitur in penam:
ſanctis vero in gloriã. Omne eñi peccatũ in
ſuum redit auctorẽ. ſʒ inter oĩa pericula deo
dirigente. ego

**Credo videre bona domini: in terra vi-
uentium.**

Credo). i. indubitanter ꝯfido (videre) ſcʒ
ꝑ experientiam (bona dñi) que ſunt vera ꝛ eter
na nõ tranſitoria (in terra viuentiũ) vbi nul-
lus moritur: nullus locus falſitatis eſt ſcʒ in
vita beata que eſt eterna qꝛ pignus nr̃m ibi
habemus qḋ eſt chriſtus. Terra dicta eſt ꝑ ſi
militudinẽ ꝓpter ſui ſoliditatẽ ſtabilitatẽ et ꝑ-
manentiã vbi nullus perit ſed ſemꝑ ꝑmanet
et beate viuit. Et in hac ſpe cõfortans ſe ipm̃
loquit̃ ad ſe tanq̃ ad aliuʒ. q. d. Certus ſum
de illa vna et ſi tardum eſt hoc amanti.

**Expecta dñm viriliter age: et conforte-
tur cor tuũ: et ſuſtine dñm.**

Expecta dñm) ſecure qui non fallit bona
ab eo ſperando et p̃ſtolando et vt cõſequaris
nõ remiſſe ſʒ (viriliter) et fortiter (age) et oꝑare
de bono in melius ꝓficiendo (et) ne laſſeris
(ꝯfortetur cor tuũ) nõ deſperatõne deficien-
do. et corde ꝯfirmatus ſi mala eueniant (ſuſti
ne dñm) tribulatões patienter et ꝑſeueran-
ter pro eo vſq; in fineʒ ſufferendo vt bene vi
uendo ſis iuſtus ꝛ patiendo ꝑfectus. Ubi no
ta ꝙ quattuor ſunt que nr̃am ſpem euacuãt
ſcʒ diuturnitas tp̃is: contra quod dicitur. ex
pecta dñm. id eſt illud quod credis et ſperas
de dño. Difficultas bone actõnis. ꝯtra quod
dicit. viriliter age. Puſillanimitas mẽtis. cõ
tra quod dicitur. cõfortetur cor tuũ. Acerbi
tas tribulatõnis cõtra quod dicitur. et ſuſti-
ne dñm. i. illud quod pateris pro domino et
a domino.

Oratio

Defenſa nos a caſtris et prelijs inimici ad
iutor omnium deus vt in domus tue ꝑpetui
tate durantes mereamur vultũ tuũ ſpũali cõ
templatõne ſuſpicere. Per dñm

Petitio Chriſti vel eccleſie ꝓ liberta-
tione ab iniquoꝝ tribulatõne et gratiaꝝ
actio deuota pro ſua exauditione.

Ps. xxvij.

**AD te domine cla-
mabo deus meus ne ſileas a me ne
quando taceas a me: et aſſimilabor
deſcendentibꝫ in lacum.**

Auctor pſalmi dauid propheta. Titulus
hic eſt. Pſalmus ipſi dauid. Attribuitur eñi
dauid ſignificato. i. chriſto in conflictu paſſi
onis poſito vel iuſto in afflictõne conſtituto
ſuadenti id quod ſupra ſcʒ vt quiſq; fidelis
ſui exẽplo aduerſa toleret et nõ in ſe ſʒ in deo
confidat ſi cum eo regnare voluerit. Mate-
ria: petitio liberatõnis chriſti vel iuſti ab ini
quorum liberatõnibus. Intentio: monere fi
deles aduerſa patienter tolerare et cor ſuum
in dño ponere ſi volunt cum chriſto regnare
Sñia in generali: propheta in iſto pſalmo in
ꝑſona chriſti vel cuiuſlibet iuſti poſiti in af-
flictione mentis vel corꝑis petit deuote diui
nitus liberari et ſentiens ſe a dño exauditũ
ſtudet ei deuote regratiari. Sententia in ſpe
ciali: Chriſtus itaq; ſecundum ꝙ homo ꝓ-
ponens ſe exemplũ iuſtis humiliter ad pr̃em
ait. (Ad te) o (domine clamabo). i. ex toto et
magno deſiderio et affectu in afflictõne mea
orabo et tu (deus meus ne ſileas a me) chri-
ſto in reſurrectõe ſed reſponde mihi annuen-
do ꝛ reſuſcitando. et (nequando) id eſt nec ad
horam (taceas a me) in paſſione ſed clarifica
protegendo (et) ſi ſilueris (aſſimilabor) id eſt
ſimilis ero alijs hominibus (deſcendentibꝫ
in lacum) id eſt in miſeriam huius vite vel in

infernū. Vel (ne ſileas a me) chriſtiano quã-
tum ad exteriorem eruditõnem (ne quando
taceas a me) quantum ad interiorem inſpira
tionem (et) ſi ſilueris vel tacueris remotus a
me tunc (aſſimilabor deſcendentibꝰ in lacū)
gehenne et ꝓfunde miſerie id eſt peribo quia
dei ſilere et tacere nr̄m perire eſt. Sed

Exaudi dñe vocem deprecatõnis mee
dum oro ad te: dum extollo manus me-
as ad templum ſanctum tuum.

Exaudi domine vocem deprecatõis mee)
cordis deuote precantis. (dum). i. quia (oro
ad te) id eſt ne differas me exaudire. et (dum)
id eſt quia ego chriſtus (extollo manus me-
as) in cruce (ad) conſtruendū (templum ſan-
ctum tuum) id eſt eccleſiã. quaſi diceret. hoc
facio ad edificandum eccleſiam vt ſit tem-
plum ſanctum tuum et ad ſalutem illorum
qui fiunt templū tuum. Vel (dum) ego chri
ſtianus (extollo manus meas ad templū ſan
ctum tuum) ſcilicet ad celum. quia eſt conſue
tudo fidelium eleuatis ad celū manibus de-
precari dominum. Inde enim ſperamus au
xilium vbi notat ad eterna debere opera no-
ſtra referre nõ ad terrena deprimere. Et

Ne ſimul tradas me cum peccatoribus:
et cum operantibus iniquitatem ne per-
das me.

Ne tradas me) in mortem (ſimul cum pec
catoribus) id eſt ea intentõne et eo voto qui-
bus illi (et cum operantibus iniquitatem) ſci
licet mortem meam (ne perdas me) damnan-
do velut reū ſupplicij id eſt ne hoc modo mo
riar quo moriunt̃ operarij iniquitatis. Ora
et tu fidelis ne ſimul tradaris cum peccatori
bus ne eorum cum quibus habitas prauis
moribus corrumparis et cum operantibus
iniquitatẽ ne perdaris ne videlicet cum ini-
quis per eas quorum perſecutõnem tempo-
raliter toleras. Et non ſolū ſunt iniqui actu
ſed etiã lingua. vnde ſubditur

Qui loquūtur pacem cum ꝓximo ſuo:
mala aūt in cordibus eoꝝ.

Qui loquuntur pacem cum ꝓximo ſuo)
per carnem et per impenſam miſericordiam
ſcilicet mecum dicẽtes. Scimus quia a deo
veniſti magiſter. (mala autem) ſcilicet odij ꝓ-
ditionis et homicidij ſunt (in cordibus eo-
rum) Cogitabant enim vt ieſum dolo tene-
rent et occiderent. quaſi diceret. bona et pa-
cem ſimulant labijs ſed mala et fraudes ha-
bent in cordibus. Quam multi tales inueni
untur in eccleſia dei qui perſequuntur cor-
pus chriſti hi ſunt qui veniunt in veſtimen-
tis ouium intrinſecus autem ſunt lupi rapa
ces. Et quia ipſi tales ſunt

Da illis ſm̄ opera eorum: et ſm̄ nequi-
ciam adinuentionum ipſorum.

Da illis) ſcilicet (malis) mercedem condi-
gnam (ſcd̄m opera eorum) id eſt ſcd̄m meritū
operum ſuorum (et ſcd̄m nequiciam adinuẽ
tionum ipſorum) id eſt ſcd̄m ꝙ intenderunt
non ſcd̄m quod inde prouenit. Ac ſi diceret
non ſcd̄m vtilitatem que ex eorum operibus
proceſſit recipiant ſed ſcd̄m nequiciam quã
ſe ad vtilitatem ſuam ſtudioſe inueniſſe puta
bant. Non optat que dicit ſed quid eis immi
neat predicit vel optat iuſticiam dei in hoc
ſeruari quia hoc iuſtum eſt vt ſcd̄m modum
culpe ſit retributio pene. Sequitur ergo.

Scd̄m opera manuū eorum tribue illis
redde retributionem eorum ipſis.

Scd̄m opera manuum eorum) id eſt ſm̄
voluntatem ⁊ meritum operum ipſorum (tri
bue illis) licet quod fecerat profit ad ſalutem
alijs. per opera manuū vult deſignari excel-
lentem iniquitatem quam fecerant in mortẽ
domini (redde retributionem eorū ipſis). i.
quia mala pro bonis retribuebant mihi red
de eis vt ſicut fallaciã pro veritate mihi red-
debant ita fallacia eorum ipſos fallat. Bene
dicit retributionē quia cum chriſtus eis bo
na feciſſet ipſi ſibi mala retribuebant. Ideo
autem ſic retribue eis.

Quoniam non intellexerunt opera do-
mini et in opera manuum eius. deſtrues
illos et non edificabis eos.

Quoniam non intellexerunt) id eſt intelli
gere noluerunt (opera domini) ſcilicꝫ magis
occulta que operatus eſt per filium ſicut eſt
ꝙ eum incarnari fecit de virgine. ꝙ eum mi-
ſit pro noſtra redemptõne (et in opera manu
um eius) ſcilicet manifeſta miracula que per
filium pater faciebat. mali etiã chriſtiani ope
ra intelligere nolunt per chriſtum facta quia
ſalutem ſibi oblatam reſpuunt et contemnūt
Ideo (deſtrues illos) id eſt depones a poten
tia vt nihil mihi noceant amplius. Deinde
de ſua exauditõne gratias agit. d.

Benedictus dominus: quoniam exaudi
uit vocem deprecationis mee.

Benedictus) ſit (dominus) et gratias illi:
et cauſam gratiarum ſubdit dicens (quoniã
exaudiuit vocem deprecatõnis mee) annuen
do mihi quod deprecatus ſum tam pro mea
glorificatõne ꝙ̃ eoꝝ depoſitõne. Quotiens

exaudimur a dño debemus illum benedicere. Non eni habet homo quid retribuat domino pro tantis beneficijs niſi benedictionem et laudem. nemo autem in donis dei fit beatus ſi donanti exiſtit ingratus. Quomodo autem exauditus ſit oſtendit per hoc qđ ſubdit.

**Dñs adiutor meus et ꝓtector meus: et in ipſo ſperauit cor meũ ⁊ adiutus ſum.**

Dominus xſt (adiutor meus) in reſurrectione et ad bene operandum (et ꝓtector meus) in paſſione et ne ledar a telis perſequentium (et in ipſo ſperauit cor meũ) id eſt mens et ratio mea (et) iam (adiutus ſum) eo ꝙ vere et ſine heſitatione ſperaui. Ad hoc oĩpotens deus nos adiuuat in bono et protegit a malo vt ſpem nr̃am cõſtituamus in ipſo. Quanto autẽ fidentius in ipſo ſperamus tanto ab ipſo adiuuamur vberius. vnde fit vt per dei adiutorium ſpes in nobis generetur et deinde per ſpei meritum adiutoriũ augeatur. Et oſtendit in quo adiutus ſit. d.

**Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.**

Et refloruit caro mea) in reſurrectõne que defloruit in paſſione. Caro chriſti prius floruit in ꝯceptõne immunitate pcc̄i qꝛ immunis ab omni peccato fuit. deinde defloruit in paſſione quando morti ſuccubuit. poſtea refloruit in reſurrectõe quando immortalitatẽ ſuſcepit (et) ideo iam metu mortis cõſumpto (ex voluntate mea) libera nõ timoris neceſſitate (confitebor ei) et cõfitebuntur mei in quibus ego ſum confeſſione laudis. Sic dicat peccator confitebor peccata ex voluntate nõ expectabo infirmitatem que compellat confiteri vel finem vite. et merito confitebuntur ei quia.

**Dominus fortitudo plebis ſue: et ꝓtector ſaluationũ chriſti ſui eſt.**

Dominus xſt (fortitudo) in pugna contra diabolum (plebis ſue) ſibi deuote que in eo confidit quia non ſua ſed diuina virtute ſaluantur quos dominus de diaboli iugo eripit et ſuos facit (et) ipſe (protector ſaluationũ chriſti ſui eſt) id eſt ſaluatoꝝ a chriſto quia illos qui per chriſtum ſaluati ſunt ꝓtegit hic in lucta non permittendo eos tentari ſupra vires ne ledantur a diabolo et poſt pugnam immortalitate ꝓteget in futuro. Et quia dominus eſt fortitudo plebis ſue ergo faciendo quod tuum eſt

**Saluum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue: et rege eos et extolle illos vſqꝫ ineternum.**

Saluum fac populum tuum) ſcilicet populum chriſtianum o domine a malis ſeculi vt ꝑſeueret in accepta gratia. (et benedic) ipſi facto (hereditati tue) dando incrementũ virtutum et augendo in merito et numero (et rege eos) ſcđm mores et virtutes nec exorbitẽt et declinent ad praua (et extolle illos) a terrenis ad appetenda celeſtia et de virtute in virtutem (vſqꝫ ineternum) id eſt donec perueniant vſqꝫ ad eternitatem. Oratio

Fortitudo omniũ fortiſſime deus ſalua populum a deſcendentibus in lacum et ita nos in templo ſancto tuo vnanimiter necte vt pacem quã proximis ore ꝓferimus corde teneamus. Per dñm.

Hortatio populi fidelis et miniſtrorum eccleſie vt de bñficijs a deo ſibi collatis ſtudeant grati eſſe. ps. xxviij.

## Afferte domino filij dei: afferte domino filios arietũ.

Auctor pſalmi propheta dauid Titulus talis eſt. Pſalmus dauid prophete qui hic loquitur: habitus in cõſummatõne tabernaculi id eſt in conſideratõne conſummatõnis eccleſie. agit enim de perfectõne eccleſie de cuius ſupra adhuc agebatur edificatione que recte hic tabernaculũ dicitur quia in ea contra diabolum temꝑaliter militatur: ſed in futuro erit domus in qua habitatur. Dauid nanqꝫ fecit tabernaculum de tentorijs in quo arcam deo repoſuit quo conſummato multos ad immolandũ ibi hoſtias inuitauit in quo conſummationem eccleſie futuram prophetauit cui chriſtus dona gratie cõtulit quia ſeptẽ donis ſpiritus ſancti eam replet et poſt remunerabit. Materia: multa beneficia in eccleſia fidelibus a deo collata. Intentio: hortari fideles qui filij dei facti ſunt per adoptionem vt grati beneficijs pure et deuote ſe ipſos et ſacrificia ſua in eccleſia offerant deo conſummatori. Sententia in generali: propheta in iſto pſalmo in perſona ſua vel fidelis anime credentes generaliter oĩes et ſpecialiter eccleſie miniſtros ammonet et inducit vt domino ſacrificia deuota mente perſoluant in eccleſia et hoc propter multa beneficia fidelibus collata. Sententia in ſpeciali. Monens ergo propheta fideles afferre ſpirituales hoſtias deo ait.

Afferte dño) nō appareatis in ꝯſpectu dei vacui o (filij dei). i. vos fideles apli ⁊ eccle miniſtri: filij dei ꝑ grāz adoptōis effecti. Et ſubdit quid debeant afferre. d. (afferte dño filios arietū). i. vos ipſos mundos et puros tanꝗ̄ agnos q̄s ꝑ euangeliū genuerūt apli duces gregis dominici. Deo nos offerimus ſi deuote cor nr̄m deo prebemus. ſed neceſſe eſt vt oblatio cordis etiā in completōne ſe demonſtret actionis. vnde et ſubdit quales ſe debeant afferre. dicens

**Afferte dño gloriam et honorem: afferte domino gloriā nomini eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.**

Afferte dño gloriam et honorem). i. tales vos exhibete vt ꝑ opera verba et exempla veſtra bona glorificetur et honoretur deus vbiqꝫ apud ceteros. (afferte dño gloriaz nomini eius) id eſt aſcribite gloriā nomini eius non veſtro: querentes gloriam ſuam nō veſtram. (adorate dñm in atrio ſancto eius) id eſt in dilatato et ſanctificato corde quia et charitate eſt om̄is ſanctitas. Iure quippe gloria ⁊ honor a nobis ſibi exhibetur ꝓ tot et tantis beneficijs que in edificationē eccleſie ſubſcribuntur. primuz eſt collatio baptiſmi in quo fideles fiunt membra chriſti quod notatur cum dicitur.

**Vox dñi ſup aquas: deus maieſtatis intonuit: dñs ſup aquas multas.**

Vox dñi) ſcilicet dei patris facta eſt (ſuper aquas) iordanis in baptiſmo chriſti qꝛ (deus maieſtatis) et excelſe virtutis tunc (intonuit) dicens. hic eſt filius meus dilectus (dominus ſup aquas multas) qꝛ omnibꝫ aquis tunc data eſt virtus regeneratiua in inuocatione ſancte trinitatis. In noīe enī patris et filij et ſpiritus ſancti baptiſantur credētes. et ipſe eſt qui vbiqꝫ baptiſat. qꝛ vnus dñs vna fides vnum baptiſma. Deinde ponitur ſecūdum beneficium quod eſt catholice fidei diuulgatio ꝑ chriſti et diſcipulorū predicatōez quod notatur cum dicitur.

**Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.**

Vox dñi) id eſt predicatio chriſti et diſcipulorum facta eſt (in virtute) magna qꝛ multi fuerunt cōuerſi ad fidem per eorum efficacem predicationē. (vox dñi) facta eſt (in magnificentia) miraculoꝝ et operum. nam mortuos ſuſcitabant. cecos illuminabāt. leproſos mundabāt et alia miracula faciebāt que ſermonem cōfirmabant et etiā multos ad fidem conuertebant. Deinde ponitur tercium beneficium quod eſt humiliatio et ſubiectio principum ſub iugo fidei chriſtiane. qđ notatur cum dicitur.

**Vox domini confringētis cedros: et cōfringet dominus cedros libani.**

Vox dñi confringentis cedros). i. humilians per penitentiā et ꝯtritionem cordis ſupbos et altos. (et cōfringet dñs) ꝑ penitentiaz (cedros libani). i. magis elatos ⁊ gloriantes de ſuo candore. i. de carnis nobilitate et ſeculi felicitate. Libanus enī interp̄tatur candor Per cedrum quippe ſupbia deſignatur quia cedrus altiſſima arbor eſt. ſed in libano ſunt cedri magis procere ꝑ quas ſignificatur magnitudo principū terrenoꝝ qui confracta eorum ſuperbia humiliter colla ſua iugo fidei ſubmiſerunt.

**Et cōminuet eos tanꝗ̄ vitulū libani: et dilectus quēadmodū filius vnicorniū.**

Et cōminuet eos tanꝗ̄ vitulū libani) vbi vituli ad ſacrificia nutriebantur. i. humiliabit eos adeo vt tanꝗ̄ vitulus parati ſint pro eo mori. (et) hoc faciet (dilectus) patri ſcilicet chriſtus qui eſt (quēadmodū filius vnicornium). i. iudeoꝝ ſcđm carnem qui dicuntur vnicornes quia in vna lege ſuperbiunt. et de ſingulari iuſticia ſe erigunt. Vel nō mirum ſi illi cōminuentur (et dilectus) enim vnicus patris cōminuetur. i. humiliabitur vſqꝫ ad mortem. et hoc (quemadmodū) et ꝓ ea parte qua eſt (filius vnicorniū). i. iudeorū. i. ſcđm qꝛ eſt homo. Deinde ponitur quartū beneficium quod eſt cōdeſcenſio diuina in ꝑſecutione ſanctoꝝ quod notatur cū dicitur.

**Vox domini intercidētis flāmam ignis vox domini cōcutientis deſertum: et cōmouebit dñs deſertum cades.**

Vox dñi intercidentis) et interrumpentis (flāmam ignis) id eſt precidentis furentem iracundiam perſecutorum et comprimentis inſanum tumultum eorum et ſic ſanctis ſuis prebentis auxilium. (vox domini concutientis deſertuz) id eſt cōmouentis ad fidem gentiles qui ſicut deſertum culti non erant doctrina legis et ꝓphetarum. (et) ſimiliter (commouebit) et conuertet dñs ad fidem (deſertuz cades) id eſt iudeos qui deſeruerant ſanctuz legis mandatum ꝓpter traditōnes ſuas. Interpretatur enī cades ſanctum legis. Deinde ponitur quintum beneficium quod fuit illuminatio doctorum eccleſie. quod notatur cū dicitur.

**Uox dn̄i p̄parantis ceruos et reuelabit ꝯdenſa: et in tēplo eius oēs dicēt gloriā**

Uox dn̄i p̄parantis ceruos).i. apl'os ⁊ doctores eccleſie q̄ oīa mundana tranſiliētes et ꝯtemnētes ad nunciandū euangeliū erāt agiles quiqꝫ venenoſas linguas hereticoꝝ non timebant et eos vtriuſqꝫ teſtamēti ſcripturis tanq̄ꝫ duobꝫ cornibꝫ rep̄mebāt (et reuelabit) eis (cōdenſa).i. ſacre ſcripture obſcura et miſterioꝝ vmbracula. (et) qꝛ ita chriſtꝰ ꝑfecit eccleſiam ideo (om̄es) exiſtētes (in templo eius) ſic ꝯſummato.i. in ecc̄ia (dicēt gloriā).i. laudem dn̄i ꝓ donis que ab eo ꝑceperūt. Deinde ponit ſextū bn̄ficiū qđ eſt repreſſio multitudinis peccatoꝝ et quantū ad hoc dicit.

**Dn̄s diluuium inhabitare facit: et ſedebit dn̄s rex ineternum.**

Dn̄s diluuiū).i. hoīes in quibꝫ eſt diluuium peccatoꝝ et inundantis vanitatis (inhabitare facit) hoc templū ſcꝫ eccleſiā ꝑ grē infuſionem et collationē qꝛ etiā tales ad ſcē eccleſie cōuertit vnitatē. Uel (dn̄s facit) hoc templum ſcꝫ ſcōs ⁊ electos in ecc̄ia tanq̄ꝫ in arca ꝯſtitutos (inhabitare) ſecuros (diluuiū) huius ſeculi ſine leſione nō ſinens eos ſubmergi fluctibꝫ tentationū. (et) deinde in eo tēplo ſcꝫ in ſanctis (ſedebit dn̄s rex ineternum) regnans in eis et regens eos ſpiritaliter imꝑpetuū. Et vere reget qꝛ

**Dn̄s virtutē ꝑplo ſuo dabit: dn̄s benedicet ꝑpulo ſuo in pace.**

Dn̄s virtutē) et fortitudinē (ꝑplo ſuo) ꝯtra ꝓcellas huius ſeculi et turbines tentationū dimicanti (dabit) vt tantā poſſint habere cōſtantiam et ne ab inimicis et vicijs ſuꝑentur qꝛ non eſt pax in hoc ſeculo. (et dn̄s bn̄dicet populo ſuo in pace) nūc pectoris ꝓmouēdo eos de ꝟtute in ꝟtutē ⁊ tandē eternitatis faciendo eos poſt tēpeſtates ſcl'i huiꝰ ſecū reqeſcere feliciter in celis. Un̄ ipē ait. Pacē relinquo vobis. pacē meā do vobis. Oro

Dona dn̄e virtutem ꝑplo tuo et effice nos templū ſpūs ſancti vt tibi de corde puro holocauſtū acceptabile p̄paremus. Per. d.

Gratiaꝝ actio Chriſti ꝓ ſua liberatione et reformatōne in reſurrectōe. vel eccleſie ſeu cuiuſlibet fidelis in tentatōe et tribulatione. Ps. xxix.

**Exaltabo te domine qm̄ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuꝑ me.**

Auctor pſalmi ꝓpheta Dauid. Titulus taliſ eſt. Ps cantici in dedicatōne domus dauid. Non legitur dauid feciſſe vel dedicaſſe aliquā domū: de ſpūali ergo domo hoc accipiendū eſt. Pſalmus cātici.i. leticie et exultationis habite in dedicatōe domus dauid.i. in ꝯſideratōne dedicatōis domus chriſti et membroꝝ eius qꝛ eſt ꝓpter dedicationē q̄ facta eſt in capite qn̄ ſurrexit ⁊ futura eſt in mēbris qn̄ capiti ſuo ſociabunt. Domus chriſti eſt hūanitas. vnde domus dauid edificat qn̄ humanitas aſſumitur. ſed dedicatur qn̄ a mortuis reſuſcitatur. Sicut eni domus celebris fit in dedicatōe ſic chriſtus celebrior factus eſt in reſurrectōne aſſumpta immortalitate et impaſſibilitate. In ſuꝑiori ergo pſalmo tabernaculū vbi tpē belli habitamus cōfirmatū eſt. in iſto dedicatur domus que manebit in eterna pace. Materia: gratiaꝝ actio ꝓ liberatōne et renouatōne chriſti in reſurrectione. vel fidelis in tribulatōne et tentatōne. Intentio: inducere fideles ad dei preconiuꝫ et laudem ꝓpter eius bonitatē in his relucentem. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona chriſti grās agit de liberatōne et reformatōne ſua in reſurrectōne. vel in ꝑſona eccleſie ſeu cuiuſlibet fidelis ꝓ liberatōne a malis et ꝓmotōne in bonis. Sn̄ia in ſpeciali: chriſtus ergo ſꝫm q̄ homo grās agens deo patri ꝓ ſua dedicatōne ait. (Exaltabo te dn̄e) pater.i. altitudinē et magnitudinē tuaꝫ p̄dicando laudabo (qm̄ ſuſcepiſti me) ad immortalitatē in reſurrectōne facta in me et facienda in ecc̄ia (nec delectaſti).i. delectari vel iocundari ꝑmiſiſti (inimicos meos) ꝑſecutores ſcꝫ et demones (ſuꝑ me) vt me ſuperarent retinendo in ſepulchro. Uel in ꝑſona fidelis (Exaltabo te dn̄e) altitudinē tuā corde et ore laudando (qm̄ ſuſcepiſti me) ꝑ ꝑticipiuꝫ grē me ꝓtegendo ⁊ ſaluando (nec delectaſti).i. delectari ꝑmiſiſti (inimicos meos) viſibiles vel inuiſibiles (ſuꝑ me) vt me opprimerēt vel deciperent.

**Domine deus meus clamaui ad te: et ſanaſti me.**

Dn̄e deus meus clamaui ad te) in paſſiōe ſicut ad medicū. d. pater clarifica filiū tuum (et ſanaſti me) in reſurrectōne corpus meum mortale et egrū faciendo immortale et glorioſum. Uel dicit fidelis (dn̄e deus meus clamaui ad te) tanq̄ꝫ ad medicū aīe mee (et ſanaſti me) a peccati vulnere. Et o

**Dn̄e eduxiſti ab inferno aīam meā: ſaluaſti me a deſcendentibꝫ in lacum.**

Dñe eduxiſti ab inferno aīam meam) et re
ſtituiſti eam corpi (ſaluaſti me a deſcendenti=
bus in lacũ).i.ex manibꝫ iudeoꝝ me liberaſti
qui ſua ſponte deſcendũt in lacum inferni.
Uel dicit fidelis. (Dñe eduxiſti ab inferno
aīam meam) liberando eam vel pſeruando a
peccato cui debetur damnatio. (ſaluaſti me a
deſcendentibꝫ in lacũ) ſepando me a conſor=
tio et conformitate maloꝝ ne ſicut illi pceps
caderē in mortis ꝛ dānatōis abyſſum. Et ḡ.

**Pſallite dño ſancti eius: et confitemini memorie ſanctitatis eius.**

Pſallite dño).i.benedicite opando (ſancti
eius).i.ſaluati et facti ſancti p eius liberatōez
et certi de reſurrectōe que pceſſit in capite. (et
cōfitemini) ꝯfeſſione laudis ore et corde (me=
morie ſanctitatis eius).i.laudate eum qꝛ ipſe
cuius vos eratis obliti memor fuit veſtri vt
ſcificaret et iuſtificaret vos p fidē ꝛ grām vo
cando vos p ſuā bonitatē ad ſui nois agni=
tionē. Ideo etiā pſallite ꝛ ꝯfitemini.

**Qm̄ ira in indignatōne eius: et vita in voluntate eius.**

Qm̄ ira).i.iuſta vindicta qua genus hũa=
num p primo peccato puniuit qđ morte ſol
uitis. fuit et venit p ipm ſup vos (in indigna
tione eius).i.ex zelo iuſticie quo fuit qſi indi
gnatus. (et vita) ſcꝫ grẽ ac etiā glorie ad quā
p vos nō rediretis reſtituta eſt p ipm (in vo=
luntate eius).i.ex eius bñplacito et gratia nō
per vires vr̃as vel merita Ubi habes in deo
qđ timeas ſcꝫ iuſticiā: habes etiaꝫ qđ ſperes
ſcꝫ grām. Et p hac ira

**Ad veſperum demorabitur fletus: et ad matutinum leticia.**

Ad veſperũ).i.in veſpe huius mundi ſcꝫ
in tota vita pñti vſqꝫ ad finem ſeculi. et dura
bit. ſ. (demorabitur.i.diu morabitur (fletus)
et gemitus penitentie. qꝛ ppter pccm̄ ade oēs
cauſam et occaſionē flendi in pñti habent qñ
recordantur bona que in adam pdiderunt et
mala que incurrerũt (et) ſic (ad matutinũ) fu=
ture reſurrectōnis que in matutina chriſti re
ſurrectione prefloruit erit ipis nũc flentibus
(leticia) phennis et eterna. Hec pdicta in tri
bus verſibꝫ pt dicere chriſtus vel fidelis.

**Ego aũt dixi in habundantia mea: non mouebor ineternum.**

Ego aũt) ſcꝫ chriſtus contrarius ade qui
in paradiſo habundās oīmbꝫ bonis motus
eſt a deo ad pſuaſionē ſerpentis. (dixi).i.deli
beraui (in abundantia mea) ſcꝫ virtutũ et cō=
fidentia deitatis (nō mouebor ineternum) a
deo ſed ero obediens patri vſqꝫ ad mortem.
quaſi diceret. In alijs q̇ moti ſunt a deo de=
morabitur fletus: ſed in me nō demorabitur
qui nō ſum motus. Nec hoc ſuis viribꝫ tri=
buit ſed diuine grẽ aſcribit. vñ ſubdit

**Domine: in voluntate tua preſtitiſti decori meo virtutem.**

Domine: in voluntate tua pſtitiſti decori
meo virtutē).q.d.ꝙ immunis ſum a peccato
decorus in iuſticia. fortis in patientia. et po=
tens in faciēdo mirabilia. et hmōi nō habeo
ex merito humane nature vel ex mea ptāte ſꝫ
ex tuo beneplacito et voluntate. Nō eſt ergo
vnde debeat homo pſumere cũ audiat chri=
ſtum de ſe talia dicere ſcꝫ virtutē et decorem
a dño ſibi dari. Ex aũt virtus carnis fuerit a
te probatur ex eo ꝙ

**Auertiſti faciem tuā a me: et factus ſum conturbatus.**

Auertiſti faciem tuā a me) exponendo me
paſſioni. Uiſus eſt enī auertiſſe faciem ſuam
ab eo qñ eum in paſſione dereliquit. (et factꝰ
ſum cōturbatus) te enī auerſo ad penam nō
ad peccatũ turbatur carnis mee infirmitas.
Unde cepit pauere et tedere et ipe ait triſtis
eſt aīa mea vſqꝫ ad mortem. Hinc perpende
quantũ homo de turbatōne et caſu timere de
beat ſi deus faciē ſuam ab eo auertat et eum
deſerat. Uel fidelis recognoſcēs ppriam fra=
gilitatem dicit (Ego aũt dixi in habundan=
tia mea) et pſperitate ſpũali ſcꝫ virtutum: ela
tus ex ea (nō mouebor ineternũ) a rectitudi=
ne iuſticie et mea ſtabilitate. Sed o (Dñe in
voluntate tua) et p libitu tuo nō ex mea iuſti
cia vel merito (pſtitiſti decori meo virtutē)
qua mala ſuparem qđ ad decus mihi cōtin=
git. Qđ inde conſtat qꝛ (Auertiſti faciem tu=
am a me) ppter electōez meā ex donis gratie
tue. (et) a ſtabilitate mea motus (factus ſum
conturbatus) propter grauitatem ſequentis
caſus. Et ideo

**Ad te domine clamabo: et ad deum meũ deprecabor.**

Ad te dñe) pr̃ qui regis me (clamabo).i.in
tenſe orabo de obtinendis bonis ſcꝫ p adhi=
benda gloria īmortalitatꝫ (et ad) te (deũ meũ)
qui creaſti me (depcabor) humiliter de remo
uendis malis ſcꝫ de tollenda mortalitate car
nis. dicens

**Que vtilitas in ſanguine meo: dum deſcendo in corruptionem:**

Que vtilitas) erit (in ſanguine meo).i.in
effuſione ſanguinis mei et quid pficiet mihi

vel aliis ſanguis meus effuſus(dum deſcen
dero in corruptōẽ).i.ſi corpus meũ putreſcit
in ſepulchro.ſi tercia die nõ reſurgã.q.d.nul
lo.qꝫ nemini te annũciabo.nullũ lucrabor.
et ita peribit et ꝯfeſſio tui et annũciatio.

Nunquid ꝯfitebitur tibi puluis: aut an
nunciabit veritatem tuam?

Nunqd' ẽni(ꝯfitebit' tibi).i.erit cã ꝯfeſſio-
nis et laudis tue(puluis).i.caro redacta in
puluerẽ(aut annũciabit veritatẽ tuã)ad ſalu
tem ceteroꝝ.i.erit cã q̃re virtus tua annũciet'
quã reparatõi hũani generis pmiſiſti ⁊ ꝑ me fa
cere decreuiſti Oñdit ꝑ neceſſitatẽ ꝙ nõ ſinat
eũ deſcẽdere in corruptõẽ. Vel fidelis orans
ꝓ remiſſiõe pccõꝝ.d.(Ad te dñe clamabo et
ad deũ meũ deꝑcabor)vt dimittaſ mihi pccã
Appropinq̃ tribulato q̃ deſeruiſti ſupbientẽ
(Que)eni(vtilitas)ꝑuenit tibi(in ſanguine
meo).i.in pccõ meo.(dũ deſcẽdero in corru-
ptõẽ).i.ꝓpter ipm incurrã corꝑis ⁊ aĩe mortẽ
q.d.nulla.qꝫ nec aliquid ꝑ h̃ laudi dei a ꝑte
mei accreſcit(Nunqd' ẽni(ꝯfitebit' tibi)lau-
des vel peccata(puluis)ſcꝫ corꝑis incinerati
(aut annũciabit veritatẽ tuã)aliis.q.d.nõ. et
ideo meli' eſt vt remittas mihi culpã meã ad
tuã laudẽ ⁊ glãz.deĩn exauditũ ſe inſinuat.d.

Audiuit dñs et miſertus eſt mei: dñs fa-
ctus eſt adiutor meus.

Audiuit dñs)pr̃ me deꝑcantẽ(et miſert' ẽ
mei)ne viderẽ corruptõẽ(dñs fcũs eſt adiu-
tor meus)vt etiã glĩa imortalitatis induerer
et reſurgerẽ.vñ ſubiũgit oñdendo in q̃ ſit ad
iutus ꝯuertens ſe ad prẽm et dicens.

Conuertiſti planctum meum in gaudi-
um mihi: conſcidiſti ſaccum meũ: et cir-
cũdediſti me leticia.

Cõuertiſti planctũ meũ).i.meoꝝ(in gau-
diũ).i.planctũ paſſionis mutaſti in gaudiũ
reſurrectõis(mihi).i.ad vtilitatẽ mei ⁊ meoꝝ
h̃ ẽ de morte mea dolẽtes de reſurrectõe gau-
dere feciſti.qꝫ ꝯſcidiſti ſaccũ meũ).i.mortali
tatẽ carnis q̃ indut' erã in reſurrectõe deſtru
xiſti(et circũdediſti me leticia)qꝫ ſtola imor-
talitatis me induiſti.hoc aũt feciſti

Vt cãtet tibi glĩa mea ⁊ nõ ꝯpũgar: dñe
deus meus ineternũ cõfitebor tibi.

Vt cantet tibi)et laudet te(glĩa mea)ſcꝫ re
ſurrectõis.i.vt reſurrectio mea ſit cã q̃re lau-
deris a me et a meis(et)h̃ idẽ qꝫ ſemel paſſus
(nõ ꝯpũgar).i.nõ moriar vlteri' ſ᷑ o(dñe de'
me' ineternũ ꝯfitebor tibi).i.in ſeclã ⁊ ſine fi
ne laudabo te. Vel fidelis ꝯfitẽs diuinã cle-
mentiã dic.(Audiuit dñs et miſert' ẽ mei)qꝛ

dum ſe accuſat dñs miſeretur(dñs factus eſt
adiutor me')vt reſurgerẽ a pccõ.(Cõuerti-
ſti planctũ meũ)habitũ de pcc̃i ꝯmiſſione(in
gaudiũ mihi)de ei' remiſſiõe ⁊ ſpe venie(cõ-
ſcidiſti ſaccũ meũ).i.carnẽ ſcindi feciſti ꝑ ma
ceratõẽ(et circũdediſti me leticia).i.gaudio
interiori vt gaudẽs agã pniãz.(Vt cantet ti-
bi glĩa mea).i.ꝯſciẽtia exultet ad honorẽ tuũ
et laudet te. Gloria eni nr̃a eſt teſtimoniũ cõ
ſciẽtie nr̃e.(et nõ cõpungar)remorſu ꝯſcĩe
pcc̃i.vel nullis penis in futuro pungar.et ſic
(dñe deus me' ineternũ ꝯfitebor tibi)et lau-
dabo te qm̃ nihil mihi eſt ex me ſꝫ oĩa ex te.

Suſceptor oĩm clemẽtiſſime Oro
deus ne ꝑmittas delectari inimicos nr̃os ſu
per nos ſꝫ ita nos in virtute tua corrobora:
vt ꝯuerſo planctu nr̃o in gaudiũ ſcĩtatis tue
memoriã iugiter excolamus. Per d.

Pſalmus de liberatõe a multitudine
et magnitudine tribulationũ chriſti vel
fideliũ ac ꝯſolatõne ⁊ exaltatõe eoꝝ.

pſ.xxx.

In te domine ſpera
ui nõ confundar ineternũ: in iuſticia
tua libera me. Auctor pſalmi ꝓpha
dauid. Titul' h̃ eſt. In finẽ ꝑ extaſi pſ.dd.
Iſte eni pſ dirigẽs nos in finẽ.i.chriſtũ. eſt
dauid q̃ h̃ loquit' in ꝑſona chriſti vel ecc̃ie et
cuiuſlibꝫ fidel'.habit' ꝑ extaſi.i.agẽs de ex-
ceſſu mẽtis q̃ fit vel pauore terrenoꝝ.vel mẽ
te rapta ad ſupna ⁊ inferioꝝ oblita. Hic aũt
extaſis marie accipit' pauor ꝓpli dei de ꝑſecu-
tõne oĩm gentiũ ⁊ de defectu fidei ꝑ orbẽ ꝑ-
turbati. Hic eni hũiliatio chriſti ⁊ ſcõꝝ mar
tyrũ deſcribit' q̃ exaltatõẽ et dedicatõẽ dom'
dei q̃ ſup̃ dictũ eſt meret' qꝛ chriſtus mẽtis ex
ceſſu altitudinẽ diuini ꝯſilii ſup ſalutẽ gene
ris hũani ceteris alti' intelligẽs volebat pri
us hũiliari poſtmodũ exaltari vt ad moduꝫ
ei' ceteri prius hũilient' poſtmodũ exaltandi
Materia: multitudo ⁊ magnitudo tribulati
onũ chriſti et fideliũ ac diuine pietatis auxi
liũ. Intẽtio: inducere fideles vt in tribulatõe
de miſcõia dei cõfidant et nõ de ſe preſumãt.
Snia in generali ꝓpha in iſto pſalmo in ꝑſo
na chriſti vel cuiuſlibꝫ fidel' tribulati in ten-
tatõnibꝫ demonis vel maligni hoĩs cõſtituti
poſtulat liberari. Snia in ſpẽali: incipit er-
go in ꝑſona chriſti ad prẽz.d.(In te dñe)pr̃
(ſperaui)ſcḋm ꝙ hõ(nõ cõfundar ineternũ).i.
nunq̃ꝫ ꝯfundar dũ mihi hñti ſilitudinẽ car-
nis pcc̃i inſultat' vt hoĩ ceteris ſili(in iuſticia
tua)mihi a te collata(libera me)innocentem

de moꝛte ne in ea remaneam. Et

**Inclina ad me aurem tuam: accelera vt
eruas me.**

Inclina ad me aurē tuā) ſcꝫ miſcꝺie. i. ſub
limitas tua hūilitati mee ꝯdeſcēdat. et (acce-
lera). i. feſtina (vt eruas me) a moꝛte. i. fac me
cito reſurgere: nō differas vſqꝫ in cōem reſur
rectōꝫ ne decidat ſpes credētiū. qꝺ vt ſit.

**Eſto mihi in deū ꝓtectoꝛē et in domum
refugij: vt ſaluū me facias.**

Eſto mihi in deū ꝓtectoꝛē) ꝯtra iacula et
impedimēta inimici. i. eſto tātus ꝓtectoꝛ ⁊ de
fenſoꝛ quantū decet eſſe deū (et in domū refu
gij) vt in te ſim tutꝰ (vt ſaluū me facias) reſu-
ſcitādo. i. eſto mihi q̄ſi domus ad quā refugi
ens ſaluus fiam. non alium quero

**Qm̄ foꝛtitudo mea et refugiū meum es
tu: et pꝛopter nomē tuuꝫ deduces me et
enutries me.**

Qm̄ foꝛtitudo mea) ad tolerādas ꝑſecuti
ones (et refugiū meū) ad eas totaliter euadē-
das (es tu) nō altꝰ. (et) iōꝫ (ꝓpter nomē tuū) in
noteſcēdū ⁊ glˢficandū (deduces me) ad oēs
gentes (et enutries me). i. aggregando mihi
ſanctos et membꝛa adimplebis coꝛpus meū
nondum perfectum.

**Educes me de laqueo hoc quē abſconde
runt mihi: qm̄ tu es ꝓtectoꝛ meus.**

Educes me de laq̄o h̄ quē abſcōderūt mi
hi). i. liberabis me de moꝛte quā mihi latēter
q̄ſi neſcienti paraſſe ſe putauerūt vt fruſtrata
ſint coꝝ ꝯſilia (qm̄ tu es ꝓtectoꝛ meꝰ) q̄ ꝓte-
gente nullus p̄t laq̄us vel aduerſitas p̄uale-
re vnde iam in paſſione clamo

**In manus tuas cōmendo ſpm̄ meum:
redemiſti me dn̄e deus veritatis.**

In manꝰ tuas ꝯmendo ſpm̄ meū). i. inter
manꝰ potētie ⁊ miſcꝺie tue vt potētia ꝓtegat
miſcꝺia eruat ⁊ redimat (redemiſti me) a moꝛ
te. i. liberaſti me tanq̄ꝫ me redemiſſes (dn̄e de
us veritatis) implēs qꝺ ꝓmittis. redēpta eſt
aīa chꝛiſti ⁊ alioꝝ ꝑ ſuā ꝑfectā obedientiam.
P̄nt etiā p̄dicta accipi in ꝑſona ecc̄ie vel cu-
iuſlibet fidelis ita dicentis (In te) ſolo nō in
me o (dn̄e ſperaui) et fiduciā poſui et iōꝫ (non
ꝯfundar in eternū) et finalit̄ licꝫ foꝛte ad tp̄s.
Ideo dicit in eternū qꝛ eſt ꝯfuſio tp̄alis q̄ eſt
ſalubꝛis vt ꝯfundi de pc̄c̄o ad pn̄iaꝫ. hāc nō
foꝛmidet chꝛiſtianꝰ qꝛ ſi hāc nō habuerit ha
bebit eternā (in iuſticia tua) et nō mea q̄ nulla
eſt (libera me) ab eterna ꝯfuſiōe. qꝛ ad iuſticiā
tuā ꝑtinet ſperantes in te libarare (Inclina
ad me aurē tuā) oꝛōeꝫ meā attendendo et me
humilē exaudiendo (accelera vt eruas me) (a
malis ne deficiā in tentatōibꝫ ⁊ tribulatōibꝫ.
(Eſto mihi in deū ꝓtectoꝛē) defendendo me
ab inimicis ne me ledāt (et in domū refugij)
ſuſcipiendo me fugientē ad te a ꝑſeq̄ntibꝫ ne
me rapiāt. ita (vt ſaluū me facias) et liberū et
hic et in eternū. (Qm̄ foꝛtitudo mea) q̄ inimi
cis reſiſtā (et refugiū meū) in q̄ ſecurus ꝑma-
neam et quieſcā (es tu) nō aliꝰ (et ꝓpter nomē
tuū) gloꝛificandū nō ꝓpter meritū meū (dedu
ces me) ꝑ viā mandatoꝝ tuoꝝ ne aberrē a te.
(et enutries me) pabulo verbi tui et eucbari-
ſtie ſacramēto ne in via deficiā. (Educes me
de laq̄o hoc quē abſconderūt mihi). i. de inſi
dijs q̄s occulte tendūt mihi diabolus et ſui
(qm̄ tu es ꝓtectoꝛ meus) et nō p̄t illaqueari q̄
talē habet ꝓtectoꝛē. Et iō. (In manus tuas)
ſcꝫ potētie et miſcꝺie (cōmendo ſpm̄ meū) vt
eo egrediēte de coꝛꝑe cito ſuſcipias ipm̄. hoc
exemplū accepit ecc̄ia a chꝛiſto. h̄ et ſc̄i oꝛant
qn̄ exeūt de coꝛꝑe. hāc vocē debet quilibet fi-
delis emittere. (redemiſti me dn̄e) moꝛte ⁊ ſan
guine tuo ſicut ꝓmiſiſti. (deus veritatis) nō
fallēs in ꝓmiſſis. Et qꝛ es deus veritatis

**Odiſti obſeruātes vanitates: ſuꝑuacue**

Odiſti) et repꝛobaſti (obſeruātes) et aman
tes (vanitates) mūdi ⁊ ſperātes in falſa btitu
dine huius ſeculi ſcꝫ in diuitijs. vel delitijs.
vel in honoꝛe. vel in ſublimitate. vel in ami-
cis carnalibꝫ que oīa vana ſunt qꝛ aut deſe-
runt aut deſerunt̄. et ſic terrenis inherentes
vt celeſtiū obliuiſcant̄. et hoc (ſuꝑuacue) id ē
inaniter et infructuoſe. Non tm̄ vacue ſꝫ ſu-
peruacue hec obſeruant̄ qꝛ nō tm̄ ipa deſtru
untur ſꝫ etiā vita hoīs ꝓpter quā petunt̄.

**Ego aūt in dn̄o ſperaui: exultabo et leta-
boꝛ in miſericoꝛdia tua.**

Ego aūt in dn̄o) qui nō eſt vanitas ſꝫ veri
tas ⁊ vita (ſperaui) et ꝯfidentiam poſui: nō in
me vl̄ in vanitate. et ideo (exultabo) foris coꝛ
poꝛe (et letaboꝛ) intus ſpū nō in mea iuſticia:
ſꝫ (in miſcꝺia tua) me liberante ab anguſtia q̄
mihi vt in te ſperarē donauit et me nō fallit.
Et merito exultabo et letaboꝛ

**Qm̄ reſpexiſti humilitatē meā: ſaluaſti
de neceſſitatibꝫ aīam meam:**

Qm̄ reſpexiſti) oculo miſcꝺie (hūilitatem
meā). i. miſertus es mee fragilitatis ⁊ afflicti-
onis ſcꝫ ꝓuidendo mihi de remedio ne a ꝑſe-
quentibꝫ ſuꝑarer. reſpiciendo aūt hūilitatem
meā (ſalua de neceſſitatibꝫ aīaꝫ meā). i. de ma
lis ꝯſuetudinibꝫ et coꝛꝑalibꝫ miſerijs q̄s in

hac vita patitur anima ex infirmitate carnis vt me non opprimerent.

Nec cōcluſiſti me in manibꝰ inimici: ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes meos.

Nec ꝯcluſiſti me).i.concludi ꝑmiſiſti(in manibꝰ inimici) viſibilis vel inuiſibilis vt mihi finaliter dn̄aretur et nō reſpirarē in libertatē(ſtatuiſti).i.firmiter collocaſti(in loco ſpacioſo)ſcꝫ charitatis(pedes meos).i.affectōes meas:me de anguſtijs timoris in libertatē ⁊ viā latā charitatis deducendo. P̄dicta pn̄t dici ex ꝑſona chriſti ⁊ mēbroꝝ. Sꝫ quia caro eſt infirma ⁊ vrgēt mala ſubdit ex ipoꝝ memboꝝ ꝑſona.

Miſerere mei dn̄e q̄m tribulor: cōturbatus eſt in ira oculus meus: anima mea et venter meus.

Miſerere mei dn̄e)et neceſſe eſt(q̄m tribulor)pondere maloꝝ pn̄tiū et timore futuroꝝ imminentiū adeo ꝙ(cōturbatus eſt in ira).i.ꝓpter irā ⁊ furorē ꝑſequentiū ſcꝫ demonis vel maligni hoīs ꝯtra me excitata (oculus meꝰ) interior ſcꝫ rōis(aīa mea).i.affectus ſenſualitatis(et vēter meus).i.naturalis appetitꝰ carnis. Et hinc eſt tribulatio et metus

Q̄m defecit in dolore vita mea: et anni mei in gemitibus.

Q̄m defecit).i.ad defectōeꝫ appropinquit(in dolore).i.ex doloribus et anguſtijs(vita mea)tꝑalis(et ān̄i mei).i.tp̄a q̄ h̄ diutiꝰ ago ſunt(in gemitibꝰ)nō in clarisvocibꝰ ꝓpter tribulatōis pondꝰ. Totū eni ſpaciū pn̄tis vite ſcis dolor eſt ⁊ gemitꝰ ⁊ multas cās doloris et gemitus habet vita iſta mortalis. Et

Infirmata eſt in pauꝑtate virtus mea: et oſſa mea cōturbata ſunt.

Infirmata).i.debilitata(eſt in pauꝑtate) id ē in ꝯſideratōe mee pauꝑtatis ⁊ defectꝰ bonorū(v̄tus mea)ſcꝫ animi.i. vigor ⁊ ꝯfidētia et(oſſa mea ꝯturbata ſunt).i.firmitas ⁊ fortitudo corꝑis mei debilitata eſt. Per h̄ oñdit ꝙ nec in aīa nec in corꝑe vlla p̄t eſſe hoīs p̄ſumptio qꝛ hūana fragilitas nihil boni hꝫ ex ſe. Deinde p̄t eſſe vox chriſti et fidelis

Sup oēs inimicos meos fc̄us ſum obprobrium vicinis meis valde:et timor notis meis.

Sup oēs inimicos meos).i.plusq̄ꝫ inimici mei q̄ ſunt oēs iniq̄(factꝰ ſum obprobriuꝫ vicinis meis valde)q̄ iam fidei mee ꝓximi et credere volētes deterriti ſunt.i.maiori obprobrio habitꝰ ſum q̄ꝫ illi q̄ ꝓ ſceleribꝰ ſuis erāt digni obprobrio et tormento eorūq̄ꝫ obprobriū ſupo(et timor notis meis)et familiaribꝰ q̄bꝰ timorē incuſſi exēplo horribilis tribulatōnis mee ne malū eueniret eis ꝓpter me.

Qui videbāt me foras fugerūt a me:obliuioni datus ſum tanq̄ꝫ mortuꝰ a corde

Qui videbāt me foras)patientē nō intelligētes interiorē ſpē meā patior(fugerūt a me) et me reliquerūt ne ex mea ſocietate pati haberent(obliuioni datus ſum)ab illis.(tanq̄ꝫ mortuus)ſim(a corde)ipoꝝ.q.d.excidi a corde et mēte ſeu recordatōe eoꝝ ſicut mortuus excidit a corde ꝑ obliuionē: cuiꝰ memoria cū corꝑe ſepelitur. vnde ꝓuerbialiter dicitur:ꝙ mortuus nō habet amicum. Et

Factꝰ ſum tāq̄ꝫ vas ꝑditū:q̄m audiui vituꝑatōꝫ multoꝝ ꝯmorātiū in circūitu.

Factꝰ ſum).i.reputatꝰ a malis(tanq̄ꝫ vas ꝑditū)et ꝯfractū vel deſtructū qđ nulli vtilitati vel vſui eſt aptū.i.viſus ſum ꝑiſſe et putabar abijciēdus tanq̄ꝫ inutilis nullū dn̄o faciens lucrū vel fractū. H̄ aūt iđ dico(q̄m audiui)et tn̄ tacui(vituꝑatōꝫ multoꝝ ꝯmorantiū in circūitu)et circūquaq̄ꝫ q̄ mihi miſeriaꝫ meā obijciūt in obprobriū et me vituꝑant ſicut canes mordent canē ꝑcuſſum.

In eo dum ꝯuenirēt ſil' aduerſum me: accipe aīam meam ꝯſiliati ſunt.

In eo)ſcꝫ ꝯuētu(dū ꝯuenirēt ſil' aduerſuꝫ me)oēs nō pauci vt me expugnarent(accipe aīam meam).i.facere vt eis ꝯſentiret(ꝯſiliati ſunt)et cogitauerūt.q.d.in illo ꝯuentu nihil aliud ꝯſiliati ſunt niſi vt aīaꝫ meā ꝑderēt. H̄ v̄ba nos docēt ꝯtemptū mūdi ⁊ mortis hūilitatē et patientiā et vt in deo habeamꝰ ſpem nr̄am. vnde et ſubditur

Ego aūt in te ſperaui dn̄e: dixi deus meus es tu:in manibꝰ tuis ſortes mee.

Ego aūt)inter h̄ obprobria(in te ſperaui dn̄e)nō de me p̄ſumpſi vl' q̄cūq̄ꝫ hoīe. Nihil ſalubrius nihil ſecurius q̄ꝫ ſperare in deo qꝛ in hoc nemo fallit:ſpes aūt in alijs ſepe fruſtrat: et(dixi dn̄o)verbo oris ⁊ cordis(deus meꝰ).i.ſaluator meꝰ qꝛ ſaluū me facies(es tu) nō aliꝰ(in manibꝰ tuis).i.in p̄tāte ⁊ diſpoſitione tua ſunt(ſortes mee).i.gratuita mea electio vel tp̄a mea.i.decurſus vite mee. Et iđ

Eripe me de manu inimicoꝝ meoꝝ: et a ꝑſequentibꝰ me.

Eripe me de manu).i.de p̄tāte(inimicoꝝ meoꝝ)viſibiliū ⁊ inuiſibiliū q̄ me odiūt(et a ꝑſeq̄ntibꝰ me)viſibilit' ⁊ inuiſibiliter q̄ mihi mala inferunt ne mihi preualeant et de meo

interitu gaudeāt qꝛ totū me in te cōieci. Maxime illi ꝑſecutōes ⁊ obꝓbriū chriſto ⁊ ec‑
cleſie inferūt q̄ cum chriſtiani ſint bn̄ viuere
nolūt. Inter quos q̄ſi gemēs ait

**Illuſtra faciē tuā ſup ſeruū tuū: ſaluū me fac in miſcōia tua: dn̄e nō confundar qm̄ inuocaui te.**

Illuſtra faciē tuā ſup ſeruū tuū). i. manifeſtam fac beniuolentiā tuā ſup me tua gr̄a me ꝯſolando ⁊ ſaluādo vt notū fiat mihi ⁊ alijs ꝙ facies tua ſup me intēdat et ꝙ mihi ſis placatus. (ſaluū me fac ī miſcōia tua) nō in meis meritis vl' iuſticia (dn̄e nō ꝯfundar) et erubeſcā vnq̄ȝ fruſtrata ſpe mea (qm̄ inocaui te) nō aliū. i. intra me vocaui deuote orando recte viuēdo. Sȝ ex oppoſito potius

**Erubeſcant impij et deducant' in infernum: muta fiant labia doloſa.**

Erubeſcāt) et ꝯfundant' (impij) ſcȝ infideles ⁊ falſi chriſtiani q̄ idola inuocāt ⁊ vanitates obſeruāt qđ tūc erit qn̄ a dn̄o audient neſcio vos: et ite maledicti in ignē eternū. (et deducant' in infernū) tanq̄ȝ ad locū ſibi deputatū. et tūc (muta fiāt) a laude dei ab excuſatione ſui ab accuſatōe alioꝝ (labia doloſa) ſcȝ maligna ⁊ falſum fingētia q̄ hic garrula ſunt dum iudiciū nō timent.

**Que loquūtur aduerſus iuſtū iniquitatem: in ſupbia et in abuſione.**

Que) ſcȝ labia (loquunt') nūc (iniquitatem aduerſus iuſtū) ſcȝ cōtra chriſtū et ſuos. et hoc (in ſupbia) ſcȝ cordis (et in abuſiōe) ſcȝ opis. id ē ꝑuerſo vſu bn̄ficioꝝ dei nō exiſtentes de eis grati. ꝓter vſum enī q̄ ſolēt hoīes eſſe grati de bn̄ficijs ipi fecerūt. Quotidie modo clamāt et garriūt mali ꝯtra chriſtū ⁊ ſuos ſȝ tūc efficient' muti qn̄ ſcōꝝ apparebit gloria ⁊ eis iminebūt tormēta. Quo ꝯtra de ſcōꝝ felicitate admirās ꝓpħa vl' q̄libet fidel' exclamat. d.

**Q̄ magna multitudo dulcedinis tue domine: quā abſcōdiſti timentib; te.**

Quam magna). i. valde magna eſt (multitudo dulcedinis tue dn̄e) q̄ tantā btītudineȝ et gloriā ſcīs tuis ꝓparaſti ꝙ nec dici pt̄ nec cogitari (quā abſcōdiſti). i. occultaſti nūc ad tp̄s (timētib; te) vt ardētius deſiderēt et ne accepta ſecuritate a via iuſticie excedāt. vel (abſcōdiſti). i. ſeruaſti in futura btītudine (timētibus te) vt ſolis illis reddas tp̄e oportuno. hāc aūt dulcedinē incipit deus dare fidelib; in hac vita in ſpe ſed ꝑficit in alia exhibendo in ſpecie. vnde ſubditur

**Perfeciſti eis qui ſperant in te: in cōſpectu filiorum hominum.**

Perfeciſti). i. ꝑfectā feciſti et ꝑficies nō ſubtrahēs hāc btītudinē qꝛ ꝯſummata ſpe retribues ſperata in ſpecie (eis q̄) in hoc ſclo nō tm̄ timēt ſȝ et (ſperāt in te) et vſq; in finē expectāt (in ꝯſpectu filioꝝ hoīm). i. q̄ ita ſperāt vt in ꝯſpectu hoīm de ſua ſpe ⁊ fide nō erubeſcāt: ſȝ corā hoīb; ꝯfitent'. obꝓbriaq; et afflictiones ꝯſtāter ſuſtinētes ⁊ nec ore nec factis chriſtum negantes oſtendūt ſe ſperare in dn̄o.

**Abſcondes eos in abſcōdito faciei tue: a conturbatōne hominum.**

Abſcondes eos) ne videant' ab impijs (in abſcōdito faciei tue). i. in ſecreto noticie tue et ꝯtemplatōis diuine ſeu facialis viſionis tue impijs abſcōdite ſcȝ vt te videāt ꝑ ſpeciē quimodo lates (a ꝯturbatōe hoīm) dū mali turbabunt' dānati vel vt nulla hūana malicia eos iam valeat ꝯturbare. In pn̄ti etiā tribulati et obꝓbrijs hoīm vexati mēte intrātes ad vultū dei et in amore eius q̄ſcētes a ꝯturbatōe recreant'. In futuro ergo abſcondes et hic interim dum ꝑegrinantur

**Proteges eos in tabernaculo tuo: a cōtradictione linguarum.**

Proteges eos) ne noceant' (in tabernaculo tuo) ſcȝ in pn̄ti eccl̄ia in q̄ tibi militāt (a contradictōe) et ſtrepitu (linguaꝝ) malarum ſcȝ ſciſmatū ⁊ hereſuȝ q̄ ꝯtradicūt doctrine chriſtiane ne tales lingue ꝯtradicētes veritati valeāt eos ſibi incorꝑare Ideo ad tabernaculū dei tu curre. eccl̄iaȝ catholicā tene. a regula veritatis noli diſcedere. Deinde plenitudinem beneficioꝝ in laudē concludit et ꝓ tantis beneficijs deum laudat. d.

**Bn̄dictus dn̄s: qm̄ mirificauit miſericordiam ſuā mihi in ciuitate munita.**

Bn̄dictus) ſit (dn̄s). i. laudatus (qm̄ mirificauit). i. mirificā ⁊ mirabilē fecit ⁊ oñdit (miſericordiā ſuā mihi). inter aduerſitates ⁊ ꝑſecutōnes acerrimas me ꝓtegendo (in ciuitate munita) ſcȝ in eccl̄ia munimēto fidei ſolidata et ꝯtra oēm impugnatōȝ aduerſarioꝝ vndiq; ꝑ fidē munita. Que dicit' ciuitas qꝛ multi ſub vna lege diuina ꝯiūgunt' et munita ꝓpter virtutes multas et diuerſa dona ſancti ſpiritus quib; muniuntur.

**Ego aūt dixi in exceſſu mentis mee: ꝓiectus ſum a facie oculorum tuoꝝ.**

Ego aūt) nihilominꝰ tribulatōes ⁊ miſerias hn̄s (dixi in exceſſu) vel extaſi (mētis mee) id ē in pauore meo. q̄ pauor dicit' exceſſus qꝛ a rōne exceſſit timēdo. Exceſſus enī mentis

dicitur ſiue qñ homo ad ꝯtemplatõz et reuelationem diuinorũ rapitur: ſiue qñ aliquis pre triſticia et pauore ſe ipm excedit nec apud ſe remanet. (ꝓiectus ſum a facie oculoꝝ tuorum). i. derelictus ſum a te. Si eni me reſpiceres nõ ita pati ſineres: ſi in facie tua eſſem nõ ita timerem. Et qꝛ trepidans clamaui.

**Ideo exaudiſti vocem orationis mee: dum clamarem ad te.**

Ideo exaudiſti vocẽ orõis mee) tribulatõz mitigando et ꝯſolationẽ maximã ꝓ tribulatione modica reddendo. et hoc feciſti indilate ſcʒ (dum clamarẽ ad te) toto cordis affectu te inuocando. Clamor ad deũ nõ eſt voce ſʒ corde. multi ſilentes labijs corde clamauerunt: multi ore ſtrepentes corde auerſo nihil impetrare potuerũt. Si ergo clamas clama intus vbi audit deus. ꝑ his ꝙ ꝓdictis.

**Diligite dñm oĩes ſancti eius: qm̃ veritatem requiret dñs: et retribuet habũdanter facientibꝫ ſuꝑbiam.**

Diligite dñm) auctorẽ tanti bñficij o vos (oẽs ſancti eius) quoꝝ eſt diligere deum nõ mundũ neqꝫ ea que in mundo ſunt. q. d. in tanta ſpe poſiti ſeruite dño in dilectõne ita ꝙ nõ recedatis ab eius amore poſiti in tribulatione (qm̃ veritatẽ requiret) in futuro (dñs) verax. diligentes ſe ꝓ penis et laboribꝫ remunerando (et retribuet) ſcʒ debitã penã (habundanter) nõ modice (facientibꝫ ſuꝑbiã) ſcʒ eũ ꝯtemnentes et cõtra iuſſa eius facientes debite puniendo. Interim ergo

**Viriliter agite et confortetur cor veſtrũ omnes qui ſperatis in dño.**

Viriliter agite) in bonis inceptis ꝓficiendo et ꝑſeuerando ne ſit ocioſa dilectio ſʒ indeſinenter et ſine defectu bonũ oꝑetur. (et) ſi grauia occurrant (cõfortetur cor vr̃m) ſcʒ tribulatõnes ſufferendo aduerſarijs malis reſiſtendo et mortem nõ timendo. q. d. ſi in corꝑe eſt infirmitas vel laſſitudo: ſit in corde ad tolleranda mala mundi: patiẽtie fortitudo. Vel (Viriliter agite) in ꝓſperitate que diſſoluit. (et cõfortetur cor vr̃m) in aduerſitate que affligit (oẽs qui ſperatis in dño) brauiũ eterne remuneratõis expectãtes ab eo. Orõ

Immenſam multitudinẽ dulcedinis tue piiſſime dñe ſuppliciter exoramus vt dum veritatem tuã requirimus tumorẽ execrabilem ſuꝑbie conteramus. Per. d.

**Pſalmus pñialis vbi ꝓpheta oſtendit hoiem non meritis ꝓprijs ſed gratia dei poſſe ſaluari ſi admiſſa nõ neglexerit confiteri.**



**BEati quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates: et quoruʒ tecta ſunt peccata.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus talis eſt. Intellectus dauid. i. penitentis qꝛ hic dicitur quid intelligere debeas ſi vere penites. ſcilicʒ vt te peccatorẽ eſſe intelligas et nõ poſſe ſaluari aliquẽ niſi ꝑ peccatoꝝ remiſſionem quã ꝓcedere oportet humilẽ ꝯfeſſionem et ſi ceperis facere bonũ nõ tibi ſed gr̃e dei deputandũ. Materia: peccatoꝝ recognitio et accuſatio. Intentio: monere hoĩes ad ꝯfeſſionem et pñiam. Sñia in generali: ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona vere penitentis primo gr̃as agit deo de peccati dimiſſione: ꝯſequẽter agit de peccati recognitõe ac cõfeſſione ac pñia ſeu ſatiſfactõne. Quia eni ſupra narrauit de infelicitate et miſeria impioꝝ ac de felicitate ⁊ gloria iuſtoꝝ qꝛ vtrisqꝫ retribuet dñs ſꝫm oꝑa coꝝ. ideo nunc monet vt peccatores nos agnoſcamus et pñiam agamus q̃tenus felices et beati eſſe poſſimus. Sñia in ſpeciali. Grãm itaqꝫ ꝓpheta cõmendans initiũ boni ꝑ indulgentiaʒ dei oſtendit eſſe. d. (Beati) ſcʒ ſunt illi in ſpe et gr̃a ſed beatificandi in re et gloria (quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates) per lauacrũ regeneratõis ſcʒ ꝑ baptiſmũ (et quorum tecta) et cooꝑta (ſunt) ꝑ pñiam et emendationem (peccata) que poſt baptiſmũ cõmiſerunt ne in iudicio reuelent̃. Vel (Beati q̃ꝝ remiſſe ſunt iniquitates) quantũ ad culpam. (et quoꝝ tecta) et abſcõdita (ſunt pcc̃a) ſcʒ ipi deo quantũ ad penã eternam vt nõ videat ea deus ad puniendũ vlterius. Videre eni dei peccata eſt punire ea.

**Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatum: nec eſt in ſpũ eius dolus.**

Btũs vir) ſtrenuus et ideo vnus qꝛ rarus (cui nõ imputauit dñs pcc̃m). i. quẽ reũ peccati nõ iudicat qꝛ animi virtute fultus ſe ab om̃i pcc̃o criminali cuſtodiuit (nec eſt in ſpũ eius dolus) dũ in hoc ſe nõ iuſtificat ſʒ peccatorem ꝯfitetur et ſe ipm accuſat. Vel (Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatuʒ) ſiue ad culpã ſiue ad penaʒ. qꝛ (nec eſt in ſpũ eius dolus) vere eni penitet mente et ſe accuſat ore et corde tenet qđ ore fatetur. Vel (Btĩ q̃ꝝ remiſſe ſunt iniq̃tates) ꝑ cordis ꝯtritõeʒ (et q̃ꝝ tecta ſunt pcc̃a) ꝑ oris ꝯfeſſionẽ (Beatus vir cui nõ ĩputauit dñs pcc̃m) ꝑ oꝑis ſatiſfactõz (nec eſt in ſpiritu eius dolus). i. nihil doloſe aut fraudulenter agit vel in ꝯterendo vel in

confitendo vel in ſatiſfaciendo. Sed

**Qm̄ tacui inueterauerūt oſſa mea: dum clamarem tota die.**

Qm̄) olim (tacui) ꝯfeſſionē peccati: ſcelus meū abſcondendo (inueterauerūt oſſa mea) id eſt ꝯſumpte ſunt virtutes aīe mee qm̄ qui malū qđ geſſit nō aperit eas etiā quas habet virtutes ꝑdit. vn̄ tota virtus mea et interior fortitudo defecit et mole viciorū grauata in vetuſtate ſua remanſit q𝑧 ꝯfitendo nō amaui nouitatē. (dum clamarē tota die). i. continue pcc̄m defendendo: aut de iuſticia et meritis me iactando: vel ex anxietatate ꝛ timore diuine vindicte ꝛ punitōis ad dn̄m orando. Et q𝑧 tacuit vindicantē dn̄i manū ſenſit. d.

**Qm̄ die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in erumna mea dum configitur ſpina.**

Qm̄ die ac nocte). i. aſſidue (grauata eſt ſuꝑ me manus tua). i. ptās vindicte: vltrix ſuꝑbie tribulatōes mihi immittendo ad hūiliandum me ſuꝑbu𝑧. Quia ꝯfeſſione pcc̄i noluit hūiliari humiliatus eſt pondere manus dei. Et ideo ſubdit (cōuerſus ſum in erūna mea). i. in ꝯſideratōne mee miſerie q𝑧 in aſſidua tribulatōe flagellorū tuorū cognoui me miſerum. (dum ꝯfigitur ſpina) mihi. ſc𝑧 aculeus ꝛ ſtimulus ꝯſcientie peccatricis. i. dum ꝯpuncta eſt ꝯſcientia. Stultus in culpa redditur ſapiens in pena. vn̄ ꝓtinus ait

**Delictū meum cognitū tibi feci: et iniuſticiam meam nō abſcondi.**

Delictū meum) ſc𝑧 ꝙ facienda dimiſi (cognitum tibi feci) ꝑ veram ꝯfeſſionē (et iniuſticiam meā) ſc𝑧 ꝙ nō facienda feci (nō abſcondi) a te. i. nō operui ſ𝑧 apui vt tu operires detexi vt tu tegeres. Peccatū quide𝑧 abſcondit oīno tacendo in ꝑte excuſando. verbis falſatis tegendo. Ut aūt dicit Iſidorus. Seruo dei tanta debet eſſe peccati recordatio vt ea q̄ geſſit ſemꝑ lachrymans ꝯfiteatur. Pia itaq𝑧 dn̄i diſpenſatōe factū eſt vt qđ pena peccati extitit hoc ip̄m virtutis occaſio fuerit. Unde et ſubiungit

**Dixi ꝯfitebor aduerſu𝑧 me iniuſticiā meam dn̄o: et tu remiſiſti īpietatē pcc̄i mei**

Dixi) enī prius in corde vbi deus videt. i. deliberaui apud me ꝛ firmiter ꝓpoſui hoc ſc𝑧 ꝙ ego (confitebor) ſimul corde et ore (aduerſum me). i. nō deo. nō diabolo. nō nature. nō fato. nō fortune ſed mihi aſcribendo et in me referendo. meq𝑧 ip̄m et nō alium accuſando. (iniuſticiā meā dn̄o). i. ad honorē dn̄i coram eius vicario. (et tu remiſiſti) abſq𝑧 mora ꝑ grām tuam (impietatē peccati mei) quantu𝑧 ad culpam. Cum agimus malū pcc̄m quidē eſt: cum aūt idip̄m deo abſcondere volumus iam nō ſolum peccatū eſt ſ𝑧 etiā impietas peccati. vnde nō ſolū ei deus quod male geſſit ſ𝑧 etiā quod impie abſconderat dimiſit. Et vide q̄𝑧 velox ſit dei miſcđia erga peccatorē: nō dum cōfitetur vt audiat homo ſ𝑧 ꝯfiteri ꝓmittit qđ audit deus et votū ꝓ ꝯfeſſione reputans dimittit. Magna pietas vt ad ſola𝑧 ꝓmiſſionē dimiſerit. votū enī ꝓ opatōne iudicatur. Poſtea tn̄ ſi fieri pt facienda eſt miniſtris eccleſie ꝯfeſſio alioquin nō ꝓdeſſet cōtritio: quia niſi ꝯfiteretur ex ſua inobedientia damnaretur.

**Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tempore oportuno.**

Pro hac) ſc𝑧 remiſſione facienda. Uel (pro hac) impietate remittenda (orabit ad te) o deus (om̄is ſanctus) q𝑧 nullus eſt ſine peccato etiā ſanctus (in tp̄e oportuno). i. in hac vita in qua licet conuerti. Tempus oportunū eſt tp̄s merendi ſc𝑧 tp̄s grē quod eſt totū tēpus pn̄s quo ſemꝑ eſt orandū. Inter tp̄a merendi eſt optimū ꝛ precipuū tp̄s ſanitatis. Sed tempus ꝑdimus tripliciter. vel violentis et importunis negocijs. vel voluptuoſis opibus. vel deſidioſis negligentijs. ꝑ iſta eripiuntur nobis tempora. Et licet ſit modo tempus oportunum

**Uerūtamen in diluuio aquarū multarū: ad eum nō approximabunt.**

Uerūtamen) o illi qui ſunt (in diluuio aq̄rum multarū). i. in ꝯcupiſcētijs carnalib𝑧 (ad eum) ſc𝑧 deū (nō approximabūt) ſaluandi ſc𝑧 ſed elongabūt. Uel (Uerūtn̄) ſi ſic fecerit orā do (in diluuio) et inundatōne aquarū multarum) et tentationū vehementiū ſuꝑuenientium. i. licet habūdauerint tentatōes tanq̄𝑧 inundatōnes aquarū multarū ip̄e tn̄ tentatōes (ad eum) ſc𝑧 ſanctū ſic orantē (nō approximabunt) vt eum ſuꝑent et in pcc̄m recidiuare faciant quia conuertet ſe ad dn̄m et orabit. d. Quia peccata remiſiſti in hoc diluuio quod vndiq𝑧 perſtrepit

**Tu es refugium meū a tribulatōe que circundedit me: exultatio mea erue me a circūdantibus me.**

Tu) ſolus (es refugiū meū) nō; mea vis vł alius dn̄s (a tribulatōe) huius ſeculi vel tentatōne viciorū et diaboli (que circūdedit me) et impugnat in iſto diluuio ex omni parte

volēs me ſubuertere. qꝛ a dextris ſunt ꝓſpa:
a ſiniſtris aduerſa. añ vana glia. retro delecta
bilis pccoꝝ memoria. ſup̄ diabolꝰ: infra car
nis tyrannus. extra mūdus: intra cogitatio-
nū tumultꝰ. et tu es (exultatio mea) qꝛ de te et
in te gaudeo. et ſi gemo adhuc in re: gaudeo
tamē in ſpe. ⁊ ideo (erue me) quia adhuc ſum
in malis. (a circundantibus me) ſcilicet ini-
micis et vicijs mihi inſidiantibꝫ. Et reſpon
det dñs penitenti

Intellcm̄ tibi dabo ⁊ inſtruā te: ī via hac
q̄ gradieris firmabo ſup te oclos meos.

Intellectū tibi dabo) vt ſp te cognoſcas et
ſp ad deū in ſpe gaudeas (et inſtruā te) armis
iuſticie. ſciētia. bonis moribꝫ ⁊ ỽtutibꝫ ad ꝓ-
ſeq̄ndum bonū et fugiendū malū ne aberres
(in via hac) ſcꝫ virtutū (q̄ gradieris) et ambu
labis (firmabo ſup te oclos meos) ꝓfectū tu
um p viā virtutū miſcōiter attēdendo et te in
eodē itinere ne qs tibi noceat et vſq; in finez
pſeueres diligēter cuſtodiēdo. Accepto ḡ in-
tellectu conuertit ſe penitēs ad alios. dicens.
quia dñs mihi ita fecit ergo o vos conſortes
mei quos inuito

Nolite fieri ſicut equus et mulus: quibꝫ
non eſt intellectus.

Nolite fieri ſicut equꝰ et mulus (ſequētes
ſenſitiuū ⁊ beſtialē appetitū (q̄bꝫ nō eſt intelle-
ctus) et rō ad hmōi appetitū refrenādū. Equꝰ
ſupbos ſignificat ⁊ lubricos carnis volupta
tibꝫ ſeruiētes. Mulus pigros et infecūdos
nullū aīe fructū faciētes q̄ duz ſolis terrenis
inherēt intellectū de celeſtibꝫ nō hñt. vel qꝛ ſi
ne diſcretōe equus ſeſſorē et mulus onꝰ acci-
pit et ita neutri eſt intellcūs: vel illi ſeſſoris vl
huic oneris ꝓhibet hoīes a diabolo inſideri
et vicijs onerari. Deiñ ꝯuertit ſe penitēs ad
deū. d. Ex ſi nolūt acquieſcere o deus fac eis
quod feciſti mihi ſcꝫ

In chamo et freno maxillas eoꝝ con-
ſtringe: qui nō approximāt ad te.

In chamo et freno). i. in maiori et minori
tribulatōe (maxillas eoꝝ). i. ora iactātia ⁊ ſu-
perba eoꝝ q̄ ſe de ſuis viribꝫ et meritis iactāt
et pcca tacēt (cōſtringe). i. coarta et repme. (q̄
nō approximāt ad te) hūiliando ſe ſꝫ p ſupbi
am elongant a te. i. eos q̄ erecta ceruice ſunt
ſicut equus ⁊ mulus indomitus et nolūt tibi
obedire penis et laboribꝫ affige ita ꝙ pena
et vexatōe dante eis intellectū obediāt tibi ad
nutū ſicut aīalia donec viā teneāt frena pati
untur et flagella. Nec mirū ſi adhibito talibꝫ
freno flagella etiā adhibentur. quia

Multa flagella peccatoris: ſperantē autē
in dño miſericordia circundabit.

Multa) etiā cum freno ſunt (flagella pec-
catoris) quibꝫ a deo flagellant: ſiue in pñti ſi
ue in futuro ideoq; ceſſa a pcco. Poſt frenuz
adduntur flagella ad domandū hic: cui indo
mito et hic qñz vaga datur licētia et in futu-
ro multa flagella. (ſperantes aūt in dño) ſpe
certa et debita et agentē de pccis pniam (miſe
ricordia circūdabit) vndiq; eū ꝓtegendo ne
ſit locus hoſti. Nūc primo circūdat tribula-
tio poſtea circūdat miſcōia qm̄ miſcōiam da
bit qui ꝓpter peccata nr̄a iuſte tribulari nos
voluit. Ideo admonendo ſubiūgit. ḡ

Letamini in dño et exultate iuſti: et glo-
riamini omnes recti corde.

Letamini) interius corde (in dño) non in
vobis nō in mundo (et exultate) exterius in
corpe nō mundi amatores nō pccores: ſꝫ (iu-
ſti) non meritis vr̄is ſed gr̄a dei iuſtificati (et
gloriamini) etiā in tribulatōibꝫ et gloria ſeu
teſtimonio bone ꝯſciētie. (oēs recti corde) ha
bentes voluntatē ꝯformē et ſubditā volūta-
ti diuine. Recti corde ſunt: quibꝫ oīa iudicia
dei placent: et ſe de pccis ſuis accuſant. deū ſi
ue in ꝓſperis ſiue in aduerſis ſemp laudant:
deo nō reſiſtunt et coꝛ ſuū ſm voluntatē dei
dirigunt quā ſue preponūt. vt et chriſtus do
cuit. d. Non qḋ ego volo ſed quod tu.

Sancte dñe qui remiſſis de- Orō
lictis beatitudinē te cōfeſſis attribuis exau-
di vota pñtis familie ⁊ cōfracto pcci aculeo:
ſpūali nos exultatōe ꝑfunde. Per d.

¶ Exhortatio et inuitatio iuſtoꝝ ad dei
laudem ꝓpter ipſius ſummā fidelitatē.
potentiam. ſapientiam et bonitatem.

pſ. xxxij.

Exultate iuſti in do
mino: rectos decet laudatio.

¶ Auctor pſalmi propheta dauid. Titulus
hic eſt. In finem pſalmus dauid. Iſte enim
pſalmus dirigens nos in finem ſcꝫ in chri-
ſtum conuenit Dauid prophete vel perfecte
anime exhortanti ad laudem dei fideles ad
ſemen Dauid pertinentes. Materia: diuine
potentie ſapientie et bonitatis commendatio
Intentio: fideles ad laudem dei noſtri inui-
tare. Sententia in generali: Propheta vel p
fecta anima in iſto pſalmo potentiam et mi-
ſericordiam dei cōmendat. agens de operibꝫ
creatōnis et recreationis vt timeatur poten-

tia qua creat et amictur miſericordia qua re-
creat. Inuitatqȝ fideles ad dei laudez et pre-
conium: et beatificat digne laudantes et co-
lentes eum. Quia enim in precedenti pſal-
mo breuiter pſalmiſta cõcluſerat Letamini
in domino et exultate iuſti. vult nunc de hoc
negocio principalit̃ agere ſcilicȝ ad dei lau-
des inuitare. Quibus autem modis et quibꝫ
de cauſis laudandus ſit per totum corpus
pſalmi exponit. Sententia in ſpeciali: oſten
dens ergo propheta qui laudare debeant: iu-
ſtos ad laudem monet. dicens. (Exultate) eti
am in aduerſis o (iuſti) impijs enim non eſt
gaudere dicit dominus. (in domino) non in
vobis. non in ſeculo. et quia exultare in do-
mino niſi laudando non poſſumus (rectos)
inquit (decet laudatio). i. laudare deum. Iu-
ſti ſunt qui per fidem ⁊ bonam operationem
domino ſeruiunt. Recti ſunt qui cor ſuũ ſꝫm
voluntatem dei dirigunt et in omnibus ac
ſemper deo gratias referunt et ſi eos pertur-
bat humana fragilitas diuina cõſolatur eq̃-
tas. Qui tales ſunt: ad exultandũ in domi-
no et laudandum eum idonei ſunt. Et ſub-
iungit quo modo ſit laudandus.

**Confitemini domino in cythara: in pſal-
terio decem cordarꝫ pſallite illi.**

Confitemini domino) cõfeſſione laudis
(in cythara) ſeruiendo ei in operibus miſeri
cordie. Cythara enim deorſum aperturã ha
bet et ex inferiori parte ſonat. et ſcđm Hie-
ronymum habet ſex cordas. ſed ſcđm Iſido
rum. ſeptem. per quam poſſunt intelligi ſex
opera miſericordie que in euangelio ponun-
tur vel ſeptem addito eo quod in thobia de
ſepultura mortuorꝫ dicitur que maxime de
inferiorbus et terrenis fiunt. (in pſalterio de-
cem cordarum pſallite illi.) ſeruiendo ei in
decem preceptis. Pſalterium enim de ſurſuȝ
habet aperturam et a ſuperiori parte ſonat:
et habet decem cordas per qđ ſignatur do-
ctrina celeſtis que de ſurſum eſt et in decem
preceptis breuiter oſtenſa eſt

**Cantate ei canticum nouum: bene pſal-
lite ei in vociferatione.**

Cantate ei) non tantum lingua ſed vita.
(canticum nouum) ſcilicet canticum gratie
et fidei ac charitatis id eſt exuite vos vetuſta
tem et induite nouitatem quia nõ niſi ad no
uos per gratiam renouatos pertinet hoc can
ticum et nouum teſtamentum (bene pſallite
ei) bonis operibus (in vociferatõne) vt in au
ribus dei ſonet. Bene pſallit qui bene viuit.
ſed hic ipſa bona vita noſtra quandam in au
ribus dei debet habere ſpiritalem vocifera-
tionem vt quicquid bene viuendo agimus
toto affectu et deuotione ad laudem dei faci-
amus. Uel in iubilatione. i. in leticia ineffa-
bili vt non poſſit verbis dici

**Quia rectum eſt verbum dñi: et omnia
opera eius in fide.**

Quia rectum eſt verbum domini) quia re
cte docet. recta iubet. recta predicat. recta pro
mittit. ad dexteram non declinat necȝ ad ſi-
niſtram. recto itinere ad ſupernam patriam
nos perducit. nec in verbo tantum rectus de
us eſt: ſed et in operibus ſuis fidelis exiſtit:
exhibẽs homini quod promiſit vnde ſequi-
tur (et omnia opera eius in fide) id eſt in fide
litate ſunt et fidelia et nihil verbo promittit
quod in opere non reddit. Uel (Quia rectuȝ
eſt verbum domini) id eſt promiſſio eius ve-
ra eſt in omnibus (et omnia opera eius in fi-
de) id eſt quecunqȝ iubet fieri omnia funda-
mentum habent fidem. Ideo etiam eſt lau-
dandus. quia

**Diligit miſericordiam et iudicium: mi-
ſericordia dñi plena eſt terra.**

Diligit miſericordiam) quam nunc pre-
rogat in via vocando: peccata donando iu-
ſtificando et promittendo. (et iudicium) quo
in futuro exiget prerogata et retribuet vni-
cuiqȝ ſcđm merita ſua. Dilige et tu miſericor
diam ſcilicet miſerendo vt miſericordiam cõ
ſeq̃ris. Ama iudiciũ vias tuas ſubtiliter di-
ſcutiendo et peccata fletibꝫ ac penitentia pu-
niendo vt quem times iudicem inuenias mi
ſericordem. Et vere miſericordiam diligit:
quia (Miſericordia domini plena eſt terra)
vbiqȝ enim euangelium predicatur remiſſio
peccatorum preſtatu: ſalus annunciatur. et
dicit terra quia ibi habundat hominis miſe
ria et ſuperhabundat dei miſericordia.

**Uerbo dñi celi firmati ſunt: et ſpũ oris
eius omnis virtus eorum.**

Uerbo) enim (domini) id eſt ſapientia dei
patris (celi) id eſt apoſtoli (firmati ſunt) id eſt
plene inſtructi ſunt cum eo conuerſando et
firmati ac ſolidati in fide verbo exemplo et
dono (et) poſt (ſpiritu oris eius) id eſt filij qui
eſt os patris (omnis virtus eorum) in doctri
na et miraculis conſiſtens roborata eſt qꝛ et
doctrina eorũ et miracula a ſpũ ſancto data
ſunt et firmata qui hic filij eſſe dicitur ne tm̃
a patre procedere crederetur et hos apoſto-
los per omnẽ terram miſit et miſericordiam

ſuam id eſt remiſſionem peccatoꝝ predicari
ꝓcepit. Et ipſe miſericorditer eſt

**Congregans ſicut in vtre aquas maris
ponens in theſauris abyſſos.**

Cōgregās ſicut in vtre) vaſe de corio (aq̄s
maris). i. ſecli tribulatōes q₂ ſicut hō in vtre
aq̄s ſtringit et qn̄ vult ſpargit ſic dn̄s tribu-
latōes eccl̄ie. Seuiebat tūc mare. i. ſcl̄m flucti
bus ꝑſequentiū qđ modo intra ſuos termi-
nos manet incluſuꝫ. Sꝫ q̄ tūc ſeuiebāt apte
nūc ſeuiūt occulte. penſemus igit̄ modo nō
deeſſe deo vn̄ ꝓferat quo nos emēdet. Ideo
ſequit̄. (ponens in theſauris). i. recondēs in
abſcōditis et in ſecreto ſuo (abyſſos). i. repro
bos et valde malos vt tp̄e ſuo ꝓferet vnde bo
nos erudiat. Ideo

**Timeat dn̄m oīs terra: ab eo aūt cōmo
ueantur oēs inhabitantes orbem.**

Timeat) et ſi de miſcḋia gaudeat (dn̄m) nō
aliud (oīs terra). i. oīs hō vt deſinat peccare:
et ſi nō amore vł timore. hoc ideo dicit ne q̄s
audiens aq̄s clauſas vana leticia ſupbiat. et
ꝯfirmans nos in timore dei ſubiūgit) ab eo
aūt) et manu miſcḋie eius (ꝯmoueantur) ad
hūc timorē et moueant̄ ad eiꝰ impium (oēs
inhabitātes orbem). i. vniuerſam eccl̄iam. ab
eo inq̄ꝫ nō terroribꝫ diaboli vel hoīm ſeu cu
iuſq̄ꝫ creature. ſi hec ſeuiūt: deū time nō iſta.
tota eni creatura ſub illo eſt quē iuberis time
re ſolū nō alterū pter illū. vn̄ et ſubdit

**Qm̄ ipſe dixit et facta ſunt: ipſe manda
uit et creata ſunt.**

Qm̄ ip̄e dixit). i. voluit (et facta ſunt) oīa
id eſt formata de informi materia (ip̄e māda-
uit). i. verbo ſuo ꝓcepit (et creata ſunt) infor-
mia de nihilo et ita pt in nihilū redigere. et
p̄mittit formatōꝫ creatōni q₂ dignior eſt for-
matio. Oīa fecit verbo: oīa creauit mandato.
oīa ſequūtur eius impium cū iubet mouent̄
cum iubet quieſcūt: et malicia hoīm cupidi-
tatem nocendi habere valet: ptātem ſi ille nō
dat nō habet. Non eſt eni ptās niſi a deo. vn̄
ip̄e ſolus eſt timendus. Ideo adiungit

**Dn̄s diſſipat conſilia gentiū: reprobat
autem cogitatōes populoꝝ: et reprobat
conſilia principum.**

Dn̄s diſſipat) ne effectū habeāt (ꝯſilia) con
tra ſe et ſuos facta (gentium) eoꝝ deſtruendo
idolatriā q̄ putabāt deſtruere eccl̄iam (repro-
bat aūt cogitatōes pp̄loꝝ). i. iudeoꝝ qui non
eiꝰ ſꝫ ſuū querūt regnū. et ſi eni multa machi-
narētur vt tollerēt nomē chriſtianū de terra:
tn̄ creuit eccl̄ia. (et reprobat ꝯſilia principū)
id eſt demonioꝝ vel tyrannoꝝ huiꝰ ſeculi q̄
talibꝫ populis querūt dn̄ari. Nō eſt eni ſapi
entia. nō eſt prudētia. nō eſt ꝯſiliū ꝯtra dn̄m.
Ideo nō ſunt timendi ꝑſecutores ſed deus
qui ptātem habet ſup eos

**Cōſiliū aūt dn̄i ineternū manet: cogita
tōes cordis eiꝰ in generatōꝫ ⁊ generatōꝫ**

Conſiliū aūt dn̄i) de nr̄a vocatōe iuſtifica
tōne ⁊ glorificatōe (ineternū manet) q₂ nullo
diſſoluit̄ tp̄e. et (cogitatōes cordis) et ſapien
tie (eius) ſunt (in generatōeꝫ et generatōeꝫ) q₂
nō ſunt mobiles ⁊ mutabiles ſꝫ eterne et ma-
nentes. q. d. diſpoſitōnes eius q̄ ideo dicunt̄
cordis q₂ rōnabiliter ordinant̄ in oēm gene
rationē extendunt̄ q₂ nō eſt q̄ volūtati eius
poſſit reſiſtere vel ordinatōni eius ꝯtraire. vn
de et ſubditur de eius conſilio

**Beata gens cuius eſt dn̄s deus eius: po
pulus quē elegit in hereditatē ſibi.**

Btā) eſt (gens cuius dn̄s eſt deus eius) ꝑ
verā fidē et debitū cultū. i. q̄ ſibi dn̄m nō ele-
git niſi deū ſuū de q̄ viuit quē colit. H̄ eſt ꝯſi-
Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus hic eſt: Ps.dauid. qꝛ attribuit dauid ꝓphete vel cuilibet iuſto qui hic loquit monẽs operarios dñice vinee vt ſtudeãt pondus diei et eſtus ſine murmuratõe poꝛtare ſi volunt denarium diurnũ hoꝛa nouiſſima recipe. Materia: ſtatus et cõditio maloꝝ et bonoꝝ in pñſenti et in futuro. Intentio: hoꝛtari ⁊ monere ne quis ꝓpter impioꝝ nequiciã vel iniuriam moueatur: ſed ꝯtempta mundana ꝓſperitate et maloꝝ ſocietate: adhereat deo ⁊ ſanctos imitetur. Sñia in generali: ꝓpheta vel quilibet iuſtus qui hic loquit videns impios ꝓſperari: et iuſtos ab impijs ꝯculcari et ꝙ quidam ſimplices iuſti inuident potentie eoꝛum et vellent vlciſci iniurias illatas ab illis vel

aliquando conformes fieri eis ponit in hoc pſalmo ꝯtra hec ſaluberrimā doctrinā. Cum ergo ſupra de malis et bonis tractauit nunc ſimplices de flore maloꝝ et labore bonorum murmurantes ꝯſolans cōtra eoꝝ infirmitatem ſalubre antidotū apponit. Sn̄ia in ſpeciali dehortans ergo eccleſia ab emulatōe malignantiū ait. (Noli) o tu infirme qui hoc ſoles (emulari). i. inuidere et indignari (in malignantibꝫ). i. in cōſideratōe malignantiū qꝛ florent. Malignantes dicti ſunt quaſi malū ignem alentes. i. ꝯcupiſcentiā ſcꝫ qui peccatum diligunt et in malo delectanꝷ. (neqꝫ zelaueris). i. nō ames nec imiteris (facientes iniquitatē). i. iniqꝫ cōgregantes diuitias et prementes bonos. q. d. nulla te accendat ira vel cupiditas vt male florentibꝫ in ſeculo inuideas vel eos imiteris: ſꝫ eſto equo animo nam breuis eſt eorum et felicitas et iniquitas. vnde ſequitur.

Qm̄ tanqꝫ fenū velociter areſcēt: et quēadmodū olera herbaꝝ cito decident.

Qm̄ tanqꝫ fenū) quod hodie floret et cras marceſcet (velociter areſcēt) qꝛ ad tps florent et letantur ſed cito deſiccanꝷ et in puluerē redigunꝷ. (et quēadmodū olera). i. viriditas (herbaꝝ) vel prati (cito decident). i. deficient ac florem et viriditatem mundane felicitatis amittent. Uel (quēadmodū olera herbaꝝ) q̄ hyeme virent eſtate a vermibꝫ corroduntur. (cito decident). i. cadent. qꝛ mali qui huius ſeculi hyeme virent in futuri iudicij eſtate ab immortalibꝫ vermibꝫ cōſumentur. Illi ergo nō ſperant in dn̄o quia ſpes illoꝝ mortalis eſt et inanis. Tu vero

Spera in dn̄o ⁊ fac bonitatē: et inhabita terrā et paſceris in diuitijs eius.

Spera in dn̄o) nō in vanis puta in diuitijs: in delitijs: in mundi honore et flore: more illoꝝ malignoꝝ (et fac bonū). i. opus bonum. neqꝫ eni vtilis eſt ſpes ſine bono opere: ſed nec bonū opus eſt aliquid ſine charitate. vñ mox ſubditur (et inhabita terrā) dñi. i. eccleſiam quam colit et rigat in vnitate eccleſie catholice ꝑmanendo et cōcorditer viuendo. qꝛ nō proſunt bona extra eccleſiā facta (et paſceris) vſqꝫ ad ſacietatē et ſuauitatē (in diuitijs eius) terre. i. eccleſie. que diuitie ſunt ipſe deus vel ſacre ſcripture. Ergo ſpreta mundi iocunditate

Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui.

Delectare) in diuitijs tuis ſcꝫ (in dn̄o) ſincere et delectabiliter eum ꝯtemplando amando et memorando (et dabit tibi petitōnes cordis tui). i. rōnis nō carnis. Cor eni delectantis in dn̄o nō petit quod caro vult ſꝫ qꝺ vult ſpūs: nō petit niſi ipm̄ deum ipſam lucem et eternitatē. hanc ꝓmittit deus delectantibꝫ in ſe qꝛ qꝺ oc̄lus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcendit hec p̄parauit deus diligentibus ſe. Et ſi ꝓpter peccatoꝝ multitudinem dubitas ſperare vel delectari in dn̄o audi ſalubre conſilium.

Reuela domino viam tuā et ſpera in eo: et ipſe faciet.

Reuela dn̄o viam tuā) peccata tua ꝯfitendo te ipm̄ accuſando et corrigendo et in oratione deuota corā eo tuū deſideriū explicando ac directōnem petendo (et ſpera in eo) non in alio (et ipſe) qui p̄t (faciet) qꝺ petis vel deſideras. Spem eni ꝓmittit peccatoribꝫ: et indulgentiaꝫ facit penitentiā agentibꝫ. Hec ſunt ſalubria mandata nō inuidere malis nō diligere iniquitatē in dn̄o ſperare in dn̄o delectari vias et opa nr̄a dn̄o cōfiteri. Si hec facis et ipſe faciet te exaudiendo et ſubiungit quid amplius faciet. d.

Et educet quaſi lumen iuſticiam tuam: et iudicium tuum tanqꝫ meridiem: ſubditus eſto dn̄o et ora eum.

Et educet) de tenebris huius ſeculi (iuſticiam tuā). i. fidem tuā qua iuſte oparis: et ex qua viuis que modo abſcondita eſt et quaſi ſub modio latet qꝛ nondum vides qꝺ credis (quaſi lumen). i. ad lucem cū ceperis videre qꝺ credidiſti. Tunc eni opa tua in claritate erūt (et iudiciū tuū) quo iudicas ſequi chriſtum et eligis qꝺ nō vides quod iudiciū modo in abſcondito eſt et a malis irridetur educet (tanqꝫ meridiem). i. clarum lumē et in pleno ſplendore qꝛ cum chriſtus apparuerit tūc et tu apparebis cum ipſo in gloria: et interim (ſubditus eſto dn̄o) p̄ceptis eius obediendo (et ora eum) nō ceſſando: ꝑſeueret bonū opus et oratio donec det qꝺ ꝓmiſit.

Noli emulari in eo qui ꝓſperatur in via ſua: et in hoīe faciente iniuſticias.

Noli emulari) id eſt inuidia moueri ſiue indignari et cōmoueri (in eo) id eſt in conſideratōne eius (qui ꝓſperatur) et floret (in via ſua) mala et in factis ſuis non in via dei in q̄ tu es puta in homine faciente iniuſticias) id eſt in conſideratōne hominis male agentis. q̄ſi diceret. ſi videris ꝓſperari ⁊ florere impiū non te moueat vanitas eius ad indignandū

Et ſic exponit hic vnde ſolet naſci emulatio:
de qua etiã ſupra dixit. Dico ne emuleris et ſi
aliquo modo motus es ſiue in animo ſiue in
corpe corrige illud. et hoc eſt qd̃ ſubdit.

**Deſine ab ira et derelinque furorem: no-
li emulari vt maligneris.**

Deſine ab ira) animi (et derelinque furo-
rem) corporis) Vel (deſine ab ira) ne ſubito
iraſcaris viſa ꝓſperitate malorum (et dere-
linque furorem) ne diu perſeueres: quia inde
iraſci et indignari eſt cõtra deum murmura-
re et ꝑpe blaſphemare. Ac ſi diceret nec ꝓſpe-
ritas prauorum nec iniquitas illoꝝ moue-
at te ad iracundiam vel inuidiam. preſertim
(noli emulari). i. indignari intantũ (vt mali-
gneris). i. vt maliciam eius imiteris. et eodem
modo voluntarie efficiaris malignus quaſi
imitando eum qui maligne faciens floret ad
tempus.

**Qm̃ q̃ malignant̃ exterminabunt̃: ſuſti-
nentes aũt dñm ipi hereditabũt terrã.**

Quoniã qui malignant̃). i. qui mali ſunt
et ſi modo florent (exterminabuntur) in futu-
ro. i. extra terminos terre viuentiũ et ſuperne
hieruſalem eijcientur ſicut ſcriptũ eſt. Tolla-
tur impius ne videat gloriam dei. (ſuſtinen-
tes aũt dñm) aduerſa patienter ferendo: ꝓſpe-
ra deſpiciendo. et bñplacitum dñi qui nõ fal-
lit et omnia poteſt expectando. (ipſi heredita-
bunt). i. hereditario iure poſſidebũt (terram)
viuentium. ſcꝫ patriam celeſtem vbi nullus
moritur. Et ne infirmo longũ videatur ſu-
ſtinere protinus adiũgit. quaſi diceret. Iam
diu ſuſtinuiſti

**Et adhuc puſillũ et non erit peccator: et
queres locũ eius et nõ inuenies.**

Et adhuc) reſtat (puſillum) tpis. i. parum
ne ergo tedeat te qui ſuſtines: ſed modice ex-
pecta. (et nõ erit peccator) ꝓ quo gemis. i. nõ
apparebit ſubtractus de medio: nec erit domi-
nium eius. cito tranſeunt tpa. breue eſt quod
durare non poteſt. (et queres locum eius et
non inuenies). i. ſi quereres non inuenires.
quia non habebit tunc vſum quẽ modo ha-
bet quando vtitur eo deus ad probandũ iu-
ſtum. Cum enim tranſierit tempus probati-
onis noſtre: quando non erunt qui proben-
tur non erunt etiã ꝑ quos ꝓbentur.

**Manſueti aũt hereditabũt terrã: et dele-
ctabuntur in multitudine pacis.**

Manſueti autem) et mites qui dño nõ re-
ſiſtunt qui iugum eius patienter portãt. qui
malos et aduerſa mundi equanimiter tole-
rant (hereditabunt terram) viuentium ſcꝫ il-
lam ſanctam hieruſalẽ (et delectabuntur) id ẽ
delectabiliter viuent et letabuntur (in multi-
tudine pacis) ex amotione oĩm maloruꝫ in-
quietantium. fruentur eñi eterno deo qui eſt
omniũ bonoꝝ fons et plenitudo inde illa ſu-
perna ciuitas hieruſalem noĩatur que viſio
pacis interpretat̃. Et qꝛ q̃diu hic viuit̃ iuſti
iniuſtoꝝ inſidias patiunt̃ ſubiunctũ eſt.

**Obſeruabit peccator iuſtuꝫ: et ſtridebit
ſuꝑ eum dentibꝰ ſuis**

Obſeruabit peccator iuſtũ) vt inuento lo-
co eum capiat et perdat. Non eñi ceſſant pra-
ui bonorum vitam inquirere attendentes ſi
qua ex parte valeãt eis nocere (et ſtridebit ſu-
per eum dentibus ſuis) ſcꝫ detractõnis. quia
quod opere exercere non valet fera et beſtiali
corroſione verborũ exercet. Vel (Obſerua-
bit) occultis inſidijs vt eum alliciat ſibi ⁊ de-
cipiat. et ſi hoc non poteſt (ſtridebit ſuper eũ
dentibus ſuis) ſcꝫ crudelitatis quibus eum
quẽ nõ pt̃ ſubuertere: quaſi furens belua ſe-
uiendo et dentes collidẽdo conat̃ occidere.

**Dñs aũt irridebit eum: qm̃ proſpicit ꝙ
veniet dies eius.**

Dñs aũt irridebit eum). i. irriſione dignuꝫ
iudicabit et irriſibilem oſtendet quando pe-
nis eternis cruciandus tradetur. hic etiã irri-
debit inefficaces eius inſidias faciẽdo: et ma-
licie eius gladium in ſeipm̃ cõuertendo (qm̃
proſpicit). i. procul aſpicit quod ipſe pecca-
tor non videt ſcꝫ ꝙ (veniet dies eius) quo re-
tribuatur ei. i. dies debite punitõnis pro ſu-
is malis. Semꝑ eñi vindicatur in impium
aut hic ſi ſe conuertit: aut in futuro ſi ſe non
conuertit. ſed ſi necꝫ blandicijs necꝫ minis
aget. pena aggreditur vnde ſequitur.

**Gladium euaginauerũt peccatores: in-
tenderunt arcum ſuum.**

Gladium euaginauerunt peccatores) id ẽ
apertam et manifeſtam impugnationẽ et per-
ſecutionem. Gladium eñi euaginare eſt ma-
liciam prius in corde occultam etiã opꝫ exer-
cere. Si vero nõ ſic ꝓficit inſidiatur dolis
vnde ſubditur (intenderunt arcum ſuum) id
eſt occultas inſidias et doloſam deceptõem.
Arcum eñi intendit qui dolum parat vnde
incautum feriat. His duobus generibus ꝑ-
ſecutionis impugnant mali bonos. Deinde
reddit ſingulis ſingula. Intenderunt enim
arcum ſuum.

**Vt decipiant paupem ⁊ inopem: vt tru-
cident rectos corde.**

Ut decipiant pauꝑem) qui ſibi non ſufficit (et inopē) qui nec opem ab alio habet. vel (pauꝑem) de aſtucia ſua nō ↄfidentē (et inopem) de virib9 ſuis nō preſumentē. gladiū vero euaginauerūt (vt trucidēt). i. occidant ⁊ interimāt (rectos corde) vt martyres fortes in fide. Noīe pauꝑis et inopis deſignanꝉ ſimplices ſcientiā et virtutē nō habentes. per rectos corde intelligimus ꝑfectos. Simplices ergo moliuntur arcu occulte deciꝑe. ꝑfectos vero ſtudent aperte ꝑſecutōnis gladio trucidare. Sed

**Gladius eoꝝ intret in corda ipſoꝝ: et arcus eorum confringetur.**

Gladi9 eoꝝ intret in corda ipoꝝ) vñ venerat vt noceāt ſibi pri9 in mēte ꝙ alijs ī corꝑe In corꝑe occidere voluerūt: in aīa moriunꝉ. Quicūqꝫ eni aliū ledere molitur primum ſe ipm ꝓprio iaculo ꝑcutit. (et arcus eoꝝ ↄfringuntur). i. inſidie eoꝝ fruſtrentur ne iuſto noceant: doluſqꝫ et mala volūtas ad effectū nō ꝑueniat ne poſſint implere qđ ceperāt. Et licet poſſint iuſtoꝝ bona diripere et iuſtus ſpolietur ꝑ eos tamen

**Melius eſt modicum iuſto: ſuꝑ diuitias peccatorum multas.**

Melius) et magis ſufficiens (eſt iuſto modicum) qđ habet (ſuꝑ diuitias peccatoꝝ multas). i. ꝙ multe diuitie peccatorib9. melior eſt iuſti pauꝑtas: ꝙ peccatoris diuitie. Iſte eni paucis cōtentus eſt et abundat: ille aūt plenus ſitit ⁊ eget. Iſte in pauꝑtate aīam ſaluat: ille in diuitijs et corpus et aīam ꝑdit. Ante ergo egit de malitia pccoꝝ et ſuſtinentia bonorum: hic vero de diuitijs illoꝝ et pauꝑtate iſtoꝝ. Et vere melius

**Quōm brachia peccatoꝝ cōterentur: cōfirmat aūt iuſtos dñs.**

Qm̄ brachia peccatoꝝ ↄterenꝉ). i. potētia: diuitie: fortitudo et robur in quib9 cōfidunt deſtruenꝉ et ad nihilū redigētur ne amplius innocentib9 noceant. (cōfirmat aūt iuſtos dominus) eis fortitudinē et robur p̄ſtando ne ab iniuſticia vincanꝉ: vt et neqꝫ in ꝓſperis neqꝫ in aduerſis a bono virtutis moueātur. et nec morte nec vita a charitate dei ſeparentur et hoc ꝑ ſpem futuroꝝ: ꝑ exempla martyrū et maxime ꝑ exemplum ſue crucis: paſſionis et mortis. Sic aūt cōfirmat qꝫ

**Nouit dñs dies immaculatoꝝ: et hereditas eoꝝ in eternum erit.**

Nouit) et approbat dñs in vita p̄ñti (dies immaculatoꝝ). i. ↄuerſatōem ⁊ vitā iuſtoꝝ in qua immaculate viuūt et mala patiuntur. nouit eni quō vixerint et in quib9 vitā finierint Et ſi miſeri videntur ignaris ſcit deus quid poſt finem dieꝝ ſeruet eis. qꝫ et (hereditas eorum) que ꝑ vita immaculata et ꝑ maloꝝ tolerantia dabitur (in eternum). i. in vita eterna (erit) et ſemꝑ durabit. Eſto ergo purus et mūdus omnib9 dieb9 vite tue: vt placeas deo in tua ↄuerſatōe: et in vita eterna hereditabis.

**Nō ↄfundenꝉ in tꝑe malo: et in dieb9 famis ſaturabunꝉ: qꝫ pccores peribūt.**

Nō ↄfundentur in tꝑe malo) ſcꝫ tribulationis p̄ñtis in quo iuſti laborant et mala tolerant: et ſi deridentur: ſi ↄtumelijs et penis dehonēſtanꝉ nō ſolū nō erubeſcūt ſꝫ potius gloriantur et gaudent qꝫ nō ſuā ſed dei gloriam querunt. Econtra eſt de malis et elatis. (et in die famis) qui modo ſunt qñ boni eſuriūt deum ⁊ iuſticiā (ſaturabunꝉ) ꝑ ſcripturas et celeſtia ſacramēta: ꝑ ſpem ac dñi ꝓmiſſiōes et exempla ne deficiāt in via donec viſione ipſius ſatientur in pr̄ia. Uel (nō cōfundenꝉ). i. non priuabuntur ſpe ſua (in tꝑe malo) ſcꝫ iudicij quo punientur mali (et in die famis) qñ mali fame peribunt (ſaturabunꝉ) interna ſacietate. (qꝫ) econtrario (peccatores) tm̄ carentes iſta ſacietate (peribūt) ſine omi ↄſolatōne. Et oſtendit quomodo peribunt. d.

**Inimici vero dñi mox vt honorificati fuerint et exaltati: deficientes quēadmodum fumus deficient.**

Inimici vero dñi). i. ipſi peccatores (mox vt honorificati fuerint) gloria et reuerētia (et exaltati) dignitatib9 ⁊ potētia in vita p̄ñti que nō eſt momentū reſpectu future (deficientes) q̄tidie de malo in peius (quēadmodū fum9) cuius nullū poſt exaltatōꝫ inuenīꝉ veſtigiū: (deficiēt) penitus. Fumus eni in altū extollitur et ipa exaltatōe extenditur et euaneſcit: ſic iniqui in altū eriguntur et in ambitū extenduntur: et deinde deficientes euaneſcūt. quātoqꝫ gradus altior fuit: tanto hic caſus grauior et in futuro pena maior erit. Ideo autē hoc malis quia

**Mutuabitur peccator et non ſoluet: iuſtus aūt miſeretur et retribuet.**

Mutuabiꝉ). i. mutuo accipiet (peccator) corpus et aīam ac bona naturalia et gratuita atqꝫ tꝑalia a deo accipiēdo. Nihil eni bō habet qđ mutuo nō accepit. (et non ſoluet) de bonis acceptis ſeruiēdo et gr̄as agendo. vel (mutuabiꝉ). i. audit verbū dei (et nō ſoluet) id ē nō reddit oꝑib9 qđ auditu ꝑcepit. q. d. nō

refert lucrum (iuſtus aũt) de bonis a deo ac-
ceptis (miſeretur) affectu ↄpatiendo (et retri-
buet) per effectũ ſubueniendo. Cuius eni pe
ctus plenũ eſt charitate ⁊ bona volũtate ſem
per habet vnde det: vel facultatẽ ſeu beniuo
lentiam: vel auxiliũ ſeu ↄſiliũ: aut ſaltẽ votũ
vel orõem. Ideo aũt miſeret et dat: ſcit eni

**Quia bñdicentes ei hereditabũt terram
maledicentes aũt ei diſperibunt.**

Quia bñdicentes ei) ſcꝫ dño: bene viuen-
do. et bona que poſſunt aliis impendendo.
ac de bñficiis acceptis grãs referendo (here-
ditabunt terrã) ſcꝫ viuentiũ eam ꝑpetuo poſ-
ſidendo (maledicentes aũt ei) male viuendo
et ſibi ↄmiſſa iniuſte retinẽdo ac ingrati eius
bñficiis ea que mutuo acceperunt non ꝑſol-
uendo (diſperibunt). i. dupliciter ſcꝫ in aĩa et
corꝑe peribunt. quia in vtroqꝫ eterna ꝑditõe
morientur. et ſic duplici ↄtritõne cõterentur.
Et vt ſciat quiſqꝫ quo tendere debeat ne ſimĩ
pereat ſequitur et dicit

**Apud dñm greſſus hoĩs dirigetur: et vi-
am eius volet.**

Apud dñm). i. a dño (greſſus hoĩs) rõne
vtentis. i. affectus et oꝑa quibꝫ ad eũ tranſire
conatur (dirigetur) in via pñti vt non decli-
net a rectitudine iuſticie quia ex dei volun-
tate eſt via iuſti: et totũ quod habet ex grã eſt
Nõ enĩ eſt hoĩs dirigere viã ſuam (et) ꝑ hoc
(viã eius) ſcꝫ dñi et ſi ſit dura quia tñ trita eſt
(volet) homo mandata eius deſiderãdo. Si
ergo errare nolumus apud dñm greſſus di-
rigamus ⁊ ꝑ illã viam qua iuit ambulemus.
fortaſſis videt̃ dura ſꝫ ſecura. Alia forte deli
tias hꝫ ſꝫ latronibꝫ plena eſt. In q̃ via dei

**Cum ceciderit nõ collidetur: quia dñs
ſupponit manum ſuam.**

Cum ceciderit) iuſtus ꝑ peccatũ ꝓpter car-
nis infirmitatẽ: qꝛ ſepties cadet iuſtus in die
et ſepties reſurget: et nõ eſt homo qui nõ pec
cet. (nõ collidetur). i. nõ frangetur irrecupa-
biliter grãm dei ⁊ virtutes amittendo et fina
liter in pcc̃o illo ꝑmanendo. (qꝛ dñs ſuppo-
nit manũ ſuam) auxiliatricẽ ne criminaliter
delinquat: eum auxilio ſue grẽ ⁊ miſcõie ſub
leuando et ſuſtentando et ꝑ pniam ad grãm
reducendo. Magnaꝝ viriũ hõ ſe crederet: ſi
ſemꝑ in ꝟtute fixus ꝑmaneret. Hic ergo dñs
aliqñ grãꝫ ſuã ſubtrahit ⁊ pſumenti q̃liter in-
firmetur oñdit. Et vere ſic eſt de iuſto qꝛ

**Iunior fui etenĩ ſenui: et nõ vidi iuſtuꝫ
derelictũ: nec ſemẽ eius querens panẽ.**

Iunior) et puer fui dicit corpus chriſti tã-
qꝫ vnus homo qui iunior fuit in primis eta-
tibus ſenior autẽ in nouiſſimis tꝑibus: et in
tanto ſpacio (non vidi iuſtum derelictum) a
deo finaliter ita vt periret. (nec ſemen eius q̃-
rens panem) id eſt bona opera eius irremune
rata. Vel (nec ſemen eius) id eſt aliquem fide
lem imitatorem ipſius in operibus iuſticie.
(querens panem) ſpiritualem puta verbum
dei quaſi ei non adeſſet et indigeret pane ver-
bi quia verbum dei ſemper eſt cum iuſto refi
ciens ipm. Lex enim dei in corde ipſius ⁊ in
ipſa meditabitur die ac nocte. Tali pane nu-
tritur iuſtus vt in via nõ deficiat ſed in deo
viuat ⁊ bona que poteſt proximis impendat
Unde et ſubditur

**Tota die miſeretur et cõmodat: et ſemẽ
illius in bñdictione erit.**

Tota die) id eſt indeſinenter et aſſidue vel
toto tempore vite ſue qꝛ ſemꝑ iuſtus habet
quid det (miſeretur) affectu ſibi et aliis (et cõ
modat) effectu. et dicitur hic de elemoſyna
actuali vel ſpirituali. Sed licet donet tamen
magis cõmodare dicitur quia quod diſpen-
ſat non a paupere ſꝫ a domino ſibi reddi ex-
pectat et dñs cum fenore multiplicatum red-
dit (et ſemen illius) quod ſeminat vt metat id
eſt opera bona vel imitatores (in benedictio-
ne erit) id eſt in multiplicatõne quia cum ex-
ultatione veniet portans manipulos ſuos.
Et ideo tu quicunqꝫ es noli eſſe piger: ſꝫ

**Declina a malo et fac bonum: et inhabi-
ta in ſeculum ſeculi.**

Declina a malo et fac bonum) id eſt ne cui
noceas ſed ei bene fac. Vel (Declina a malo)
id eſt diuerte a peccato quod fit per dei timo
rem et incboat hominem (et fac bonũ) opus:
exercendo te in virtutibus. quod debet fieri
per amorem et perficit hominem. Neqꝫ enim
bona deo accepta ſunt que malorum admi-
xtione maculantur et perſeuerando in bono
(et inhabita in ſeculum ſeculi) in eccleſia. in
vnitate. in veritate. in deo. vt qui hic incboa
ris ineternuꝫ perficiaris. Vel (inhabita) ter
ram viuentium (in ſeculum ſeculi) id eſt per
hoc habitabis in eterna beatitudine et habe
bis vitam eternam. Ecce merces.

**Quia dñs amat iudiciũ: et non derelin-
quet ſcõs ſuos: ineternũ cõſeruabunt̃.**

Quia dñs amat iudiciũ). i. diſcretõeꝫ qua
ſeꝑat bonũ a malo: falſuꝫ a ꝟo tꝑale ab eterno
vl̃ (amat iudiciũ) vnicuiqꝫ ꝑ meritis reddere
diſponẽdo (et nõ derelinquet) ſua grã ⁊ ꝓtectõe
deſtituendo (ſcõs ſuos) qui recedũt a malo et

faciunt bonum et ſi ad tempus flagellat iu-
ſte tñ iudicat. quia (ineternum) ſcꝫ in horreo
eterno et in vita beata (cõſeruabuntur) in cor-
pore et in anima et ſi hic moriantur in hac vi
ta. et merito eterna poſſidebunt qꝛ eterna cõ-
cupierunt. Et econtra

**Iniuſti punientur et ſemen impiorum
peribit.**

Iniuſti punientur) in inferno pena eter-
na ꝓpter mala coꝝ opera (et ſemen impioꝝ pe
ribit). i. oꝑa coꝝ qꝛ iniqua ſunt nullũ fructũ
beatitudinis habebũt. Uel (ſemen impiorū
peribit). i. imitatores coꝝ peribunt cum ipſis
ſicut ecõtra ſemen iuſti in bñdictõne erit. hec
ſcriptura modo nos erudit verbis modo in
format exemplis. Hinc ꝓponit nobis repro-
borum penã illinc iuſtoꝝ gloriã: quatenus il
la nos terreat atqꝫ ab amore huius ſeculi cõ
peſcat et iſta nos excitet atqꝫ ad amorẽ patrie
celeſtis inuitet. vñ et ſubditur

**Iuſti aũt hereditabũt terram: et inhabi-
tabunt in ſeculũ ſeculi ſuꝑ eam.**

Iuſti aũt hereditabũt terram) ſcꝫ viuenti-
um vbi nullus moritur qꝛ terram mortuoꝝ
cum ſuis delitijs ſpreuerũt. et hoc nõ ad tem-
pus ſed ineternũ. vñ ſequit᷑. (et inhabitabũt
in ſeculũ ſeculi). i. eternaliter (ſuꝑ eam) tanqꝫ
eius dñi et poſſeſſores qꝛ ibi portionem ſuã
elegerũt. Noli ergo iſtam tranſitoriã heredi-
tatem diligere in qua diu nõ potes habitare.
deſpicienda ſunt cuncta que tranſeunt illa ſo
la appetenda ſunt que tranſire nõ pñt. Et me
rito hec erunt iuſto. quia

**Os iuſti meditabitur ſapientiam: et lin
gua eius loquetur iudicium.**

Os iuſti) interius ſcꝫ cordis. os enĩ interi
oris hoĩs eſt cor nr̃m: qꝛ ſicut ore corꝑis loq̃-
mur hoĩbus ita corde loquimur deo. (medi-
tabitur) et ruminat (ſapientiã) que eſt de deo
et eternis vt poſtmodũ eructare poſſit verbũ
bonum vnde et ſubdit (et lingua eius loque
tur) inſtructioni alioꝝ (iudiciũ) ſcꝫ qđ deus
precipit fugere vel tenere. Uel (lingua eius
loquetur iudiciũ). i. ꝓfert ſermonẽ diſcretū
dicens tm̃ qđ eſt dicendum et tacens quod
eſt tacendum. Et

**Lex dei eius in corde ipſius: et non ſup-
plantabuntur greſſus eius.**

Lex dei eius). i. obſeruatio legis et prece-
pta dei (in corde ipſius) ſunt ꝑ iugem medi-
tationem vt cor cõſonet lingue nobis aũt eſt
tm̃ in ore. de quibꝫ dici pt. ꝓpl's hic labijs me
honoras cor aũt coꝝ longe eſt a me. Hec aũt
lex et peccare vetat et bona facere docet (et) iđ
(nõ ſupplantabunt᷑). i. laqueos nõ incurrẽt a
diabolo ſeu hoĩe iniquo vel peccato (greſſus
eius) quibꝫ ad deũ nitit᷑ ꝑuenire qꝛ verbũ dei
in corde liberat a laqueis et ab om̃i tentatõe
vt nõ moueatur a via iuſticie. Lecũ eſt cuius
verbum a te nõ recedit. Et tamen

**Cõſiderat peccator iuſtũ: et querit mor-
tificare eum.**

Conſiderat peccator) et impius (iuſtum)
et notat vias eius ſibi callide inſidiando vt
eum decipiat et ſupplantet eiusqꝫ greſſus de-
torqueat et querit quantũ pt (mortificare eũ)
vel vt ei conſentiat et ſic eũ faciendo iniuſtã
occidat in aĩa. vel ſi nõ ꝯſenſerit querit vt eũ
ꝑſequendo occidat in corꝑe. Dicit enĩ ꝓpter
inuidiã quod in libro ſapientie p̃dictum eſt.
Grauis eſt nobis etiã ad videndũ: qm̃ diſſi-
milis eſt alijs vita ipſius. Sed ſi iuſtus vi-
gilanter reſiſtat eueniet qđ ſequitur

**Dominus autem non derelinquet eum
in manibus eius: nec damnabit eum cũ
iudicabitur illi.**

Dñs aũt nõ derelinquet eum) ſcꝫ iuſtũ.
(in manibꝫ eius). i. in ptãte impij ſcꝫ totali-
ter et ſ᷑m aĩam vt eum ad ꝯſentiendũ ſibi cõ-
pellendo iuſticiã eius auferat qꝛ impius ani-
mam nõ mortificat ſꝫ potius purgat et ſal-
uat (nec damnabit eum) ſcꝫ iuſtũ et ſi ab hoĩe
hic damnetur (cũ iudicabit᷑). i. cũ iudiciũ fiet
añ chriſti tribunal (illi) ſcꝫ impio ad eius ma
lum et nocumentũ. vel (illi) ſcꝫ iuſto ad eius
vtilitatem et comodum. Et quia ita facit iu-
ſto ergo nunc

**Expecta dñm et cuſtodi viam eius: et ex
altabit te vt hereditate capias terraꝫ: cũ
perierint peccatores videbis.**

Expecta) patienter et ſi diu pateris (dñm)
q̃ te vindicabit ⁊ remunerabit (et) in expectan
do (cuſtodi) indeficiẽter (viã eiꝰ). i. ſerua mã-
data (et exaltabit te) de virtute in virtutẽ ⁊ de
terrenis ad celeſtia ita (vt hereditate). i. firmi
ter iure hereditario (capias terrã) viuentiũ: et
ſi modo neſcis qđ ꝓmittit in expiẽtia diſces
qꝛ (cũ perierint pccores) et impij (videbis) in
re qđ mõ credis de p̃mijs bonoꝝ ⁊ penis ma
loꝝ. Ubi ſciendũ qꝫ deus nunqꝫ eos creaſſet
q̃s ineternũ pituros p̃ſciſſet niſi aliq̃s ex eis
vſus bonos p̃uidiſſet. Quoꝝ quidẽ iniq̃tas
ſicut modo ꝓdeſt bonis ad augmentũ ſctita
tis ſic ipoꝝ pena eiudẽ iuſtis ꝓderit ad incre
mentũ btitudinis. Nã ex reproboꝝ damna-
tõne ꝯgnoſcẽt electi q̃d ꝑ iuſticiã meruerint

et ex ſua ſaluatõne ſentient quid per gratiam receperint. Tantoqꝫ amore ardentiori adhe- rebunt diuine bonitati quanto eius gratui- to dono et promeritam non ſentiunt penam et immeritam percipient gloriam. Deinde qꝫ nulla ſit impioꝝ felicitas oſtendit. d.

**Vidi impium ſuperexaltatum: et eleuatũ ſicut cedros libani.**

Vidi impium ſuperexaltatum) id eſt ſupra modum exaltatum in gloria mundi et digni tate deo hoc permittente(et eleuatum) in ela- tione(ſicut cedros libani) mõtis in quo ſunt altiores cedri que a vento deijciũtur. hoc eſt in magna dignitate temporali ꝛ in candore ſeculi que cito denigreſcit. Libanus enĩ can didatio interpretatur: etiam ſuper ſublimes eminentem ita vt altis celſior videretur. Ta- lis videtur impius quãdo corde tumens et virtute et gloria ceteros etiã altos ſeculi pre- cellens cernitur elatus.

**Et tranſiui et ecce nõ erat: queſiui eum et nõ eſt inuentus locus eius.**

Et tranſiui) mente et conſideratiõne ad no uiſſima eius non preſentia ſed futura atten- dendo. Vel(tranſiui ꝑ aliquod tempus mo- dicum expectando(et ecce non erat) potens. Tranſierat enĩ gloria eius. vel non erat oĩno quia per mortem ſublatus erat de mundo. et(queſiui eum) conſiderando et rememoran do(et non eſt inuentus locus eius) regnan- di. vel omnino in hoc ſeculo ſed abſcõditus et ſepultus eſt in inferni profundo. Et ne ti- bi ſimiliter contingat

**Cuſtodi innocentiam et vide equitatẽ: qm̃ ſunt reliquie homini pacifico.**

Cuſtodi innocentiam) quo ad deum et te ipſm̃ ſancte viuendo(et vide equitatem) quo ad proximum iuſte cum ipſo agendo. Unde apl̃s. ſobrie et iuſte et pie viuamus. Innocẽ- tia ſpectat ad ſobrietatem et pietatẽ. Equitas ad iuſticiam. Vel innocentiam cuſtodit qui nec ſibi nec alteri nocet atqꝫ a vicijs et pecca- tis ſe immaculatũ ſeruat. Equitatem videt q̃ ſollicite penſat et que a domino acceperit et que ei perſoluere debeat(quoniã homini pa- cifico) qui hec agit(ſunt reliquie) ſcilicet vita eterna et bona que poſt hanc vitã relinquun tur ac ſupſunt et remanent ſanctis.

**Iniuſti autẽ diſperibunt: ſimul reliquie impiorum interibunt.**

Iniuſti aũt) econtra(diſperibũt) et dupli- ci contritõne conterentur quia in corpore et in anima deſtruentur et eterna damnatõe de- lebuntur(ſimul) etiam cum eis(reliquie im- piorum interibunt) quibus nihil reſtat niſi interitus eternus quia non ſuperſunt nec re ſeruantur eis reliquie vt viuant ſꝫ vt in pena gehenne ignis intereant. Hec omnia predi- cta bona iuſtis. totum eſt tñ a dño oĩm bono rum fonte ꝛ largitore. Et colligendo ſumma tim ſubiungit

**Salus autem iuſtoꝝ a dño: et ꝓtector eorum in tp̃e tribulatõnis.**

Salus aũt iuſtoꝝ) mentis et corporis in p̃- ſenti et in futuro(a dño eſt) nõ aliunde. Pri- ma ſalus que ad aĩam ꝑtinet eſt remiſſio pec- catoꝝ: ſꝫ qꝛ adhuc ꝑiclitamur in tribulatõni bus recte ſubiungit. (et ꝓtector eoꝝ eſt) ſi q̃d impugnat(in tp̃e tribulatõis) et tentatõis ne ſupentur. Nam niſi fideles ſuos diuina vir tus ꝓtegeret quis tot iacula tentationuꝫ aut tantos eſtus vicioꝝ ferre potuiſſet. Et ſpecia liter eſt ꝓtector eoꝝ in hora mortis qꝛ tũc ꝓ tegit eos a poteſtate demonis.

**Et adiuuabit eos dñs et liberabit eos et eruet eos a peccatoribus: et ſaluabit eos quia ſperauerunt in eo.**

Et adiuuabit eos dñs) .i. coopabit eis in p̃nti ad pugnandũ et ad bñ opandũ et ꝑſeue randum(et liberabit eos) a tribulatõibꝫ et an guſtijs(et eruet eos a peccatoribꝫ) ab eoꝝ in- ſidijs ꝛ ↄtrarietate ſeculi illeſos ſeruando vl̃ de hac vita eos ducendo. (et ſaluabit eos) ſa- lute et ſaluatõe ꝑpetua ad vitã eternã ꝑducẽ do ꝓpter hoc(quia) hic(ſperauerũt in eo) non in hoĩe aliquo vel in ſeculo Attende o miles chriſti quanta faciat ꝓ te tuus impator. Ipſe eſt tua ſalus: tua ꝓtectio: tua arma: tua libe- ratio vt te hic regat cuſtodiat et deinde ad vi tam eternam producat. Collige etiam ex pre dictis ꝙ iuſti et pij habent bona maxima ſci licet ſpiritualia puta gratias et virtutes in p̃ ſenti in omnibus vijs a deo directi: in omni bus actibus protecti et ab angelis cuſtoditi. intus leti in futuro eternaliter beati. Sed in iuſti et impij gaudentes et florentes proſpe- ritate temporali habent bona modica ſcilicet carnalia. in preſenti ſunt a deo derelicti ange lorum cuſtodia deſtituti: amaritudine pleni: in futuro perpetue damnati.

Oratio

Beatitudo omnium non incerta iuſtorum deus qui ſanctos tuos nõ derelinquis in fame: nec in ſtadio tribulatio num ſuperari permittis: precamur vt ea nos munias dextera quam illis ne corruant velo citer porrigis preparatam. Per dñm.

Pſalmus de oratione vere penitentis ſuas miſerias ꝓ peccatis lamentabiliter ꝯquerentis: docens nos in memoria habere peccatum ad cauendum et dolendū.

pſ. xxxvij.

# Domine ne in furore tuo arguas me: neq̧ in ira tua corripias me.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus talis eſt. Pſalmus dauid in rememoratōne ſabbati. Hoc eſt pſ iſte cōuenit dauid ꝓphete vł alijs penitenti docēs nos peccati memoriā habere ad cauendū ⁊ dolendū. habitus in rememoratōe ſabbati. i. recordatōe eterne requiei quā habere optat et ꝑdere formidat. Cū enī vt ſupra dictū eſt mali floreāt et boni laborēt ille penitens quecūq̧ mala pro peccatis patienter tolerare paratus eſt et flagella timens peiora ſcʒ ſupplicia eterna et recordans ſabbati eterni quo timet priuari peccati conſcius et deſiderat frui grauiter afflictus. Materia: multiplex afflictio et miſeria peccatoris dolentis pro peccatis ſuis. Intentio: inuitare peccatores ad penitentiam ⁊ monere vt patienter ſuſtineant quecunq̧ mala ad purgationem peccatorum euenerint. Sententia in generali: propheta in iſto pſalmo in perſona vere penitentis implorat dei miſericordiam enumerat et deſcribit ſuam miſeriam promittit emendam et petit conſeruationem diuinā. Sententia in ſpeciali: Ab oratione ergo et lachrymis incipiens ait. D (Domine ne in furore tuo) id eſt vehementi indignatōne tua (arguas me) cum reprobis me damnando. (neq̧ in ira tua) id eſt indignatōe leuiori (corripias me) pena purgatorij me cruciādo cui tamen pene nulla pena mundana comparabilis eſt ſed hic emenda et ſic me purga ꝙ ignis purgatorius non ſit mihi opus. quaſi diceret. ne punias me ſcd̄m rigorem iuſticie tue ſed magis ſcd̄m dulcorem tue miſericordie. Et pretendit multas miſerias quibꝫ iam in hoc ſeculo affligitur. vt qꝛ multa ſunt que patiꝛ ſufficiāt ne peiora patiaꝛ. Vn̄ ſubdit

**Qm̄ ſagitte tue infixe ſūnt mihi: et confirmaſti ſuꝑ me manū tuam.**

Qm̄ ſagitte tue) id eſt vindicte ſcilicet dolores corporis et anime. (infixe ſunt mihi) et vulnerant me propter peccatū et non ad horam ſed (et cōfirmaſti) diu ſcilicet vt ſint vſq̧ ad finem ſeculi (ſuper me manum tuam) id ē vindictam. quia pena peccati qua primum hominem percuſſiſti adhuc in humano genere perdurat vt dedecus culpe non remaneat ſine decore iuſticie: hoc autem feciſti vt tanq̄ bonus magiſter verberibus caſtigationis afflictum redderes emendatū. Eo vſq̧ aūt ꝯfirmaſti et ſic tetigit me manus tua ꝙ

**Non eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue: non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum:**

Non eſt ſanitas in carne mea) Portamus enim corpus mortale plenum tentationibus et miſerijs doloribus et indigentijs (a facie ire tue) id eſt ab inſtantia vindicte propter peccatum et poſt oſtenſam infirmitatem carnis oſtendit etiam afflictionē anime. dicens (nō eſt pax oſſibus meis). i. virtutibus que ſunt anime fortia. quia ſicut oſſa carnem ſic virtutes ſuſtinent mentem. (a facie peccatorum meorum) id eſt ab inſtantia ſuggeſtionū malarum et peccato ꝓuenientium quia caro impugnat ſpiritum et innumeris modis turbātur virtutes a vicijs et pccīs Nec h̄ mirū.

**Quoniam iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meū: et ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me.**

Qm̄ iniquitates mee ſuꝑgreſſe ſunt caput meū). i. preualuerūt et dominanꝛ menti mee: que eſt interioris hoīs caput et aīa mea peccatis inualeſcentibꝫ ſuccumbit ꝑ conſenſum (et ſicut onus graue grauate ſunt ſuꝑ me) ꝓpter multitudinē et magnitudinē qꝛ peccata ſicut plumbū deprimūt ⁊ nullum onus tam graue poteſt eſſe q̄ꝫ iniquitas cuius grauitatem illi ſoli ſentiunt qui eam deponere cupiunt et mentem ad celeſtia ſubleuare appetūt. Non enī grauis illi videtur qui adhuc in illa delectatur. vnde adhuc ſubditur

**Putruerūt et corrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipientie mee.**

Putruerunt) peccato iterum conſentiendo et ipſum in voluntate renouando (et corrupte ſunt) ad actum perducendo et in opere exercendo (cicatrices mee) id eſt plage peccatorum ſanate et ſanitates per remiſſionē peccatorum precedentiuꝫ inducte. et hoc (a facie inſipientie mee) id eſt propter ſtulticiam meam quia non ſum vſus viribus in baptiſmo receptis. o. d. mihi et mee inſipientie non deo imputo. Multū enī inſipiens eſt qui ſemel ſanatus iterū recidiuat. Jō adhuc ſubdiꝛ.

**Miſer factus ſum et curuatus ſum vſq̧ in finē: tota die ꝯtriſtatus ingrediebar.**

Miſer factus ſum) id ē miſer q̄s afflictus ſum portans multas miſerias et in anima et in corpe(et curuatus ſum) ab elatōne. q2 oīs qui ſe exaltat humiliabitur( vſq3 in finem).i. totaliter vel vſq3 ad mortē(tota die).i.tota vita mea iugiter aſſidue 7 ſine intermiſſione(cōtriſtatus)amiſſa leticia ſpūali ꝓpter mea peccata: ꝓpter murmurationē ſynderesis cōtra malum(ingrediebar).i. ꝑambulabā viā huius vite. Et hoc ideo

**Quō lumbi mei impleti ſunt illuſionib9 et nō eſt ſanitas in carne mea.**

Quō lumbi mei impleti ſunt illuſionib9) id eſt libidinū incentiuis 7 carnalib9 delectationibus que mihi illudunt attentantes diuerſis fantaſijs(et) ꝑ hoc(non eſt ſanitas in carne mea) Nam in totū corpus redundant hmōi incētiua. Uel illuſiōes ſunt vane imaginatōnes et cogitatōnes ex quib9 anima fatigatur et aliqñ vix orare ꝑmittitur. Ideo autem lumbos poſuit q2 in lumbis eſt carnalis voluptas vnde illuſiones ꝓcreantur.(et non eſt ſanitas in carne mea).i.in corpore ſcilȝ in hac vita.

**Afflictus ſum 7 humiliatus ſum nimis rugiebam a gemitu cordis mei.**

Afflictus ſum)corpe(et humiliatus ſum) corde vt nihil in me ſit liberū a pena: vnde ſequitur(nimis)q2 vndiq3 eſt calamitas(rugiebam)amare flendo(a gemitu)et amaritudine(cordis mei)conſiderās tantas meas miſerias interiores et exteriores. Ex afflictōne humiliatio: et ex hūiliatione ꝓcedit gemitus Ad hoc penis et flagellis peccator affligitur vt a ſua ſupbia hūilietur: quatenus q̄ letus et elatus ꝑpetrauit peccatū afflictus et humiliatus redeat ad lamentum.

**Dñe ante te omne deſideriū meū: et gemitus meus a te nō eſt abſconditus.**

Dñe)qui vides cor(ante te) eſt(omne deſiderium meū)et affectus non cōtra te q2 nihil deſidero niſi quod tibi placet.q.d.ad conſequendum deſideriū meū non habeo hoīem ad quē confugiā et ideo ad te qui omne deſideriȝ meū noſti recurro(et gemitus meus) non ꝓ terrenis ſed ꝓ celeſtib9(a te non eſt abſconditus)et ſi abſconditur ab hominibus. quaſi diceret.apponas mihi remediū qui noſti ſecreta cordium.

**Cor meum conturbatum eſt: dereliquit me virtus mea: et lumen oculorū meoꝝ et ipſum non eſt mecum.**

Cor meū ꝯturbatū eſt)paſſionib9 ſuccumbendo ac pacem et tranquillitatē ꝯſcientie amittendo: q2 dereliquit me virtus mea) q uā ante peccatū habui(et lumē oculoꝝ meorū) ſpūalium et mentaliū.i.ratio imꝑturbata ſcȝ dereliquit me 7 defecit ꝓpter turbulentiā paſſionū et ꝓ ingentib9 moleſtijs (et) ideo (ipm non eſt mecū)q2 mens mea cecata eſt a peccato et,ſic poſtpoſito veritatis lumine ſecutus ſum errorem et in tenebras decidi pccoꝝ.

**Amici mei et ꝓximi mei: aduerſum me appropinquauerunt et ſteterunt.**

Amici mei)ſcȝ nature et fortune nō gratie (et ꝓximi mei) beneficij collatōne his duob9 ſolatijs gaudet hūanitas ſed huic ſunt cumulus paſſionū vnde ſequitur(aduerſum me appropinquauerūt)ꝯſilijs et dolis vel exprobrando et in bonis reſiſtendo(et ſteterunt)in malicia ſua pſeuerantes et cōtra me cauſantes. Non ait inimici aut extranei ſed amici et proximi. Grauiora quidē ſunt mala que ab amicis patimur q2 nō ſolum pena ſed etiam amiſſa charitas nos cruciat

**Et qui iuxta me erant de longe ſteterūt: et vim faciebant qui querebant animaȝ meam.**

Et qui iuxta me erāt)et me in bono dirigere et cōfortare debebant( de longe ſteterūt) id eſt de ſalute mea parum curauerūt( et vim faciebant qui querebant aīam meā)ꝑdere ſcȝ demones cū miniſtris ſuis tentatōnes horridas immittentes. Uel( qui iuxta me erant) ſcȝ vicini mei(de longe ſteterūt)tanq̄ abominantes me ꝓpter multitudinē miſerie mee. (et vim faciebant) veniētes cū impetu (qui querebant aīam meam).i. vitam meam vt auferrent eam.

**Et qui inq̄rebant mala mihi locuti ſunt vanitates: et dolos tota die meditabant̄**

Et qui inquirebāt mala mihi) inueſtigantes quo modo mihi nocerēt vel mortē inferrent ſcȝ hoīes maligni q̄ ſunt mēbra diaboli q2 nō inueniebāt crimina(locuti ſunt vanitates).i.finxerūt falſa et mendacia(et dolos).i. fallacias(tota die).i.aſſidue et ſine ceſſatōne (meditabant̄)in corde quib9 me decipe poſſent vel accuſare. Deinde ſubiungit q̄ patiens in omnib9 his fuit.

**Ego aūt tanq̄ ſurdus nō audiebā: et ſicut mutus nō aperiens os ſuum.**

Ego autem tanq̄ ſurdus non audiebaȝ) id eſt me audire diſſimulabam et quaſi non audirem non reſpondebam. vnde ſequitur. (et ſicut mutus non aperiens os ſuum)quia

ſic tacebam quaſi reſpondere non poſſem. Mutus aperiens os ſuum et ſi non clare loquitur vel balbutiendo remurmurat: Is autem nihil aſpera dixit vel rn̄dit. quia os ſuū ad ꝯtradicendum vel reſpondendū eis non aperuit: ſed tam patienter om̄ia ſuſtinebat ac ſi nihil audire vel loqui poſſet. Et quaſi exponendo ſubdit.

**Et factus ſum ſicut homo nō audiens: et nō habens in ore ſuo redargutōes.**

Et factus ſum). i. ſitūatus ſum (ſicut homo nō audiens). i. nō potens audire, diſſimulando obiecta cōuicia. (et ſicut homo nō habens in ore ſuo redargutōnes) cōtra aduerſarios. i. ꝙuis haberē vnde eos redarguere poſſem tn̄ fui quaſi nō habens quia mala patienter ſuſtinui et ſic tacui quaſi non eſſet vn̄ illos arguerem. Ecce magna virtus audire noxia et nō reddere cōtra. Et

**Quoniaꝫ in te dn̄e ſperaui: tu exaudies domine deus meus.**

Qm̄) inter tot mala (in te) ſolo (dn̄e) q̄ mutas triſtia in leta (ſperaui) ꝓpter te p̄dicta ſuſtinendo et remediū a te expectando. ſalutaris medicina eſt in malis ſperare et nō deficere ideo merito ſpei (tu exaudies) petitōes meas (dn̄e deus meus) me de malis omnib9 liberando. Facile aduerſa ſupas ſi ſpes tua fixa ſit in deo. Et ſi tribularis ad tp̄s in tp̄e oportuno exaudiet te dn̄s deus tuus. Inde autē exaudies

**Quia dixi nequando ſupgaudeāt mihi inimici mei et dum cōmouentur pedes mei: ſup me magna locuti ſunt.**

Quia dixi) in orōne te dep̄cando (ne qn̄ ſupergaudeant mihi) me ſupato et inſultando cōuicientur. i. p̄ualeant ad gaudendū de me ſupato et mihi cōuiciato inſultando (inimici mei). i. demones vel maligni hoīes de lapſu hoīm gaudentes (et dum cōmouentur) et q̄ſi labūtur aliqn̄ humana infirmitate (pedes mei). i. affectus vel actus mei. Hoc eſt ſi viderent me a ꝓpoſito meo moueri et a rectitudine iuſticie declinare. (ſup me magna locuti ſunt). i. loquerent̄ exprobrando et illudendo vbi eſſet miſerendū. Inde eni irrident impij: vnde dolent pij. Poteſt etiā penitens iam p̄dicta dicere in pſona capitis exponens eius paſſionē nō diuidens a capite vocē ſuam. vt eni caput dicit peccata noſtra ſua in pſalmo Deus deus meus reſpice in me. ſic nos paſſiones eius que hic ponuntur dicamus noſtras: ſic loquendo. Amici mei ficti et ꝓximi mei ſ̄m carnē ſcꝫ iudei. Et qui iuxta me erāt ſcꝫ diſcipuli de longe ſteterunt fugiendo. et vim faciebāt: trahētes ad iudicū et mortē ꝛc̄. vt ptꝫ ex p̄dictis. Deinde penitēs de ſe loquitur. d. Et ideo etiā exaudies

**Qm̄ ego in flagella paratus ſum: et dolor meus in cōſpectu meo ſemp.**

Qm̄ ego) ſciens me deliquiſſe (in flagella) ſuſtinenda (paratus ſum). i. ſuſtinere patienter quicquid inflixeris: quia ad hoc natus ſum vt flagella ferā. Flagellat eni deus oēm filium quem recipit ad hereditateꝫ. (et dolor meus) de peccatis cōmiſſis Uel (dolor). i. peccatum vnde eſt dolor et qḋ eſt cauſa doloris mei. an̄cedens ꝓ ꝯſequenti. eſt (in conſpectu meo) et cōſideratōne (ſemper). i. aſſidue p̄ cordis ꝯtritionē. Inde dolet quia deliquit. Impius eni ſe defendit: iuſtus cōtra ſe iraſcitur. vnde ſe accuſando ſubiungit

**Qm̄ iniquitatē meā annunciabo: et cogitabo pro peccato meo.**

Qm̄ iniquitatē meā annunciabo) in vera cōfeſſione. i. ꝯfitebor. niſi eni doleret nō ſic ſe accuſaret. et q2 nō ſufficit ſolum confiteri: addit (et cogitabo). i. ſollicitus ero et ſedule curam agam (ꝓ peccato meo) ſanando ac pro eius ſatiſfactōe et emendatōe p̄ fletus elemoſynas. ieiunia ꝛ hm̄oi. Hic eni ē de eo q̄ poſt ꝯfeſſionē de pcc̄o nō cogitat quō de vulnerato q̄ vulnus ſuū medico detegit et poſt vilipendit emplaſtrū apponere vel negligit

**Inimici aūt mei viuunt et confirmati ſunt ſuper me: et multiplicati ſunt qui oderunt me inique.**

Inimici aūt mei viuunt) id eſt ꝓſperantur et florent felicitate ſeculi fruunturqꝫ mundo ac bene eſt eis et gaudent in eo vbi ego laboro et rugio (et ꝯfirmati) ac corroborati (ſunt) in fortitudine et ptāte nocendi (ſuper me) ad opprimendū me (et multiplicati ſunt) numero ac quotidie plures fiunt ꝛ apparēt qm̄ nec in ꝓſperis agnoſcitur amicus nec in aduerſis abſconditur inimicus. (qui oderunt me inique). i. contra equitatē quia amicū et ſine culpa. et ꝓ bonis reddētes mihi mala. Ideo ſequitur

**Qui retribuūt mala ꝓ bonis detrahebāt mihi: qm̄ ſequebar bonitatem.**

Qui retribuunt mala pro bonis) ex ingratitudine hoc peſſimorum eſt: ſicut reddere bona pro malis eſt perfectorum. Cetera vero duo ſunt mediocrium. (detrahebant mihi) ex inuidia pro bono malū reddiderunt nec

ſolum nocebant facto ſed inſuper detrahebant
verbo et cauſam oīm iſtorum ſubdit q2 nō alia
de cauſa niſi (qm̄ ſequebar bonitatem) et ideo
dixit mala p bonis. Ecce q̄ mala et peruerſa
intentio. Si etiā corripiat te aliquis bonū ti
bi volens et illū oderis reddis mala p bonis
Sed q2 hec mala ſunt homini intolerabilia
niſi ex dei gratia Ideo

**Ne derelinquas me dn̄e deus meus: ne
diſceſſeris a me.**

Ne derelinq̄s me) ſubtrahendo tuū auxi-
lium (dn̄e deus meus) auctor ſalutis mee. i.
ne dimittas me fragilitati mee quia dimiſſus
nō potero ſubſiſtere. vel ſi ad horā relinquis
(ne diſceſſeris) penitus (a me) ſubtrahendo
gr̄am tuā tanq̄ elongatus a me. i. ne p abſen-
tiam gr̄e tue dimiſeris me perire. Vel (ne de
relinquas me) pmittendo me cadere in tenta-
tionem vt peccē q2 grauior eſt offenſio poſt
veniā. (ne diſceſſeris a me) ita q2 a bono deſi-
ſtam. Sed potius

**Intende in adiutorium meum: domine
deus ſalutis mee.**

Intende in adiutoriū meū). i. da te inten-
tum vt me adiuues ad pugnandū ꝯtra ho-
ſtem et ꝯtra pc̄ci recidiuum: et celerrime preſta
mihi auxiliū (dn̄e deus ſalutis mee) rector me
us: creator meus et mee ſalutis eterne auctor
et dator) Vel (intende in adiutoriū meū) ad
bñ operandum ita vt bona faciā et in eis pſeue
rem (dn̄e deus ſalutis mee) vt habeam eterne
beatitudinis retributionē. Oratio.

Emitte dn̄e ſalutare tuū infirmitatibus no
ſtris: vulnerū cicatricūq; mortaliū potentiſ-
ſime mediator vt omnē gemitū dolorēq; no-
ſtrum coram te deplorantes valeamus euin
cere inſultatōes aduerſantiū viciorum. P. d.

**Pſalmus de cuſtodia lingue ac de va
nitate et miſeria vite hūane multis ad-
uerſitatibus et vanitatibus ſubiecte.**

**Ps. xxxviij.**

**Dixi cuſtodiā vi-
as meas: vt non delinquam in lin-
gua mea.**

Auctor pſalmi pphēta dauid. Titulus hic
eſt. In finem canticū dauid pidituum. Et eſt
ſenſus. Canticū iſtud qđ ideo dicitur canti-
cum q2 ſpūalem ꝯtinet iocunditatē. docet eni
nos mente de terrenis ad celeſtia tranſilire:
dirigens nos in finē. i. in ꝯſummatōem: eſt da
uid pphete et eſt p yditbū. i. p tranſiliente eos
qui vana ſectantur. cōuenit eni pfecto de vi-
cijs ad virtutes: de dilectōe ſeculi ad amorem
dei et inde ad eternitatem mente tranſilienti
qui omnibus mundanis poſtpoſitis ſolis cele
ſtibus inhiat. et adeo pfectus eſt vt etiam lin-
guam a peccato om̄ino cohibeat. Fidelis er
go qui in p̄cedenti pſalmo p penitentiam vi
tam ſuam correxit hic perfectionem vite ſue
alijs formā bene viuendi pponit referens eis
tranſitum ſuum vt et ipſi ſatagant confor-
mes eius fieri et in tranſeundo ipm imitari.
Materia: miſeria humana quia breuis vita
fragilis natura et ſubſtantia multis aduerſi
tatibus et vanitatibus ſubiecta. Intentio: mo
nere nos miſerias p̄ſentis vite attendere tem
poralia et mundana contēnere et eis poſtpo
ſitis ad eterna et celeſtia deſiderio tranſire.
Sententia in generali: propheta in iſto pſal
mo in perſona tranſilientis loquēs docet in
ter prauos et calumnioſos linguam conti-
nere. oſtendit mundana eſſe vana et celeſtia
appetenda. petit a malis liberari et culpam ſi-
bi remitti vt ſecure poſſit ab hac vita migra-
re et celeſtia obtinere. Sententia in ſpeciali:
Tranſilitor ergo ille de bona opinione ſemp
trahens inuidiam iniquorum et calumniam
deliberat inter malos tacere ne qđ dicat ma-
le ita incipiens. (Dixi) id eſt in corde decre-
ui et firmiter propoſui (cuſtodiam vias me-
as) id eſt locutōnes et actōes que ſunt vie no
ſtre ad deum. Bene enim loquendo et recte
agendo ad eterna proficiſcimur. Cuſtodiam
inquam (vt) etiam (non delinquam) id eſt nō
peccem (in lingua mea) loquendo fatua vel
ocioſa verba. nam qui in verbo non offendit
ille perfectus eſt vir et qui cuſtodit linguam
ſuam cuſtodit animam ſuam. Non enim ali
ter ſcio vite mee cuſtodire vias niſi cuſtodita
lingua. Nam qui inconſideratus eſt ad lo-
quendū ſentiet mala. Dixi inq̄ et feci. Nam

**Poſui ori meo cuſtodiā: cum conſiſte-
ret peccator aduerſum me.**

Poſui ori meo cuſtodiam) et ſilentium ob
ſeruans os a loquendo (cum) et q̄ diu (con-
ſiſteret) et eſſet (peccator) et impius et litigio-
ſus et calumnioſus (aduerſum me) mihi in-
ſidiando et laqueos proponendo ad capien
dum me in verbis et ad querendum calu-
mniam ex eis. Talibus quidem magis ſilen
dum eſt q̄ aliquid dicendum. quia decipi-
untur per ſilentium non valentes eum ver-
bis tenere quem querunt decipere. Unde in
Eccleſiaſtico. Ubi auditus non eſt non ef-
fundas ſermonem. Poſui ergo cuſtodiam
vſq; eo q2

**Obmutui et humiliatus ſum et ſilui a bonis: et dolor meus renouatus eſt:**

Obmutui) penitus tacẽdo (et) exinde (humiliatus ſum) et vilis factus apud aduerſarios improperia ab eis ſuſtinendo (et ſilui) non ſolũ a malis ſed etiã (a bonis) annunciãdis vt nõ delinquerẽ in malis et vt vitarem ꝯtentionẽ cũ impijs. (et) ex hoc dum ſic tacui (dolor meus) quo ante ſilentiũ de malis peccatorũ dolui (renouatus eſt) et excitatus per remorſum ꝯſcientie dũ vidi iniquitates hominũ creſcere me tacente. Et quia vidẽs mala tacui dicenda. Ideo

**Concaluit cor meum intra me: et in meditatione mea exardeſcet ignis.**

Concaluit cor meũ intra me). i. ex om̃i ꝑte igne inflãmatum eſt ex dei et ꝓximi amore et cepit inquietũ eſſe videns hinc mihi ꝑicula imminere (et in meditatõe mea) de his habita. i. dum ſic meditarer (exardeſcet). i. ardẽter inflãmatur (ignis). i. feruor dilectõnis et ire ꝑ zelum vt arguerem inſenſatos qꝛ zelus domus tue cõmedit me tacentẽ et q̃diu ſilebo tanto amplo ignis exardeſcet quia amor ꝓximoꝝ quibꝫ tacui angit me ⁊ ſtimulat. Et in hac fluctuatõne dicendi et tacendi dum in vtroq; video ꝑicula tandem

**Locutus ſum in lingua mea: notum fac mihi dñe finem meum.**

Locutus ſum in lingua mea) nõ hoĩbus ſed deo ipm̃ deuote exorãdo. Ei cui nota eſt cogitatio ſua: ideo in lingua loquit᷑ vt eius locutõne auditoꝝ vita inſtruatur. et ſubiungit quid ſit locutus dicens (notum fac mihi dñe finẽ meum) ante oculos meos ponendo quo tendere debeã ne ſi curram in incertum: aberrare valeam. q. d. iſte tranſiliens: queſiui meliorẽ locum vbi hec nõ patiar ſuſpirãs in finem quendã vbi nõ ſunt ſcandala ſcilicꝫ vitam eternam

**Et numerum dierum meoꝝ quis eſt: vt ſciam quid deſit mihi.**

Et) inſuꝑ etiã fac mihi notũ (numerũ dierum meoꝝ) ſcꝫ eternitatis (qui) numerus dierum vere eſt ac verũ eſſe habet qꝛ p̃terire nõ valet. et eſt numerus ſine numero nec tranſit numerando. (vt) illis intentus (ſciã quid) et quantũ (mihi) hic degenti (deſit) ad beatitudinem tendenti vnde humilior homo fit qui hec nouit. Ex ꝯſideratõe eni eoꝝ que nobis aſſunt ſolet naſci ſuꝑbia: ex illoꝝ que deſunt humilitas. Idcirco aũt reprobi quid eis deſit deꝑhendere non pñt qꝛ terrenis ex amore ſuccumbunt et corda ad ſuꝑna non erigunt. Noto autẽ fine et diebꝫ qui ſunt: attendit ad hec tꝑalia et ꝯpat inuicem. d.

**Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: et ſubſtantia mea tanq̃ȝ nihilũ ante te.**

Ecce menſurabiles). i. breues et tranſitorios. quiſq; eni ſub certa menſura viuit (poſuiſti dies meos) qui dederas immenſurabiles ſi homo ꝑſtitiſſet (et ſubſtãtia mea) ſcꝫ nature. i. tꝑalis hec vita mea (tanq̃ȝ nihilũ) reputandũ eſt (ante te). i. compata eternitati tue et in ꝯꝑatione ad te qui eternus es qꝛ id qđ eſt modicũ tanq̃ȝ nihil reputat᷑. Vel (ſubſtantia mea tanq̃ȝ nihilũ eſt ante te). i. ꝯtuitu illius que ante te erit. Iſte vir ſanctus dies ſuos tranſitorios ꝯſpicit et ſe nihil niſi puluerem cognoſcit. vñ etiã ſecutus adiungit.

**Verũtamen vniuerſa vanitas om̃is homo viuens.**

Verũtamen) adhuc etiaꝫ (vniuerſa). i. oĩa que ſunt apud nos ſunt (vanitas) ꝓ mutabilitate qꝛ ſunt mutabilia et tranſitoria ac vana et nõ tm̃ terrena et bruta: ſꝫ etiã (oĩs homo viuens) hic in hoc mundo de quo minus videtur eſt vanitas etiã ſupra bruta qꝛ illa non ſubiacent culpe ſed tm̃ pene. Vel (oĩs hõ viuens eſt vniuerſa vanitas) qꝛ vana cogitans vana loquens. vana faciens. vel om̃i vanitate plenus quantũ eſt ex ſe ſcꝫ nature culpe et miſerie ⁊ vniuerſa q̃ in hoĩe ſunt tã interius q̃ȝ exterius diminutõꝫ hñt ⁊ mutabilitatẽ.

**Verũtamen in imagine ꝑtranſit homo: ſed fruſtra conturbatur.**

Verũtamen) p̃ter hec etiã (in imagine). i. ad ſimilitudinẽ imaginis in ſomnis vel in ſpeculo apparentis que ſubito diſparet et in obliuionẽ venit. (ꝑtranſit homo) om̃is. i. cito tranſit et tranſeundo deficit ⁊ euaneſcit. et nõ ſolum hoc (ſed) et q̃ȝuis ſic trãſeat nihilominus tñ (fruſtra cõturbatur). i. inutiliter et vana ſollicitudine circa tꝑalia grauatur et iraſcitur de vanis ad votũ nõ ſuccedẽtibꝫ qꝛ oĩa tranſeunt et deficiunt. Et vere eſt vana et inutilis ꝯturbatio. quia

**Theſaurizat: ⁊ ignorat cui ꝯgregabit ea**

Theſaurizat) et cõgregat diuitias cũ magna ſollicitudine ꝓ ſe et ſua ſucceſſione (et) tñ (ignorat cui ꝯgregabit ea) qꝛ neſcit vtrũ ipſe fruetur eis vel nõ et vtruꝫ filij hereditabunt eas poſt mortẽ vel nõ: forſitan eni cito morietur et deſidia filioꝝ euertet. aut fiſcus occupabit. aut fures rapiẽt. aut aduerſarij vl' ignoti poſſidebunt. Beatus autem ille eſt qui ibi

theſaurizat vbi damnū timere nō habeat.

Et nunc que eſt expectatio mea: nonne dñs: et ſubſtantia mea apud te eſt.

Et nunc)inter tot vanitates vite p̄ntis cū alij alia expectant(que eſt expectatio mea)nō vana.i.finis meus quē quero: ſpero et expecto(nōne dñs)qui eſt ſup oīa. q.d.ex quo tota vita humana vanitas eſt: relictis omnibꝫ nihil niſi dñm ꝛ ab eo ſolo bona expecto. Et cōuertens ſe ad illū quem expectans diligit ei dicit.(et ſubſtantia mea) ſcꝫ meritoꝝ ꝛ premiorum(apud te eſt.)Poſſeſſiones eñi et diuitie iuſtoꝝ nihil preter deū ꝯcupiſcentiū: reſeruantur apud deum. Sꝫ quia nemo ſine peccato eſt ideo

Ab omnibꝫ iniquitatibꝫ meis erue me: obprobriū inſipienti dediſti me.

Ab oñibꝫ iniquitatibꝫ meis erue me)tam cogitatōnis q̃ꝫ locutōnis et opis: tam ab occultis q̃ꝫ ab alienis: tam a venialibus q̃ꝫ a criminalibꝫ: remittendo mihi culpas et penas p eis meritas. et qꝛ terrena contemno et ſola inuiſibilia cōcupiſco(obprobriū inſipienti)id ē maligno de eternitate nō ſatagenti et me pſequenti(dedit me) qꝛ mali illudunt bonis factis hoim: et ſtultus irridet bonos mores alioꝝ. Vñ apl's.ſpectaculū facti ſumus mūdo et angelis et hominibus. Sed habitus obprobrio

Obmutui et nō apui os meū: qm̄ tu feciſti: amoue a me plagas tuas.

Obmutui).i.tacui. nō egi ꝯtentioſe cōtra aduerſarios oēm exhibens patientiā(et non aperui os meū).i.non egi murmure cōtra te: ſed cū ſilentio et patientia oīa ptuli. et(qm̄ tu feciſti)et hec ita conſtituiſti(amoue a me plagas tuas).i.grauedinē penaꝝ et flagelloꝝ: q̄bus me affligi pmittis. vt nō ſuccumbā vel tenter ſupra id qđ poſſum. Sicut eñi tuū eſt ferire peccatorē ex iuſticia: ſic tuū eſt pcere ex miſcđia. nec eñi tm̄ iuſtus es ſed etiaꝫ miſericors. Et neceſſe eſt vt amoueas qꝛ

A fortitudīe man⁹ tue ego defeci ī increpatōibꝫ: ꝓpter iniqtatē corripuiſti hoīeꝫ.

A fortitudine manus tue)vindicis.i.a forti vindicta ptātis tue facta(in increpatōibꝫ)id eſt tuis duris punitōibꝫ(ego defeci)quaſi nō potens ſuſtinere. Per hoc ꝙ dicit in increpatōnibꝫ notat deū vindictā ſuam ad hoc facere vt retrahat hoīem a peccato. nam flagellum medicina eſt ꝯtra peccatū. In eo ergo ꝙ flagellat increpat nos qꝛ peccauimus. vnde adiūgit(ꝓpter iniquitatē corripuiſti hoīeꝫ)

vt corripiendo erudires: aliter eñi iniquitas incurata in peius tenderet. Quia

Et tabeſcere feciſti ſicut araneā aīam ei⁹ verūtamen vane ꝯturbatur oīs homo.

Et tabeſcere).i.infirmari ꝛ hūiliari(feciſti aīam eius)ad erudiendā eam(ſicut araneā)q̄ nihil eſt tabidius que leuiter tacta cadit.i.feciſti vt aīa eius infirma fieret et hūiliata ſuperbiam deponeret. Supbia eñi ꝛ fortitudine quadam homo diſplicuit. eruditur humilitate et infirmitate vt nō de ſe p̄ſumat(verūtamen)licet tante ſit fragilitatis et miſerie nihilominus(vane).i.p vanis appetendis ꝛ acquirendis inutiliter(cōturbatur)et inquietatur(oīs hō).i.tota multitudo hoim carnaliter viuentiū. Et ne p vanis cōturber

Exaudi orōꝫ meā dñe: et dep̄catōꝫ meā: auribꝫ pcipe lachrymas meas.

Exaudi orōem meā dñe) p bonis adipiſcendis(et deprecatōeꝫ meā) p malis amouēdis. et ne putes tm̄ verbis orare addit(auribus pcipe lachrymas meas) miſericorditer ſuſcipiendo eas. Et bñ dicit(auribꝫ pcipe)qꝛ lachryme pondera et vim vocis habent. lachryme ad orōem ſunt ſicut pluuie ad ſemē: et faciūt in p̄cibꝫ violentiā ad mouendā miſericordiam. Quanto quiſqꝫ ſanctior eſt tanto vberiores lachrymas in orōne habet. vbi lachryme ſunt ibi diuinus ignis accendit̄. Et quia oro et deprecor

Ne ſileas qm̄ aduena ego ſum apud te: et pegrinus ſicut oēs p̄res mei.

Ne ſileas).i.ne diſſimules te audire nō reſpondendo petitōni mee: ſed fac vt audiaꝫ te dicentem mihi in corde: modo ſalus tua ego ſum. vel. remiſſa ſunt tibi peccata tua. qm̄(aduena ego ſum apud te)tranſlatus de ciuitate babylonie manēs apud te et ſeruiens tibi q̄tidie. nec tñ adhuc in ciuitate tua ſum: ꝓpter ea ſubdit.(et pegrinus)nō eligens vel habēs hic ſedem: ſꝫ ſemp patriā querens. Nō enim habemus hic manentē ciuitatē: ſed futuram in celo requirimus. et q̃ꝫdiu ſumus in corpe: pegrinamur a dño.(ſicut oēs p̄res mei)fuerunt qꝛ hinc migrauerunt. Et quia etiā ſine dubio migraturus ſum

Remitte mihi vt refrigerer priuſquam abeam: et amplius non ero.

Remitte mihi)debita mea ſcꝫ culpā et penam meritā.(vt refrigerer)in ꝯſcientia mea p tuā ꝯſolationē vt exonerata ſit eſtu ſollicitudinis peccatorū meoꝝ.(priuſq̃ꝫ)ab hac vita(abeam)ne cum peccatis eam(et amplius nō

ero)in illo vero eſſe quod eſt cum deo ſi nõ remiſſis peccatis hinc abiero. Mali eni nõ eſſe dicuntur: q2 nõ habent verum eſſe. Vel (amplius non ero)in ſtatu merendi: et ꝓpter hoc nũc eſt tps remittendi q2 poſt mortem nõ eſt peccati remiſſio nec valet cõfeſſio: vnde añ terminum vite ſubueniendũ eſt infirmo: ante lationem ſententie prouidendum eſt reo. ante clauſionẽ ianue feſtinandũ eſt ꝑegrino.

Cuſtodi dñe viam nr̃am Oratio.

ne delinquamus in lingua vt in meditatõnibus nr̃is ſpũali igniculo ardeſcente ea theſaurizemus in ſeculo que retribuente te capiamus in perpetuum. Per do.

Pſalmus de aduentu chriſti in carne et veteris ſacrificij immutatione: de euangelice legis ꝓmulgatõne: et ꝓ fideliũ bono ſtatu ſupplicatõne. ps. xxxix.

EXpectans expectaui dñm: et intendit mihi.

Auctor pſalmi ꝓpħa dauid. Titulus talis eſt In finẽ ps dauid. Hoc eſt ps ille dirigens nos in finẽ. i. in nouũ teſtamentum ꝯſummans: agit eni de mutatõne veteris teſtamenti in nouũ. attribuitur dauid. i. chriſto: ſcȝ capiti et membris. Quia ergo ſupra egit de tranſiliente et alios ad ſui imitationem inuitante: nũc exemplo eccleſie deum ꝑſeueranter expectãtis admonet laborantes in vinea vt nõ ante finem laboris querãt denarium ſȝ bene oꝑando ei ꝓximis ſalutis neceſſaria p̄dicando: et ſine intermiſſione orando: deum expectent remuneratorẽ. Materia: expectatus aduentus chriſti in carne et veteris ſacrificij immutatio: euangelice legis ꝓmulgatio: et ꝓ fideliũ bono ſtatu ſupplicatio Intentio: ꝑſuadere ad fidem chriſti accedere: et fideles de tãto bñficio gratos eſſe. Sententia in generali: ꝓpheta in iſto pſalmo primum inducens eccleſiã expectaſſe deũ et accepiſſe eum: et ab eo nouũ teſtamentũ: in ꝑſona fideliũ circa myſteriũ incarnatõnis agit gratiarum actõnem. Deinde in ꝑſona chriſti ponit huius myſterij rõnem: et tandem ꝓ bono ſtatu corꝑis ſui myſtici deꝑcationem. Snia in ſpeciali: Et q2 difficile erat iudeos a conſuetis ceremonijs ⁊ gentes ab idolatria reuocare ad nouũ teſtamentuȝ: vtitur auctoritate antiquoꝝ patrum dicens. (Expectans expectaui)non hoiem qui fallere et falli pt et qui mecũ indiget nec aliud ſed (dñm)qui ſaluare poteſt. i. cum magno deſiderio et aſſidue expectaui chriſti aduentum in ꝓmiſſione ꝓphetarum. q. d. ita expectaui dñm vt q̃tidie eſſem expectãs eum. Talis geminatio ad exprimẽdum intenſum affectũ frequẽs eſt in ideomate hebreo. (et) q2 ꝑſeueraui (intendit mihi). i. ad vtilitatẽ meam ſcȝ preſtando grãm ſuam. Quomodo autem dominus ei intendit exponit cum ſubiũgit

Et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miſerie et de luto fecis.

Et exaudiuit)veniendo in mundũ (p̄ces meas)a quibꝰ expectans nõ ceſſaui (et eduxit me)ꝑ ſuam et aploꝝ p̄dicationeȝ (de lacu miſerie). i. de ceca et tenebroſa ꝓfunditate erroris que hoies cecos facit. (et de luto fecis). i. de cõcupiſcentijs carnis et deſiderijs terrenis que aı̃as reddunt lutulentas corã dño et in imo iacentes.

Et ſtatuit ſupra petrã pedes meos: et direxit greſſus meos.

Et ſtatuit). i. firmauit per fidem (ſupra petram)ſcȝ ſeipm (pedes meos). i. ſenſus ⁊ affectus meos qui prius cũ diabolo erant. q. d. totũ ſenſum et affectũ in ſe poſuit cõtemptis tꝑalibꝰ ne ab huius ſeculi nutarẽ impulſibꝰ. (et direxit) in via moꝝ ne ad eum veniendo poſt tergũ et retro aſpicerẽ. (greſſus meos) id eſt operum et actuũ meoꝝ. Prius de lacu prauitatis educitur: deinde in petra ſolidatur: et poſt: boni oꝑis greſſus diriguntur. et ſic ad predicandũ alijs dignus efficitur. vnde ſequitur

Et immiſit in os meũ canticũ nouum: carmen deo noſtro.

Et)ſic (immiſit in os meũ canticũ nouũ) ſcȝ p̄dicationẽ noui teſtamẽti qd ipſe nouus homo attulit et de nouo cantatur ſcȝ de eius incarnatõne: paſſione: reſurrectõne: aſcenſione et hmõi. et a nouo ꝓplo: q2 nemo niſi innouatus cantare p̄ſumit: quodqȝ innouat et nouum hoiem facit: ac nouitatẽ vite docet. canticum dico (carmen). i. laudem vel hymnum ſcȝ gratiaꝝ actõis ꝓ beneficio diuine miſerationis (deo nr̃o) qd ad magnã dei ꝑtinet laudem. Et quia hoc cantico et carmine audito multos ad fidem cõuerſuros vir ſanctus vidit ideo adiunxit.

Videbunt multi et timebunt: et ſperabunt in domino.

Videbunt)ꝑ fidem (multi)qui ceci erãt et de deo nihil intelligebant quia attendentes et imitantes cantici noui cantores illuminati ſunt (et timebunt) q2 ſe pcc̃ores intelligent

et penitentiam agent(et ſperabunt in dño)remiſſionem peccatoꝝ cõſequi ab eo. Videbũt ergo credentes: timebunt penitentes: ſperabunt celeſtia appetẽtes. Ecce fides:ſpes ⁊ charitas quibꝫ colitur deus et efficitur homo beatus. vnde et ſubditur

**Beatus vir cuius eſt nomẽ domini ſpes eius:et non reſpexit in vanitates et inſanias falſas.**

Beatus vir cuius eſt nomen dñi.ſcꝫ ieſu chriſti quod eſt ſaluator(ſpes eius).i.qui nõ temꝑalia ſperat ab eo ſed illud quod eius nomen indicat ſcꝫ ſalutem(et non reſpexit in vanitates)huius mundi ſcꝫ appetendo temporalia et terrena que vana ſunt et tranſitoria.(et inſanias falſas)que ſunt in voluptatibus huius ſeculi que fallunt et decipiũt. Vel(inſanias falſas) errorum vt idola adoraret: que fallunt et falſos faciunt. Unde conuertens ſe ad dñm vt corda talium ſimiliter ad ipſum conuertat ait.

**Multa feciſti tu dñe deus mirabilia tua: et cogitatõibꝫ tuis nõ eſt qui ſilis ſit tibi**

Multa feciſti tu dñe deus meus mirabilia tua)in corꝑalibꝫ et ſpũalibus. Feciſti eñi celum et terrã et omnia que in eis ſunt(et in cogitatõnibꝫ tuis)quibus illa mirabilia feciſti et quibꝫ oĩa diſponis.i. in ſapientia tua et conſilio(nõ eſt qui ſimilis ſit tibi.) Quis eñi cognouit ſenſum dñi aut quis cõſiliarius eius fuit? Quaſi diceret: hec tua mirabilia oꝑa tam viſibilia ꝙ̃ inuiſibilia et tua incompꝛehenſibilis ſapientia predicant te ſolum eſſe colendum:amandũ et appetendum: non iſtas vanitates et inſanias falſas. Deinde loquitur chriſtus ad patrem partim in ꝑſona ſua partim in membris.d.

**Annunciaui et locutus ſum: multiplicati ſunt ſuꝑ numerum.**

Annunciaui)mirabilia tua prius per patres(et)nouiſſime(locutus ſum)per memetipſum et per apl'os et(multiplicati ſunt)credentes(ſuꝑ numerum)ſaluandorũ qui certus eſt. Multi eñi audita predicatõne venerunt ad ſocietatẽ credentium qui non ſunt in numero electorũ.teſte veritate que ait Multi ſunt vocati pauci vero electi.granis admiſcẽtur ⁊ palee:ſꝫ grana ſunt pauca palee multe. Fuit aũt neceſſitas loquendi cum nõ ſufficerent legalia quia

**Sacrificium ⁊ oblationẽ noluiſti:aures autem ꝑfeciſti mihi.**

Sacrificium et oblationem)veteris legis (noluiſti)vlterius poſtꝙ̃ veritas eſt exhibita(aures aũt ꝑfeciſti).i.ꝑfectas feciſti(mihi) ad intelligendũ quid velles:et ad obidiendũ quia fuit obediens deo patri vſqꝫ ad mortẽ. q.d.feciſti me tibi bene obedientẽ. vel promptam exegiſti a me obedientiã. Perfecit autẽ nobis aures deus vt q̃ de lege audimus ſpiritualiter intelligamus. vel qñ ad obediendum ei ꝑ omnia ꝑfecti ſumus. Deinde hunc verſum magis exponit

**Holocauſtum et ꝓ peccato nõ poſtulaſti tunc dixi ecce venio.**

Holocauſtũ) quod maius eſt(et).i.etiam (ꝓ peccato nõ poſtulaſti)ſicut ante petebas. Hoc diſtat inter ſacrificiũ et holocauſtũ:ꝙ hoſtie pars aliqua deo oblata ſacrificiũ dicebatur:holocauſtũ aũt totum incenſum erat. ſcꝫ qñ tota hoſtia in ſacrificio incendebatur. Sed dñs nec munera nec maiora veteris legis ſacrificia requirit cui nõ iam vmbra ſed veritas grata exiſtit. Et qꝛ hoc noluiſti(tũc dixi)ego chriſtus(ecce)ſtatim(venio)in carne ad offerendũ ſacrificiũ acceptiſſimũ.q.d. tꝑus eſt vt veniant ꝓmiſſa quia auferuntur promittentia. Nam

**In capite libri ſcriptum eſt de me vt facerem voluntatẽ tuam:deus meus volui et legẽ tuã in medio cordis mei.**

In capite)et principio(libri)huius ſcilicꝫ pſalmoꝝ(ſcriptũ eſt de me)in primo pſalmo videlicꝫ ibi. Sed in lege dñi voluntas eius. (vt facerem voluntatẽ tuã).i.vt implẽã obedientiã a te mihi iniunctã offerendo me ad mortẽ ꝓ vita hoĩm.et ſicut ſcriptum eſt ita o (deus meus volui)vt facerem tibi placitum (et legẽ tuam)ſcꝫ euangelicã volui vel habui (in medio cordis mei).i.plene ꝑ iugem meditationẽ.vnde et in eodẽ pſalmo dicit̃. et in lege eius meditabitur die ac nocte. Nec ſolũ habeo in corde ſed inſuꝑ.

**Annunciaui iuſticiam tuam in eccleſia magna:ecce labia mea non ꝓhibebo domine tu ſciſti.**

Annũciaui)alijs ꝑ me et ꝑ apl'os(iuſticiã tuã).i.ex te eſſe nõ ex lege. Vel(Annunciaui iuſticiã tuã)ſcꝫ legẽ euangelicã que iuſticiaꝫ cõtinet ꝑfectam(in eccleſia magna ſcꝫ vniuerſali ꝑ totum orbem diffuſa: nõ parua vt fuit prius.(ecce labia mea nõ ꝓhibeo)loqui vt timore taceam.q.d.ſi aliqui voluerint ꝓhibere ego tñ nõ tacebo. Vel(labia)dicit apl'os ꝑ quos loquitur: quos nõ ꝓhibuit ſꝫ omnibꝫ

pꝛedicare pꝛecepit (dñe) qui es cognitoꝛ coꝛdis et teſtis ꝯſcētie (tu ſciſti) et noſti qꝛ ita eſt. Teſtem ad hoc deū inuocat vt nulla in iudicio excuſatio fieri valeat

**Iuſticiā tuā nō abſcondi in coꝛde meo: veritatē tuā et ſalutare tuū dixi.**

Iuſticiā tuam). i. fidem. iuſtus eni ex fide viuit. vnde credidit Abꝛaham deo et reputatum eſt ei ad iuſticiā. (nō abſcondi in coꝛde meo). i. nō tenui in ſecreto ſed potius aliꝫ diuulgaui. (veritatē tuā) qua impleſti ꝓmiſſum de me patribꝫ factū, ſeu ꝓmiſſionū exhibitionem (et ſalutare tuū). i. ſaluationē et ſalutem quā ꝑ me feciſti. Uel. (veritatē tuam et ſalutare tuum). i. chꝛiſtū qui eſt veritas et ſalutaris ſcʒ meipm a te miſſum ꝑ ſalute hoim (dixi). i. ꝑdicaui et veniſſe aliꝫ nunciaui.

**Non abſcondi miſericoꝛdiā tuam et veritatem tuam: a concilio multo.**

Non abſcondi) et celaui (miſericoꝛdiā tuam) qua peccata donas et remittis (et veritatem tuā) qua pꝛemia que ꝓmittis ⁊ penas q̄s minaris adimples ⁊ reddis (a cōcilio multo) id eſt a ꝯgregatōne multa timens ꝓpter cōcilium et multitudinē mihi et meis aduerſantium quin eam publice diuulgarē et in tota plebe ꝑ me et meos anuunciarē. Deinde oꝛat chꝛiſtus ꝑ bono ſtatu coꝛpis ſui myſtici. d. Ego quidem nō celaui miſericoꝛdiā tuā et veritatem tuā a multis

**Tu aūt dñe ne longe facias miſeratōes tuas a me: miſcōdia tua et veritas tua ſp ſuſceperunt me.**

Tu aūt dñe). i. tu deus pater (ne longe facias). i. noli remouere ne ſint ſine effectu (miſerationes) et miſcōdias (tuas a me). i. a coꝛpe meo myſtico et a ſauciꝫ membꝛis meis ne ꝑmaneant in peccatis. Quiſquis ſe ſentit elongari a dño ꝑ pꝛauam vitā: ꝑ malam voluntatem: dicat deuote: dicat lachꝛymabiliter: Tu autē dñe ne longe facias miſeratōnes tuas a me. Ego miſer tu miſericoꝛs multe ſunt mee iniquitates ſʒ ſupant tue miſeratōnes (miſericoꝛdia tua) qua bonus es et te amo. (et veritas tua) qua iuſtus es et te timeo (ſemꝑ ſuſceperunt me) ducendū ad te. Attendi qꝛ miſericoꝛs es: attendo qꝛ verax es. Amo miſericoꝛdem et timeo veracē. et ſic amoꝛ et timoꝛ que ſemꝑ aſpicio ducunt me ad te. Et neceſſe eſt vt non elongeris

**Mū circūderunt me mala quoꝝ nō eſt numerus: cōpꝛehenderunt me iniquitates mee et non potui vt viderem.**

Mū circūdederūt me). i. meos (mala quorum nō eſt numerus) apud hoies innumera ſunt peccata: innumerabiles ſunt negligētie et tentatōes que vndiꝗ circūdant vndiꝗ impediunt chꝛiſtifideles (ꝯpꝛehenderunt) et illaquea uerūt (me) ipſo actu (iniquitates mee) q̄bus pꝛeſſus oculus mentis videre nō poteſt vnde ſequitur (et nō potui vt viderem). i. nō potuerūt mei aliquo conatu efficere vt viderent ea mentis oculis et intelligerēt in quanta cecitate eſſent. Intantū cōpꝛehendūt nos iniquitates nr̄e vt etiā ſi velimus euadere ſine adiutoꝛio nō valemus. In tantā etiā cecitatem venimus vt noſmetipſos ignoꝛemus. nec patrata mala depꝛehendimus. Ex amiſſione aūt luminis creuit multitudo iniquitatis ideo adiungit

**Multiplicate ſunt ſuꝑ capillos capitis mei: et coꝛ meū dereliquit me.**

Multiplicate ſunt) ſcʒ iniq̄tates mee (ſuꝑ capillos capitis mei) id ē innumerabiliter et plusq̄ ſcirem numerare. Caue ergo ſi vitaſti grauia ne obruaris minoꝝ peccatoꝝ arena. Minima quidē videntur ſed multa ſunt (et coꝛ meū). i. ratio mea. (dereliquit me) hoc eſt virtus coꝛdis mei defecit et nō eſt idoneuʒ ad cognoſcendū ſe. Quotiēs mēte vagamur foꝛis delectamur terrenis. ꝓpꝛia nr̄a ſtudia relinquimus atꝗ inania vel agimus. vel loquimur. vel cogitamus: totiens coꝛ nr̄m derelinquit nos. Quotiens nō cogitamus deū: vel ea que ad vtilitatem ꝑtinent aīaꝝ: totiens amittimus coꝛ nr̄m. Congrue ergo ſequitur hec oꝛatio qua dicitur.

**Complaceat tibi dñe vt eruas me: dñe ad adiuuandū me reſpice.**

Cōplaceat tibi dñe). q. d. in voluntate tua eſt qꝛ ſi vis potes (vt eruas me). i. coꝛpus meum myſticū a tot et tantis malis et maloꝝ ꝑplexitatibꝫ. Uñ ait. cōplaceat. nō eni ex meritis ſed ſolo bñplacito ſuo: ſola gr̄a: ſola bonitate ſua iuſtificat deus hoiem. Miſeretur nobis pius dñs qꝛ ei ſic placet nō qꝛ nos meruimus (dñe ad adiuuandū me reſpice). i. vt miſericoꝛditer reſpiciendo adiuues in bonis vt nō tm̄ deſiſtant a malo ſed etiā faciant bonū. reſpectus eni dei auxiliū nr̄m eſt. Deinquā reſpice. Ecōtra autem

**Cōfundantur et reuereant̄ ſiſ: qui querunt aīam meā vt auferāt eam.**

Confundant̄ ꝯfuſione bona vt erubeſcāt de malis et pn̄iam agant et timētes (reuereantur). i. ex timoꝛe reuereri et reuerentiā habere

cogantur (ſimul) mente et corpore (qui querūt aīam meam). i. vitam meam et meoꝝ fidelium inſidiando (vt auferant eam) interficiendo: nō vt imitentur ſed vt perimant. quod nō pñt facere niſi te ꝑmittente. Multi queſierunt aīam chriſti qui gauiſi ſunt cum aīam poſuit: ſed cōfuſi cum eā recepit. Multi adhuc querunt corpus chriſti et aīas perdere: qui aut modo penitendo cōfundentur: aut eternam confuſionem poſtmodū patientur.

**Auertantur retrorſum et reuereantur: qui volunt mihi mala.**

Auertantur retrorſum) et ſequant̄ ꝑ humilitatem et obediendo qui preibant ꝑ ſuperbiam et trahendo. (et reuereantur). i. timeant et honorent deum et ſic cōuertantur a mala voluntate (qui volunt mihi) et meis (mala) me et meos ꝑſequendo. vel qui cū bene dicunt tñ mala volunt non ſolum qui faciunt. Et qui bona dicit malo aīo et qui mala doloſe laudando: vterqꝫ malus eſt et cauendus. vñ adhuc ſubditur.

**Ferant confeſtim confuſionē ſuam: qui dicunt mihi euge euge.**

Ferant) vt magnum pondus (confeſtim) ne diutius ingrauetur malū coꝝ. (confuſionē ſuā) vt cito redeant ad penitentiam (qui dicūt mihi euge euge). i. bene bene: gaudentes de mea deiectione et inſultantes irriſorie vel applaudentes mihi quaſi bono aīo adulatorie et doloſe. In his tribus verſib9 notantur tria genera ꝑſecutoꝝ. Primo illi qui aperta ꝑſecutione ſeruos dei conant̄ occidere. Tales fuerūt illi qui ꝓprehenderūt ieſum et qui in cruce poſuerunt eum. Scdo qui nondū ꝑſequuntur aperte ſed odium et inimicitias geſtant in corde: et qñqꝫ ſimulatōnib9 conantur decipe: qñqꝫ effrenantur in verba malicie. Tales fuerunt iudei aduerſus dñm. Tercio illi qui deridere ſolent religionem et ſimplicitatē iuſtoꝝ. Tales etiā fuerunt in paſſione chriſti. Iſti oēs in ipius corpore adhuc ꝑſeuerant. Sicut aūt nō ſe vindicauit de illis dñs ſed ꝓ eis orauit: ſic nos non debemus de inimicis querere vltionē: ſed humilem ꝓferre orōnem queādmodū et ipſe nobis ꝓcepit: ita illi. Et econtra

**Exultent et letentur ſuꝑ te oēs querentes te: et dicant ſemper magnificetur dñs qui diligūt ſalutare tuum.**

Exultent) exterius in corꝑe (et letentur) interius in ſpū ſeu mente nō in ſe nec in vanis reb9 huius ſeculi: ſed (ſuꝑ te) et in te vt qui gloriatur in dño glorietur. (oēs querentes) per fidē et dilectionem (te) principaliter nō tua niſi ꝓpter te. Gemina merces nobis ꝓmiſſa eſt a dño ſcꝫ immortalitas corꝑis atqꝫ anime beatitudo. propterea gemina exultatōne ꝓcipimur gaudere cum dicitur exultent et letentur. Exultare enī ad corpus ꝑtinet: letari vero ad aīaꝫ. (et dicāt) ore cordis et corꝑis (ſemꝑ) tam in aduerſitate qꝫ in ꝓſperitate (magnificetur dñs). i. in laude magnus predicet̄ de bonis eius (qui diligunt ſalutare tuum) ſcꝫ me chriſtū filiū tuum quem miſiſti pro ſalute hoīm: qui ꝑ merita ſua ſaluari ſe nō confidūt. hoc illi de te dicant.

**Ego autem mendicus ſum et pauꝑ: dominus ſollicitus eſt mei.**

Ego aūt) in membris meis (mendicus ſum et pauper). i. non eſt qđ in me laudetur ex me. Mendici dñi ſumus ad ianuā miſcđie ſue ſedemus mendicamus ſalutem nr̄am et clamamus Adueniat regnū tuum et da nobis panē noſtrū et libera nos a malo. Pauperes enī ſumus nihil a nobis habētes et nobis inſufficiētes. Et ſequit̄ cōſolatio: ſed (dñs ſollicitus eſt mei). i. curam mei habet miniſtrans mihi et ſaluti mee neceſſaria. Ecce magna ſpes: ſi enī dominus eſt ſollicitus nos ſecuri ſumus. Et conuertens ſermonē ad dñm dicit

**Adiutor meus ⁊ protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.**

Adiutor meus) et cooꝑator in bonis et ad ea me ꝓmouendo. (et ꝓtector meus) et liberator a malis et ab eis me preſeruando (tu es) ſolus nō alius (deus meus ne tardaueris) mihi auxiliari et aſſiſtere in p̄dictis et fac ne diu ſim in malis ſꝫ cito ſubueniēs preſta auxiliū ne deficiam in eis. Quamdiu te nō video: nō poſſideo mendicus et pauꝑ ſum: nihil extra me mihi ſufficit: tu expectatio mea noli morari vna hora deſideranti et eſtuanti: longa mora eſt deus meus ne tardaueris. Orō.

Expectatio tuoꝝ vnica famuloꝝ deus quē venturum in mundū caput libri principalis edocuit: inſere ꝓcamur legem tuā in medio cordis noſtri vt tuas iuſticias annūciantes ab imminentibus ꝑiculis eruamur. Per do.

Pſalmus de Chriſto deo filꝰ et hoīe credendo ſcđm humanitatē iniuriato et paſſo ac ꝑ diuinitatē reſuſcitato et glorificato. ps. xl.

**Beatus qui intelligit ſuꝑ egenū et pauꝑem: in die mala liberabit eum dñs.**

Auctor pſalmi propheta Dauid. Titulus

talis eſt. In finē intellectus filijs Chore. Hoc eſt intellectus pſalmi huius tendens in finem: id eſt in chriſtum. attribuitur filijs Chore id ē filijs crucis qui Chriſtū et ſi pauperem et mortuum credunt: tamen non tm̄ hominem: ſed etiam verum deum. Supra ergo oſtendit eccleſiam expectaſſe et accepiſſe Chriſtum. hic monet omnes vt non tm̄ eum hominem credant: ſed etiam deum. Materia: chriſtus deus et homo et vtilitas promiſſa credentibus ipſum ſm̄ humanitatem iniuriatum et paſſum: et per deitatem reſuſcitatum et glorificatum. Intentio: admonere nos credere Chriſtum mediatorem dei et hominum: hominem ſimul extitiſſe et deum. Sententia in generali: Propheta in iſto pſalmo agit de beatitudine credentium et confitentium chriſtum veruz deum eſſe ac de eius paſſione et reſurrectōne. Et prius propheta in ſua perſona loquitur et poſt inducit chriſtum loquentez et in membris et in ſe. Sententia in ſpeciali: Ait ergo propheta. (Beatus qui intelligit ſuper egenum et pauperem) ſcilicet chriſtum id eſt qui ſic videt eum in habitu egeni et pauperis et ſic credit eum hominem vt etiam intelligat eundem eſſe deum. Poteſt etiam hoc referri ad membra chriſti ſuper que intendendum eſt vt eis ſubueniatur quod et ad chriſtuz pertinet qui dicit eſuriui et ſitiui: et nudus: et peregrinus: et infirmus: et in carcere fui. his gradibus procedat chriſtianus. Primo intelligat chriſtum ſcōm hominem egenum et paupere ꝫ et ꝙ paupertas et infirmitas eius exemplum nobis tribuit humilitatis patientie: obedientie manſuetudinis: charitatis et ſe ei in his cōformet quantum poteſt. Deinde intelligat in chriſto ſuper humanitatem et infirmitatez eius aliquid altius ſcilicet diuinitatem illius: et hoc p̄ fidem: per dilectionem: per honoris exhibitionem. Secundo intelligat ſe egenum et pauperem per humilitatem. Tercio proximum per beneficij collationem. Et exponit beatitudinem ſubiungens huius intellectus fructum (in die malorum) ſcilicet in die ire et iudicij (liberabit eum dominus) ab omni malo et a poteſtate diaboli et tranſfert eum in libertatem glorie filiorum dei. Interim autem largiendo et alia beneficia.

**Dñs conſeruet eum et viuificet eum: et beatū faciet eum in terra: et nō tradat eū in aiam inimicoꝝ eius.**

Dominus conſeruet eum) ſcilicet huiuſmodi intelligentem inter pericula et tentationes huius laborioſe vite et nō ſinit eum perire nec permittit tentari ſupra ꝙ poteſt ferre. (et viuificet eum) ſuo ſpiritu et gratia in interiori homine vt quotidie iuſtius ⁊ purius viuat in deo (et beatum faciet eum in terra) hac: ſpirituales virtutes largiendo: et etiam in terra viuentium vbi eſt vera beatitudo (et nō tradat eum in animam) id eſt in voluntatem et ſi in manus (inimicorum eius) corporalium et ſpiritualium vt ſcilicet poſſint eum facere ſuis iniquis voluntatibus obedire vel aliquatenus cōſentire. hec optatio ⁊ oratio promiſſio eſt et ſimiliter que ſequitur.

**Dñs opem ferat illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.**

Dominus opem) ſue gratie diuine (ferat) et det (illi) ſcilicet intelligenti (ſuper lectum doloris eius) id eſt ſuper infirmitatē carnis que animam piam grauat et dolorem ei miniſtrat. In ea enim animus pius gemit tanquam paraliticus in lecto: impius vero gaudet et requieſcit. Ferat inꝙ̄ opem: eum ne labatur ſubleuando et vt quaſi ſanatus paraliticus portet lectum: imperando carni nō ſeruiendo. Sed vnde dolor exponit conuertens ſermonem ad deum et dicit. quia (vniuerſuz ſtratum) et lectum (eius) ſcilicet hominis. id eſt omnē ſenſualitatem que in paradiſo erat ſubſtrata rationi ac lectus leticie et quietis (verſaſti) id eſt verſari permiſiſti per contraria vt modo repugnet et dolores inferat: et hoc (in infirmitate eius) ſcilicet hominis. id eſt propter infirmitatem et peccatuz quo infirmatus eſt preuaricando. Sciens ergo homo ſe pati hic propter peccatum conuertat ſe et dicat.

**Ego dixi dñe miſerere mei: ſana animaz meam quia peccaui tibi.**

Ego dixi) ſcilicet confitendo peccata mea non abſcondi ea: non tacui cōfeſſionem o (domine miſerere mei) ita ſcilicet (ſana animā meam) ſcilicz auferendo ab ea peccati ſui reatum quia nullo modo excuſo peccatum ſed accuſo dicens (quia peccaui tibi) id eſt corā te vel contra te et rationem tibi redditurus de peccato. Vere humilitatis indicium eſt culpam ſuam recognoſcere atꝙ eandem voce confeſſionis aperire. Ideo precipit dominus vt peccata noſtra ſacerdotibus confiteamur vt videlicet confitendo humiliemur et vt per humilitatis meritum percipiamus remiſſionem peccatorum. O beata confeſſio quanti per te mundantur: ſanantur: iuſtificantur. Deinde loquitur in pſona chriſti. q. d. Talia dicūt amici. Sed

**Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur et peribit nomē eius.**

Inimici mei) ſcilicet iudei me hominem tm̄ non deum eſſe credentes (dixerunt mala) et falſa (mihi) id eſt de me ſcilicet hec (quando morietur) iſte qui predicatione et miraculorū operatione totum mundum trahit poſt ſe (et peribit nomen eius:) de terra vt nullus eum confiteatur et deleatur eius memoria nec ſit de eo fama. hec dixerūt quia tedioſus et grauis erat eis ad videndum. Hec ſpecialiter de Chriſto dicta ſunt ſed et de membris dici poſſunt nam et hodie fit tribulatio vt nomen Chriſti extinguatur ſed poſt mortez ſuam et ſuorum magis creuit eccleſia et admirabile factum eſt nomen eius. Et non ſolum aperti inimici ſed etiaz qui ſimulabant ſe amicos eſſe: dixerunt mala. Unde ſequitur

**Et ſi ingrediebatur vt videret. vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem ſibi.**

Et ſi ingrediebatur) aliquis fraudulentus et inſidiator ſcilicet iudas (vt videret) id eſt exploraret quid poſſet reprehendere et accuſare: non quid poſſet imitari. (vana loquebatur cor eius) cogitando et tractando de mea morte et ſic (cōgregauit) et cumulauit (iniquitatem) parans calumniam quam ibi debebat deponere et hoc (ſibi) id eſt in malum et damnum ſuum: qui ſibi nocet non mihi. Melius enim ei erat ſi natus non fuiſſet. Uel (vana) id eſt ficta (loquebatur) ore: et (cor eius congregauit iniquitatem ſibi) cogitans inſidias. Et qr intrauit vt exploraret et mala in corde concepit

**Egrediebatur foras: et loquebatur in idipſum.**

Egredicabatur foras) ad iudeos et contrarios vt fieret apertus inimicus (et loquebatur in idipſum) ſcilicet vanitatis et iniquitatis id eſt falſa et vana que geſtabat in corde. Uel (in idipſum) id eſt vno conſilio et vna conſpiratione cum contrarijs tractando de mea venditione et morte. Quod paſſum eſt caput: patiuntur et membra. Tales enim multi inueniuntur intra ſocietatem fratrum qui appetunt explorare defectus aliorum ac cogitantes et loquentes praua congregant iniquitatem ſibi: et ad detrimentum ſuum ſi id quod inutile et vanum eſt cor noſtrū delectabiliter meditatur id ipſum et lingua noſtra libenter loquitur. Si vis ſcire de fratre quale cor habet attende vnde libentius et frequētius loquatur. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Egreſſus iudas locutus eſt ad iudeos. Sed quid illi

**Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.**

Aduerſum me ſuſurrabant) inuicem in auribus de me murmurando non audentes conſilia detegere qui ſocij ſunt in ſcelere. quaſi diceret. que aduerſa ⁊ nociua mihi erant ſecretis cōſilijs et cogitationibꝫ exquirebant (omnes inimici mei) ſcilicet ſcribe et phariſei et alij (aduerſum me cogitabant mala mihi.) id eſt deliberauerunt in cogitatione quod malum mihi inferre poſſent et ſi quis amplius alio inueniret. mala dico ſcd̄m quod intendunt cum potius ſibi mala eſſent. Et tandem

**Uerbum iniquum conſtituerunt aduerſum me: nunquid qui dormit nō adijciet vt reſurgat.**

Uerbum iniquum conſtituerunt) et confirmauerunt (aduerſum me) quia ordinauerunt me occidi: et mortuum in ſepulchro cuſtodiri. Ipſi ita: ſed (nunquid qui dormit) et moritur ſponte et voluntate (non adijciet) id eſt apponet vel addet morti ſue (vt reſurgat) propria virtute et poteſtate. quaſi diceret. qui habet poteſtatem ponendi animam nōne habet et reſumendi eam. Non enim mortuus eſt neceſſitate vel inuitus ſꝫ ſponte dormit cito euigilaturus nec mirum ſi iudei inimici talia faciebant contra me.

**Etenim homo pacis mee in quo ſperaui: qui edebat panes meos magnificauit ſup me ſupplantationem.**

Etenim) etiam (homo pacis mee) ſcilicet iudas cum quo pacem habebam et qui ſe pacificum ſimulabat (in quo ſperaui) ſcd̄m eſtimationem hominum: vel de quo oſtendi ꝙ in eo confiderem committens ei cuſtodiam loculorum (qui edebat panes meos) mecum in menſa cum alijs diſcipulis (magnificauit) id ē magnificam fecit (ſup me ſupplantationem) et deceptionem. quaſi maiorem ſe faciens me: contempſit et vilificauit me tanꝗ̄ conculcandum ab eo et calcare me voluit tradendo me iudeis vt eſſem totaliter deiectus et conculcatus per mortem. Sed quicquid cogitauerunt proditor et perſecutores.

**Tu autem dn̄e miſerere mei et reſuſcita me et retribuam eis.**

Tu autem domine) deus pater vel tota trinitas (miſerere mei) id eſt fac mecum ſcd̄m miſericordiam tuā in hoc ſcilicꝫ (et reſuſcita me) a

morte animam corpori reuniendo et non dimittendo animam meam in inferno nec corpus in ſepulchro. Chriſtus vt homo petit qui vt deus facit quod petit (et retribuam eis) penas debitas pro commiſſis in preſenti vt locum et gentē amittentes diſpergantur et in futuro vt ſm merita recipientes damnent. Qui vere facies quia

**In hoc cognoui quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.**

In hoc) ſcilicet (quoniam voluiſti me) id eſt ꝙ ſemper acceptus voluntati tue placui tibi. (cognoui) et fiduciā habui (quoniam non gaudebit inimicus meus (ſcilicet populus iudaicus (ſuper me) quaſi me ſuperato. id eſt ꝙ me reſuſcitabis vnde non gaudebunt ſed potius dolebunt. Gauiſi enim ſunt de morte et triſtati de reſurrectione. Vel (In hoc cognoui) experimento (quoniam voluiſti me). id eſt diligis me (quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me) non reſuſcitato. id eſt quoniam reſuſcitabis me. In hoc enim ꝙ reſuſcitat apparet patris dilectio. Deinde affirmat qd̄ orauit. d.

**Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: et confirmaſti me in conſpectu tuo ineternum.**

Me autem) flagellatū ſine merito occiſum ſine debito (propter innocentiam) id eſt propter meritum innocentis vite et immunitatem a peccato (ſuſcepiſti) ſanandum ſicut medicus egrotum. (et confirmaſti me) dando immortalitatem et impaſſibilitatem. (in conſpectu tuo) id eſt in maieſtate et diuinitate tua vel in preſentia tua (ineternum) vt vltra non moriar qui in conſpectu hominum et ad tempus infirmaſti me prius. Vel (ſuſcepiſti) in reſurrectōne de morte ad vitam (et confirmaſti me) gloria immortalitatis (in conſpectu tuo) manſurum tecum. Et inde laus tibi et gratiarum actio. vnde ſequitur.

**Benedictus dn̄s deus iſrael a ſeculo et in ſeculum: fiat fiat.**

Benedictus) et laudatus ſit (dominus deus) id eſt tanquam dominator ⁊ creator (iſrael) id eſt videntium eum per fidem et credentium videre illum per ſpeciem qui intelligunt filiū eius deum eſſe et hominem (a ſeculo) id eſt ex quo omnia inceperūt (et in ſeculum). i. vſq̄ in ſeculum futurum vbi iam omnia eterna ſunt. (fiat fiat) hec ſcilicet laudatiua benedictio ab omnibus: quia hec repetitio et geminatio confirmatio eſt et oſtendit hoc ab omnibus eſſe faciendum. In hebreo autem habetur amen amen. quod importat veritatem ac fidelitatem et confirmationem. Oratio.

Noſtrorum peccaminū mitis indultor eterne deus: qui indignanter inſinuas effugere diem malum ſi miſericordia ſubſequatur egenum: fer opem queſumus doloribus noſtris: vt dum carnalia delicta clementer arguis medicinam anime placabiliter largiaris Per do.

¶ Pſalmus de ardenti et feruenti deſiderio diuine viſionis ac tedio et triſticia dilationis propter moram preſentis peregrinationis. ps. xli.

**Quēadmodū deſiderat ceruus ad fontes aquarū: ita deſiderat anima mea ad te deus.**

Auctor pſalmi propheta dauid. Titulus talis eſt. In finem intellectus filijs Chore. Hoc eſt intellectus huius pſalmi attribuitur filijs Chore id eſt crucis et Chriſti: directis in finē id eſt ad ſummam beatitudinem peruenire deſiderantibus. Hic enim pſalmus conuenit omnibus chriſtianis flamma diuine charitatis accenſis et deū ardenter deſiderantibus. Iam ergo fidelis non ſolum credens Chriſtum eſſe deum vt ſupra monebatur ſed etiam intelligens ꝙ nō ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis hoc intellectu ſe cōſolatur quatenus ſic ſperet in deo in ſua peregrinatione vt eum videre mereatur in peruentione. patriam deſiderans ⁊ miſerias huius ſeculi deplorās. Materia: ardens et feruens deſiderium ſummi boni et diuine viſionis ac tedium et triſticia dilationis. Intentio: monere nos preſens ſeculum relinquere et aduerſitates huius vite non timere: ac feruenti animo deum deſiderare et celeſtia ſola appetere. Sententia in generali: propheta in iſto pſalmo loquitur in perſona perfecti et deuoti conſiderantis miſeriam preſentis vite ac totis precordijs ſuſpirantis de preſenti ſeculo nequam eripi et ad celeſtem patriam peruenire habentis cum paulo deſideriū diſſolui et eſſe cum chriſto. Sententia in ſpeciali: Oſtendens ergo deſiderium ſuum ait. (Quemadmodum) id eſt q̄ȝ ardenter (deſiderat) et feſtinat (ceruus) ſerpente perempto et cōſumpto venire (ad fontes aquarum) propter ſitis refrigerium (ita) conſumptis vicijs (deſiderat) ardenti deſiderio amplius q̄ȝ ante (anima mea) venire (ad te deus) qui es fons aquarum

irriguus vnde omnia bona fluunt te ſitientibus vtte videre mereatur ac per claram viſionem et plenam fruitionem tui ſacietur. Deinde conuertit ſe ad auditores vt admoneantur et edificentur dicens

**Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam et apparebo ante faciem dei?**

Sitiuit) id eſt ſumme deſiderauit (aīa mea) venire (ad deum fontem) vel fortem (viuum) Deus eſt fons viuus: fons indeficiēs. Vel fortis et viuus id eſt incorruptibilis et immortalis (quando) ergo (veniam?) quando finietur peregrinatio mea? quaſi diceret. cupio diſſolui. Hoc ait ex magnitudine deſiderij. quia qđ citius eſt deo: tardum eſt hominis deſiderio (et apparebo) qꝫ tunc et nos apparebimus qui modo latemus (ante faciē dei) qꝫ tunc videbimus eum ſicuti eſt. Interim autem.

**Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus?**

Fuerunt mihi lachryme mee) non amaritudo que peccantem abſorbet: ſed (panes) id eſt refectio et conſolatio ſpiritualis quia afflictionibus eruditur chriſtianus. et ſicut corpus cibatur et ſatiatur pane: ita anima eius lachrymis (die ac nocte) id eſt ſemper et continue ſiue in proſperis et aduerſis. quaſi diceret. pro dilatione viſionis ſemper vixi in luctu et lachrymis nullam aliam recipiens conſolationem. (dum) id eſt quia (dicitur mihi quotidie) improperando ab inimicis deum viſibilem colentibus (vbi eſt deus tuus) vt ſubueniat tibi.

Poſſunt et predicta conuenire cathecumino vel penitenti ſicut perfecto et iuſto. Ceruo enim comparatur quilibet fidelis: Quia ceruus ſenio aggrauatus excreſcentibus pilis et cornibus ſerpentem haurit naribus quo abſorpto veneno eſtuat vnde ad fontem bibendum ardentiſſime anhelat: quo hauſto cornua et pilos deponit. Ita cathecuminus vel penitens veneno viciorum a terra contractorum ſe eſtuare cognoſcens fontem baptiſmi vel penitentie deſiderat vt ibi viciorum pilos et ſuperbie cornua deponat et ſic reiuueneſcit factus homo nouus. Sicut etiam ceruus ſerpentem tractum interimimit quo interempto fontem cauſa bibendi querit: ita perfectus et iuſtus cōſumptis in ſe vicijs et peccatis fontem contemplationis vbi reficiatur concupiſcit. Omnes tamen ad eundem tendunt fontē id eſt ad chriſtum qui eſt fons aquarum viuentium. Vnde dicit cathecuminus vel penitens. (Quemadmodum ceruus) tracto ſerpente (deſiderat) venire (ad fontes aquarum) vt reiuueneſcat (ita deſiderat anima mea) tractis vicijs peruenire (ad te deus) vt per te deponam omnem vetuſtatem peccati et in nouitate reformer ſpirituali. Ideo (Sitiuit anima mea ad deum fontē) vel fortem (viuum) quia erit mihi indeficiens refrigerium vel releuatio multarum miſeriarum (quando veniam et apparebo ante faciem dei) ſcilicet ante faciem gratie ſicut perfectus et iuſtus ante faciem glorie. (Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte) quia ſemper eſt mihi dolor in hac vita que nocte ac die variatur: ſed ille dolor me reficit propter ſpem venie que conſolatur quia exinde ſpero remiſſionem peccatorum. (dum dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus?) cur nõ ſubuenit tibi in preſſura tua.

**Hec recordatus ſum et effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſqꝫ ad domum dei.**

Hec recordatus) vel meditatus (ſum) ſcilicet has irriſiones et vbi ſit deus meus. (et effudi in me animam meam) id eſt relictis exterioribus dilataui eam ad intelligendum et attingendum deum. (quoniam tranſibo) vel ingrediar per conluſtrationem et contemplationem fidelium et ſanctorum (in locum tabernaculi) ſcilicet eccleſie militantis (admirabilis) in profundicate fidei: in altitudine ſpei: in latitudine charitatis id eſt in preſentem eccleſiam Extra quam ſi quis querat deum errat que eſt quedam imago et ſpecies future Hieruſalem: que dum videtur amplius illa deſideratur et ſic perueniam mente (vſqꝫ ad domum dei) eternam in celis vbi inuenitur deus. Sꝫ quomodo perueniam

**In voce exultationis et confeſſionis: ſonus epulantis.**

In voce exultationis) id eſt ineffabilis gaudij (et confeſſionis) id eſt laudis eterne que deo decantatur ab angelis que vox eſt (ſonus epulantis) id eſt ſonantium epulantium id eſt de eterna refectione gaudentium. quaſi diceret. captus ſuauitate laudis angelice que iam ſuſcipitur mente et ductus ſumma mentis dulcedine illuc perueniam. De illa enī eterna et iocunda feſtiuiuitate ſonat neſcio quid canorum: et dulce auribus cordis: et mulcet aures ſonus

ſeſtiuitatis illius et rapitur tenuus ad fontes aquarum: ſi tamen nō perſtrepat mundus ambulanti in hoc tabernaculo et mirabilia dei in fidelibus conſideranti.

**Quare triſtis es anima mea: et quare cō turbas me.**

Quare) ergo (triſtis es) o (anima mea) ſcilicet pars inferior (et quare conturbas me) rationem et intellectū tu ſenſualitas dolorem mihi ingerendo et gaudium meum interrumpendo. Increpat enim ſuperior pars anime partem inferiorem. quaſi diceret. o anima mea cū iocunda videas: cum de deo non dubites: quē preſentis: nihil eſt in mundo quare hoc facere debeas. Ecce iam quadam interiori dulcedine letati ſumus. ecce acie mentis aliquid incōmutabile perſpicere potuimus quare adhuc triſtis es tantam expectans beatitudinem. Et quaſi reſponderet illi aīa eius in ſilentio ideo te conturbo quia nondū ibi ſum et adhuc cōcutior ſcandalis et tentationibꝰ. Dat inter hec mala ratio conſilium. d.

**Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei et deus meus.**

Spera) interim (in deo) et habitans in ſpe per patientiam ſuſtine et conſolationem recipe (quoniam adhuc) et ſi non modo plene ſed ſolum in ſpe tamen in futuro (confitebor illi) in te continue cum beatis confeſſione laudis diuine quando videbo cum ſicuti eſt dicens ſic: (ſalutare) id eſt vera ſalus anime mee a quo ſcilicet non a me eſt ſalus mihi. (vultus mei) id ē ex forma mea quam aſſumpſiſti quia homo vt ego: et etiam (deus meus) id eſt creator meus tu es et non alius. Ipſe enim ſaluator noſter homo eſt et deus. Vel ſperare potes quoniam cōfitebor in preſenti id eſt de peccatis penitentiam agam vt tibi non obſiſtam. Hec autem cōturbatio eſt ex nobis ſeu noſtro vicio et defectu: vnde ſequitur.

**Ad meipm̄ aīa mea ↄturbata eſt: ꝑpterea memor ero tui de terra .ff. iordanis et hermonym a monte modico**

Ad meipſum) vel a meipſo (anima mea turbata eſt) que niſi carnis vicia eſſent tranquilla ꝑmaneret: vn̄ ad meipm̄ referendū. i. meo vicio eſt retorquendū. Vel (ad meipm̄ aīa mea) relata (conturbata eſt) que ad deum relata reficitur non eſt mihi firmitas in me ideo nunq̄ preſumam de me ſed ſperabo in deo. Et quia hanc conturbationem fecit ſuperbia (propterea) vt conſoletur (memor ero tui) domine feſtinando ad te qui excludis omnia mala. et pro quibus ſit memor dei ſubdit ſcilicet (de terra iordanis) id eſt quia in baptiſmo peccata remiſiſti et me humiliando terram fructiferam feciſti. Iordanis enim qui interpretatur deſcenſio ſiue humiliatio: ſignificat baptiſmum in quo humiliati lauantur et fiunt terra fructifera (et) memor ero tui (de hermonym) ſcilicet (a monte modico) id eſt quia feciſti me mihi diſplicere et diabolo abrenunciare ac montem et in virtutibus altum et tamen modicum et humilem. Hermonym enim paruus mons eſt iuxta iordanem ſcilicet quidam tumor et collis montis hermon. et interpretatur anathematizatio. horum memor malis non turbatur. Deſcende ergo vt eleueris: noli extolli ne elidaris. Anathematiza teipſum diſplicēdo tibi vt placeas deo ac diabolum et vicia abrenunciando eis. Et nota congruam coniunctionē iordanis et hermonym et montis modici. Nemo enim currit ad remiſſionem peccatorum quaſi ad iordanem niſi qui ſibi diſplicet et qui ſe fatetur peccatorem quod ſonat hermonym: et nemo confitetur ſe peccatorem niſi qui ſe humiliat: quod notatur in monte modico. de terra ergo iordanis et hermonym dei reminiſcitur quia in eo q̄ ab elatōne deſcendit et ſemetipſum deſpicit diabolumq̄ ꝛ vicia excludit ad conditoris ſui memoriā reuocatur. Et debeo ſic eſſe memor tui nam ad hoc

**Abyſſus abyſſum inuocat: in voce catharactarum tuarum.**

Abyſſus abyſſum inuocat) id eſt euangelium et lex in hoc concordant quia duo teſtamēta que propter profunditatem intelligentie dicuntur abyſſus: quoddam ſibi mutuo adiumentum conferunt. Vetus enim eſt prophetia noui quod annunciat: et nouum veteris eſt expoſitio quod in teſtimonium vocat. et hec inuocatio fit et probatur (in voce) et teſtimonio (catharactarum tuarum) id eſt per doctrinam et predicationem prophetarum et apoſtolorū tuorum hoc hominibus denunciantium. Catharacte enim proprie dicuntur feneſtre terre ſeu aqueductus vnde ebullit aqua vel feneſtre ſeu nubes vnde procedit pluuia. Unde dicit Hugo q̄ catharacte ſunt vie ſubterranee per quas fluunt aque et dicuntur tranſlatiue in celo meatus pluuiarum catharacte. Tales ſunt ſancti prophete et apoſtoli a quibus manant dei fluenta et profluit nobis vera doctrina. Audita autem doctrina et predicatione

**Omnia excelſa tua et fluctus tui: ſuper me tranſierunt.**

Omnia excelſa tua) id eſt oīa iudicia tua alta inueſtigabilia (et fluctus tui) id eſt comminationes tue terrentes et tundentes que ibi cōtinentur (ſuper me tranſierunt) id eſt ſuperauerunt me ac in imo dimerſerunt et humiliauerunt ſed tamen tranſierūt. Uel ideo etiam merito memor ero tui quia (Omnia excelſa et fluctus tui) qui erant (ſuper me) id eſt maior et minor pena que me ſuperabant (tranſierunt) et q̄euerunt. receſſit ira: venit miſericordia. tranſierunt fluctus: venit tranquillitas. vbi abundauit peccatum: ſuperabundauit gratia. quia in ira ſua non cōtinuit miſericordias ſuas deus. vnde et ſubditur

In die mandauit dñs miſericordiā ſuā: et nocte canticum eius.

In die) id eſt in tempore proſperitatis et gratie. Unde ſcriptum eſt. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. (mādauit dominus miſericordiam ſuam) id eſt fecit nobiſcum miſericorditer. Sed quia et dies habet noctem et gratia tribulationem: omnes enim qui volunt pie viuere in chriſto perſecutionem patiuntur. ideo (et in nocte) tribulationis mandauit (canticum) laudis (eius) Canticum enī in nocte eſt laus dei et gloriatio in tribulatione Uel ideo etiam memor ero tui. quia (In die) id eſt in proſperis (mandauit dominus) et docet (miſericordiam ſuam) et vult ſe predicari miſericordem quia liberat de tribulatione. (et nocte) id eſt in aduerſis mandauit (canticū eius) id eſt precepit exultare in ipſo. Sed quia dum tribulamur periclitamur non ſolum laudare deum nos oportet ſed etiā orare ideo ſubdit

Apud me oratio deo vite mee: dicā deo ſuſceptor meus es.

Apud me) id eſt in me et mecum (eſt oratio) in tribulatione immolanda (deo vite mee) id ē que fit deo qui preſtat mihi vitam et preſentem et eternam. quaſi diceret. intus me habeo quod offeram et vnde deum placem non extra queram nec de longinquo afferam. Hoc poteſt veraciter dicere qui intimo archano cordis ſui deum orat non qui mente extra vagatur et qđ dicit non intelligit. Et in ipſa oratione (dicam deo) quaſi gratias agendo (ſuſceptor meus es) id eſt me infirmum ſuſcepiſti ad curandum. Uel (ſuſceptor meus es) ad protegendum ne in tribulatione ſuccumbam. Iterū autē infirma anima videns ſe inter tentationes tribulari gemendo conqueritur. d.

Quare oblitus es mei: et quare cōtriſtatus incedo dum affligit me inimicus.

Quare) ergo (oblitus es mei) in miſerijs me relinquendo. Sic enim laboro quaſi tu oblitus ſis mei. videtur obliuiſci dominus ſeruos ſuos quando eos permittit affligi: tentationibꝰ concuti nec eos cito exaudit: non viſibiliter adiuuat (et quare contriſtatus) ſcđm ſenſum carnis que horret has difficultates (incedo) ad te per viam huius vite (dum) id eſt quia (affligit me) tentando et tribulando interius et exterius (inimicus) viſibilis et inuiſibilis ſcilicet diabolus: hereticus: tyrannus: falſus frater: mundus et corpus. quaſi diceret. vtinā liberes me ne ſic affligar. Ideo autem dicit quare: quia neſcit aliquis vtrum hoc patiatur ad probationem ſuie ad damnationem. Affligit inq̄ et

Dum confringuntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei.

Dum confringuntur oſſa mea) id eſt virtutes in quibus conſiſtit robur mentis que aliquando turbantur et afflictionibus nam quaſi oſſa franguntur dum virtus patientie vel q̄libet alia affligitur et torpeſcit. tunc inquam vltra afflictionem etiam (exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei) ſcilicē demones et homines mali qui ſunt eorum miniſtri exultantes et me irridentes. Unde in alio pſalmo dicitur. qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero. Et ſubiungit quō exprobrauerūt.

Dum dicunt mihi p ſingulos dies vbi eſt deus tuus: quare triſtis es aīa mea et quare conturbas me.

Dum dicunt) id eſt dicentes (mihi per ſingulos dies) id eſt aſſidue (vbi eſt deus tuus) tentantes me in deſperationē inducere de tua viſione. hoc maxime in tentationibus eccleſie dicitur fidelibus. Quaſi dicerent nullus eſt deus tuus et non apparet q̄ habeas deum cum te nullus defendat vel te liberare non curat vel non poteſt. Et quia propter hoc anima turbata eſt et talis tentatio eſt ſimpliciter repellenda ideo ſubditur (quare triſtis es anima mea) per dolorem (et quare conturbas me) per deſperationem propter tales tentationes. Et ne dicas ideo cōturbor q̄ hic mala patior ſ3 potius

Spera in deo qm̄ adhuc cōfitebor illi: ſalutare vultus mei et deus meus.

Spera) interim (in deo) expectando liberationem (quoniam adhuc) poſt iſtas tribulationes (cōfitebor illi) in futuro cōfeſſione laudis cōtinue cum ad ſui conſpectū adduxerit vultum meum dicens ei (ſalutare vultus mei et deus

meus) tu es et non alius. De hoc vide ſupra. Repetit hic ipſam confeſſionem et ſpei confirmationem quia repetitio confortatio eſt cōtra tribulationes et tentatōnes frequentes.

V. Vultus noſtri mirificum     Oratio.
ſalutare: quem aīe fideliū ardenter ſitiunt ſeculorum: tribue: vt dum te viſibili lachrymarum imbre paſci requirimus: inuiſibiliter te intra pectoris noſtri tabernaculum collocemus. Per dominum.

Pſalmus contra preſſuras ſeculi ne deficiamus in eis necꝫ retrahant nos a deo: ac de ſepatōne iuſtoꝝ a prauis et hic et in futuro.     ps. xlij.

# Iudica me deus

et diſcerne cauſam meā de gente nō ſcā: ab hoīe iniq̄ ⁊ doloſo erue me.

Auctor pſalmi ꝓpheta Dauid. Titulus hic eſt. In finē ps̄ dauid. Hoc eſt ps̄ iſte dirigens nos in finem. i. in chriſtum: cōuenit dauid. i. iuſto ex ſocietate prauorum et miſerijs huius vite afflicto: qui hic loquitur et gemens inter malos petit ab eis ſeparī: Qui ergo ſupra ſe conſolatur ꝑ ſpem quam habet in deo hic conquerens de ꝑmixtione maloꝝ. precatur ab eis ſeparari nunc animo: et in futuro et loco. Materia: ſepatio iuſtoꝝ a malis hic in cauſa in futuro aūt ſeparatio et loco et pſona. Intentio: monere vt iudiciū et ſepationē malorum appetamus: et ne in preſſuris deficiamus: ſed in dn̄o ſperemus. Seipſum eni cōfortando intendit confortare et debiles quoſcꝫ ſuo exemplo. Ex his patet ſententia in generali. Nam ꝓpheta in iſto pſalmo in pſona iuſti precatur nō peccata ſua diſcuti quod ꝑiculoſum eſt: ſed cauſam ſuam ab impijs ſepari vt poſſit cum electis ſociari. Qui eni a malis hic in cauſa diſcernitur ſecurus eſſe p̄t q2 in extremo iudicio totus et corpore et anima ſepabitur. Snīa in ſpeciali: videns ergo nunc malos cū bonis corꝑe volens ab eis ſepari nunc animo et poſtea loco exclamat. (Iudica me deus) qui iuſtus es et miſericors. et determinatur qualiter accipitur nomē iudicij cum dicitur (et diſcerne) hic ſi non locū ſaltem (cauſam meaꝫ) et merita que ſunt cauſa vite (de gente nō ſancta) quod quaſi exponens ſubdit (ab hoīe iniquo) ſcꝫ a ꝑſecutore manifeſto et qui apte malū facit (et doloſo) ſcꝫ inſidiatore occulto et qui latenter decipere querit et h̄ eſt gens non ſancta (erue me) hic in p̄nti ne ab eis corrumpar. Vel de futuro totū accipiendo petit cauſam ſue retributionis ſeparari ab impijs: vt hedis ad ſiniſtrā poſitis: ipſe ſit ad dexteram cum electis. Et debes hoc facere.

Quia tu es deus fortitudo mea: q̄re me repuliſti et quare triſtis incedo dum affligit me inimicus.

Quia tu es) o (deus fortitudo) et virtꝰ (mea) qua opus eſt inter hec ſcandala id eſt a te eſt et dependet mea fortitudo qui per me infirmus et fragilis ſum et non ſufficio. non de viribus meis p̄ſumo: nec aliunde habere aliquam fortitudinem niſi a te ſolo et totam ſpem meam in te pono (quare) ergo (me repuliſti) dimittendo me in afflictione cum ſis fortitudo mea. Nunquid inualida eſt manus tua. (et) etiam (quare triſtis incedo) et ambulo per hanc miſeriam quia periclitor et nondum vici eam. (dum affligit me inimicus) diuerſis tentationibus. Ac ſi optando diceret vtinam vlterius affligi non ꝑmittas. vt aūt excludatur inimicus

Emitte lucem tuam et veritatem tuam ipſa me deduxerūt et adduxerūt in montem ſanctū tuū et in tabernacula tua.

Emitte lucem tuam et veritatem tuam) id ē aufer tenebras ⁊ da lucem: aufer errorem et doce veritatem. Niſi enim nos illumines in tenebris ſumus. niſi nos veritatem doceas errabimus. et quaſi iam impetraſſet quod orauit ſubdit (ipſa) ſcilicet lux et veritas tua (me deduxerunt) ab errore et iniquitate ne aberrarem de lata et ſpacioſa via que ducit ad mortem ne perirem (et adduxerunt) per fidem charitate formatam (in montem ſanctū tuum) id eſt in perfectionem et eminentiam virtutum (et in tabernacula tua) id eſt in vnitatem et ſocietatem ſanctorum ſcilicet in preſentem eccleſiam. Tabernacula enim ſunt peregrinantium et militantium et nos hic peregrinamur a domino et militamus aduerſus diabolum. Non ait tabernaculum ſed tabernacula: quia multe ſunt cōgregationes iuſtorum et in multis locis ſeruit dn̄o milicia chriſtiana.

Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meam.

Et) ibi poſitus (introibo ad altare dei) ſcilicet (ad deum) videndum (qui letificat iuuentutem meam) nunc per ſpiritus renouationem me veterem hominem exuendo et nouum induendo et in futuro me iuuenem factum et innouatum depoſita omni vetuſtate letificabit dando immortalitatem et impaſſibilitatem. Altare enim dei eſt ipſe filius dei. Ad hoc aūt

altare introimus modo ꝑ fidem poſtmoduꝫ introibimus per ſpeciē. Et in hoc altari mo-
do offerimus deo prī vota ⁊ ſacrificia cor cō
tritum et humiliatū orōes ⁊ ꝑces: poſtmodū
repulſa omni triſticia in eodem altari in ipſa
diuinitate ſacrificiuꝫ tantūmodo offerimus
laudis et nō orōnis. Sed ad illam laudem
quiſquis ꝑuenire appetit prius oportet vt hͦ
inchoet ideo ſubdit.

Cōfitebor tibi in cythara deus de⁹ meus
q̄re triſtis es aīa mea et q̄re ꝯturbas me.

Cōfitebor tibi).i.laudabo te et grās agaꝫ
tibi(in cythara).i.in tribulatōe o (de⁹) oīm
ꝑ creationē(deus meus) ꝑ ſpecialē vocatio-
nem. Cythara ab inferiori reddit ſonū ſicut
pſalterium a ſuꝑiori. Qui ergo ꝑcepta dei fa
cit et nō patitur in pſalterio ꝯfitetur: qui ve-
ro facit et patitur qđ quidem ex inferiori na-
tura eſt in cythara cōfitetur. Dicit ergo cōfi-
tebor tibi in cythara ꝓpter illud qđ dixerat.
Quare triſtis incedo dum affligit me inimi-
cus. Patiebatur enī ex inferiori afflictōe et in
eo ipſo volebat placere deo et geſtiebat grās
agere fortis in tribulatōnibꝰ(quare)ergo (tri
ſtis es aīa mea )in tāta ſpe poſita(et quare cō-
turbas me)obnubilās ſerenitatē interni gau
dij mei.q.d.ne hoc facias ſꝫ potius

Spera in deo qm̄ adhuc ꝯfitebor illi: ſa-
lutare vultus mei et deus meus.

Spera in deo) nō in te expecta patienter
dn̄m remuneratorē et cōſolare(qm̄) iam con-
feſſus in tribulatōnibꝰ(adhuc) poſt has mi-
ſerias(cōfitebor illi)laude continua cum ele
ctis. modo cōfiteor afflictus: futurū eſt vt ad
huc cōfitear renouatus et letificatus. Et hec
eſt et erit mea ꝯfeſſio ſcꝫ(ſalutare vultus mei)
quia me ſaluaſti(et deus meus) quia me crea
ſti. Et hec eſt magna cauſa ſperandi qꝛ ſalua
tor meus eſt vultus mei.i. habens vultū me
um: formam meā: et pro me eſt homo factus:
et ipſe eſt deus meus.

Orō

Te fontē ꝑpetui luminis om̄ipotens de-
us inuocamus et queſumus vt emiſſa veri-
tate tua cordibꝰ nr̄is noue nos lucis clarita-
te ꝑfundas. Per dn̄m.

Pſalmus de ꝓſperitate tꝑali patrum
veteris teſtamenti: et de grauitate tempo
ralis afflictōnis fidelium teſtamenti no
ui.

Ps. xliij.

Deus auribus no-
ſtris audiuimus: patres noſtri an
nunciauerunt nobis.

Auctor pſalmi propheta dauid. Titulus
talis eſt. In finem pſalmus filijs Chore ad
intellectum. Et eſt ſenſus. pſalmus ille diri-
gens nos in finem id eſt in chriſtū vel in eter
nitatem: attribuitur ſeu proponit͛ filijs Cho
re id eſt paſſionis et ſanctis martyribꝰ ad in-
telligendum. id eſt vt intelligant cur deus vi
detur fideles noui teſtamēti derelinquere tē-
poralia ſubtrahendo et affligi ꝑmittendo cū
patres antiquos iuuerit in manu valida et
eis appoſuerit temporalia: quod ideo facit de
us vt contemnant tēporalia et deſiderent eter
na et vt ſciant per temporalia bona data an-
tiquo populo ſignificata eſſe ſpiritualia bo-
na que iam dantur chriſtiano populo et ple-
nius dabuntur in futuro Et eſt ille pſalmus
confortatio et confirmatio infirmorum. Fi-
deles enim qui ſupra gemunt inter malos
nunc vt conſolentur et patientiam habeant
monentur vt intelligant nos hic vocari ad
agonem non ad ſecuritatem: in futuro vero
ad coronam: non hic proſperandum ſed tri-
bulandum: in futuro vero gaudendū. Ma-
teria: proſperitas temporalis patrum vete-
ris teſtamenti et tribulatio fidelium teſtamen
ti noui. Intentio: nos inuitare ad patientiaꝫ
et conſolationem in temporalibꝰ tribulationi
bus habendam ac monere ad contemptum
terrenorum et appetitum celeſtium. Senten
tia in generali. propheta in iſto pſalmo in ꝑ-
ſona cuiuſlibet fidelis et iuſti in afflictione
mentis vel corporis poſiti et ſpecialiter in ꝑ
ſona martyrum imitatoruꝫ chriſti recolit be
neficia et bona populo antiquo exhibita ⁊ ex
plicat mala que nunc fideles ſuſtinēt in hac
vita petitqꝫ a malis ipſis liberari miſericor-
dia et virtute diuina. Sententia in ſpeciali:
propheta ergo in perſona fidelium et marty-
rum recolit preterita dicens. (Deus auribus
noſtris) ſcꝫ audiendi et cordis(audiuimus)
id eſt cognouimus et intelleximus. Audire
enim auribus eſt ad plenum audire vt et cor
intelligat. Vn̄ ⁊ dominus in euangelio. Qui
habet aures audiendi audiat. Multi enim
habent aures carnis non cordis quia exteri
us audiunt intus non recipiunt. Nam (pa-
tres noſtri) qui noluerūt nos decipere ſcꝫ pa-
triarche et prophete non quilibet homines
(annunciauerūt nobis)per ſcripturas ſuas
et in libris autenticis. Et quid annuncia-
uerunt.

Opus quod operatus es in diebꝰ eoꝝ:
et in diebus antiquis.

Opus)ſcꝫ miraculoſuꝫ(qđ opatus es in
dieb9 eoꝝ)vt ē eductio de egypto:ꝑ mare tra=
ductio:cuſtodia in deſerto et in terrā ꝓmiſſi=
onis inductio ⁊ cetera talia.(et in dieb9 anti
quis)ſcꝫ op9 qđ feciſti in exordio de creatōe
celi et terre de his que contigerunt ante dilu
uium que oīa ſpūaliter implentur in nobis.
Et hoc eſt opus qđ feciſti in dieb9 eoꝝ.qꝛ

Manus tua gētes diſꝑdidit et plantaſti
eos:afflixiſti ꝓplos et expuliſti eos.

Manus tua).i.virtus et potētia(gentes)
terre ꝓmiſſionis(diſperdidit)morte et alijs
modis(et plātaſti eos)ſcꝫ pr̄es noſtros in ea
dem terra firmando habitationē eoꝝ in illa
ſicut in terra firmatur planta q̄ ad hoc plan
tatur vt radicetur et fructificet. Nota ex hoc
ordine ꝙ prius naturaliter remittuntur pec
cata ꝙ̄ infundat gr̄a.iuxta illud. Egreſſus
vicioꝝ virtutis opatur ingreſſuꝫ. Diſperſio
eni gentiū ſignificat extirpationē viciorum.
plantatio patrū infuſionē et conſeruationeꝫ
virtutum. Et hoc factum eſt nō facile immo
prius(afflixiſti)ꝑ multa bella(populos) qui
ibi erāt(et)ſic(expuliſti eos) de terra ſua. Cū
multa difficultate ſunt eiecti:et te oportet cū
multa difficultate inolitam maliciā vincere.
vix eni dediſcitur vicium cui aliquis aſſue=
uit. Hec itaqꝫ tu feciſti nō pr̄es nr̄i.

Nec eni in gladio ſuo poſſederunt terrā:
et brachiū eoꝝ nō ſaluauit eos.

Nec eni in gladio ſuo).i.in virtute armoruꝫ
ſuoꝝ patres nr̄i(poſſederūt terram)illam(et
brachium eoꝝ)id eſt fortitudo naturalis ⁊ ro
bur(nō ſaluauit eos)de manib9 inimicoꝝ.q.
d.Nec ꝑ ſe habuerunt terrā:nec ꝑ ſe ſunt ſal=
uati.Si eni ſeipſos non potuerūt ſaluare ab
illis gentib9:multo minus cōſtat vt ꝓpria vir
tute terram illoꝝ potuiſſent poſſidere. Bra=
chium inqꝫ nō ſaluauit eos

Sed dextera tua et brachiū tuū et illu=
minatio vultus tui:quoniam compla=
cuiſti in eis.

Sed dextera tua).i.ꝓpiciatio et fauor gr̄e
tue(et brachiū tuum).i.potentia tua et forti=
tudo quā eis dediſti(et illuminatio vultus
tui).i.claritas ⁊ manifeſtatio pn̄tie tue certis
ſignis oſtenſe ſcꝫ miracula que erant eis de=
monſtratio pn̄tie tue. Talib9 eni ſignis
eis affuiſti vt effectu ſignoꝝ tuā pn̄tiā inſi=
nuares.et h̄ feciſti nō meritꝭ ſuis.ſed(qm̄ cō
placuiſti)tibi:et placitū tuū collocaſti(in eis)
id eſt ex beniuolentia tua:quia placuit tibi vt
illis hoc faceres:et qꝛ ita bene feciſti illis pa=
tribus corꝑaliter ſpero ꝙ ſimiliter mihi facī
as ſpiritualiter. Nam

Tu es ipſe rex meus et deus meus:qui
mandas ſalutes iacob.

Tu ipſe)non mutatus qui hoc illis feciſti
(es rex meus)et rector regēs me ſpūaliter ſm̄
bonos mores et virtutes(et deus meus)crea
tor et conditor quē adoro et colo:tu me ſoles
ducere vt rex:tu mihi ſoles ſubuenire vt de=
us.(qui mandas)fieri(ſalutes)corꝑales(ia=
cob).i.illi ꝓplo antiquo deſcendenti de iacob
Et per ſalutaria mandata tua ſpūaliter ſal=
uas eos qui luctantur et vicia ſupplantāt.q.
d.tu es vnus et idem modernoꝝ et antiquo=
rum fidelium.et ideo que illis tūc tꝑaliter fe=
ciſti:h̄ nobis et cuilibet fideli luctatori ⁊ ſup
plantatori viciorum ſpūaliter facies.et ſicut
illos iuuiſti ita et nos.vñ ſequitur

In te inimicos nr̄os vētilabim9 cornu
et i noīe tuo ſpernem9 inſurgētes i nob.

In te)ꝓpugnatore noſtro et ꝑ te om̄es(ini
micos noſtros)ſcꝫ carnem eius voluptates
fugiendo.mundū eius vanitates ꝯtemnen=
do.diabolum eius tentatōnibus reſiſtendo.
(ventilabimus).i.ꝓijciemus et diſpergem9
ſicut paleam a granis ſeꝑantes(cornu).i.tua
virtute ſeu fortitudine et defenſione nō nr̄a.
(et in nomine tuo)chriſtiano a te nobis dato
vel in nominis tui inuocatōne(ſpernemus)
id eſt ſuppeditabimus et pro nihilo reputabi
mus aduerſarios(inſurgentes in nobis)id ē
cōtra nos et nos impugnātes. Et bene dico
in te et in noīe tuo.

Non eni in arcu meo ſperabo:et gladius
meus nō ſaluabit me.

Non eni in arcu meo ſperabo).i.in proui
dentia et prudentia mea humana vel in calli
ditate et occulta defenſione. Arcus eni a lon=
ge trahit et occulte ferit. Et quaſi in arcu ſuo
ſperat qui prudentie ſue innititur et in ſenſu
ſuo confidit.(et gladius meus).i.fortitudo
mea et violenta defenſio(non ſaluabit me)ſꝫ
tu. Sicut et patres noſtri nō ſperauerūt nec
ſaluati ſunt in ſuo arcu vel gladio. Singu=
lariter loquitur propter humilitatem ꝙ̄uis
in perſona pluriū vel eccleſie loquatur. Hec
ſunt duo in quibus valde confidunt homi=
nes ſeculi ſcꝫ in calliditate propria et virtu=
te. Sed ille totam ſaluationē ſuam in deo cō
ſtituit vnde ſubiungit

Saluaſti eni nos de affligentib9 nos:et
odientes nos confudiſti.

Saluaſti eni nos).i.ſaluabis. vbi ꝓteritū

pro futuro ponit. quia tam certum eſt quaſi iam factū ſit. (de affligentibꝰ nos) nō ꝓpter te ſcȝ ab inimicis viſibilibus et inuiſibilibus qui nos hic affligunt. (et odientes nos). i. in odio nr̄o ꝑſeuerantes (cōfudiſti). i. cōfundes et erubeſcere facies qn̄ damnabunt oſtendendo eis mala que fecerunt: damna bonoꝝ que amiſerūt: penas eternas quibꝰ puniendi ſunt. Confuſis aūt inimicis

**In deo laudabimur tota die: et in noīe tuo confitebimur in ſeculum.**

In te (deo laudabimur) nō arrogantes de gloria q: tu es laus et gloria noſtra (tota die) id eſt in ꝑpetuitate que nō eſt interpolata noctibus ſȝ tota eſt dies. Tunc eni erit vnus dies cui nō ſuccedit nox: vna eternitas tūc laus erit vnicuiqꝫ a deo (et in noīe tuo). i. ad honorem nois tui (cōfitebimur) tibi ꝯfeſſione laudis (in ſeculū). i. ſemꝑ et ſine fine. hoc eſt laudabimus te qui es gloria nr̄a. laudabimus ergo et laudabimur nos in te et tu in nobis. Ita ergo feciſti antiquis in p̄terito et ita facies nobis in futuro

**Nunc aūt repuliſti et ꝯfudiſti nos: et nō egredieris deus in virtutibꝰ nr̄is**

Nunc aūt) in hoc tpe meo (repuliſti nos) id eſt videris repuliſſe ꝑ hoc ꝙ ꝑmittis nos affligi (et cōfudiſti nos) in facie iniquoꝝ quibus hic habemur obprobrio tanqꝫ fruſtra in te ſperauerimus (et nō egredieris (vlterius. o (deus) euidenter. i. nō videris egredi manifeſtus et apparere (in virtutibꝰ noſtris) oſtēdendo tuā preſentiā in virtute et fortitudine nr̄a cōtra hoſtes ſicut olim patribus faciebas. in hoc tpe ad exercitationē repellimur et ꝯfundimur vt in eternū glorificemur. nūc nō egredieris in virtutibꝰ nr̄is vt nos in poſterū ꝑpetua virtute corrobores.

**Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos nr̄os: et qui oderūt nos diripiebāt ſibi.**

Auertiſti). i. auerti ꝑmiſiſti (nos retrorſuȝ poſt inimicos noſtros) vt nos vinctos poſt ſe trahant. vt illi ſint ante: nos retro. vt illi victores: nos victi deputemur. (et qui oderunt nos diripiebāt) nos tanqꝫ in predam (ſibi) alios trahentes: alios flagellantes: alios in carcerem mittentes: alios occidentes: alios diuerſis tormentis vexantes. Hoc cōtra illos qui de clauſtro reuertuntur ad ſeculū: quos demones faciunt ſibi predam:

**Dediſti nos tanqꝫ oues eſcaꝝ: et in gentibus diſperſiſti nos.**

Dediſti nos) ꝑſecutoribꝰ ad interficiendū vel feris ad vorandū hoc eſt viliter occidi ꝑmiſiſti (tanqꝫ oues eſcarum) que interficiunt vt ab hominibꝰ vel lupis deuorentur. (et in gentibus diſperſiſti nos) id eſt diſpergi permiſiſti per captiuitatem et venditionem vt nos in ſeruitutē redigerent et ad tpus dominarentur noſtri. In gentibꝰ etiā diſperſi ſunt quando Petrus rome crucifigitur: et Thomas in india moritur: et innumeri martyres ꝑ innumera loca occiduntur.

**Vendidiſti pp̄lm tuū ſine precio: et non fuit multitudo in ꝯmutatōnibꝰ eoꝝ.**

Vendidiſti). i. vendi et in mortē tradi permiſiſti (populū tuum ſine precio). i. ſine compenſatōne et lucro. Quaſi ſine precio populus ſanctoꝝ martyrum vendebatur quando tam precioſus ſanguis fundebatur: et exemplo eoꝝ nullus ad redemptionē et ſalutē cōuertebatur qn̄ occidebantur et neminē lucrabantur: et ſi aliqui erant qui ꝯuerterentur ad compationeȝ martyrū pauci erant. et hoc eſt quod ſubdit (et nō fuit multitudo in cōmutationibus eoꝝ) ſcȝ martyrū. i. pauci pro eis acquirebantur: quia martyres occidebantur et pauci de occidentibꝰ ꝯuertebantur. Inſuꝑ preter dura etiā turpia patimur. nam

**Poſuiſti nos obprobrium vicinis noſtris: ſubſannationē et deriſum his qui ſunt in circūitu noſtro.**

Poſuiſti nos obprobriū vicinis noſtris) circa nos exiſtentibꝰ. Grauis eſt afflictio que a vicinis ingeritur quia non tranſitorie dicitur nec cito finitur. Vel (vicinis noſtris) id ē ad fidem appropinquantibꝰ et venire volentibus qui videntes mortem noſtraȝ ita probroſam retrahebant ſe a fide et poſuiſti nos (ſubſannationē) naſo (et deriſuȝ) ore (his qui in circūitu noſtro ſunt) et nobiſcū non ſunt et tamē ſubſannant et derident nos. vel qui nos circundant vt capiant et occidant.

**Poſuiſti nos in ſimilitudinē gentibus: cōmotionē capitis in populis.**

Poſuiſti nos in ſimilitudinē) et exemplū (gentibus) vt cum alicui maledictuȝ inferre: vel malum cōtingere velint: de nobis formā maledictōis ſumāt: ⁊ nos in exemplū ꝓponāt noſtram miſeriaȝ ſibi imprecando dicentes: ſic pereas vt Laurentius et hmōi. et poſuiſti nos (ꝯmotionem capitis in populis) ad inſultandum nobis vt videntes nos continue cum deriſione et indignatōne mouendo capita inſultent nobis ſicut et chriſto inſultauerunt mouentes capita ſua.

**Tota die verecundia mea contra me eſt: et cōfuſio faciei mee cooperuit me.**

Tota die).i.aſſidue(verecundia mea) ſeu pudor et erubeſcētia tantoꝝ obprobrioꝝ(cōtra me eſt).i.corā me ⁊ ante ꝯſpectū meū(et cōfuſio)ſeu rubor et ignominia(faciei mee)qꝛ in facie maxime apparet verecūdia et cōfuſio. (cooperuit me).i.ex omni ꝑte mihi occurrit: tanꝗ̄ eſſem ea opertus. Per hoc enim q̄ dicit me: nō faciē. non ſolū faciei ſꝫ etiā totius corporis indicauit horrorē. Et hec cōfuſio ꝓcedit et euenit mihi

**A voce exprobrātis et obloquētis: a facie inimici et ꝑſequentis.**

A voce exprobrantis).i.inſultātis et in faciem maledicentis aꝑte. (et obloquētis).i.doloſe mordentis et in abſentia detrahentis occulte(a facie).i.a ꝑ̄ſentia ⁊ inſtantia(inimici) in volūtate et odio habentis corde.(et ꝑſeq̄ntis)in actu et oꝑe.q.d.aduerſarij mei ꝑſequūtur me ore corde et opere.

**Hec oīa venerūt ſuꝑ nos nec obliti ſum⁹ te: et inique nō egim⁹ in teſtamēto tuo.**

Hec)ꝑ̄dicta(oīa)valde grauia ſimul) venerunt ſuper nos)et amore tui ea toleramus (nec obliti ſumus te)dimittendo cultū tuum tanꝗ̄ obliti eſſem⁹ tui(et inique nō egimus in teſtamento tuo).i.in lege: mandata eius tranſgrediendo.vel fidem tuam quam in baptiſmo pacti ſumus abnegādo.q.d.inter tot aduerſa ſ'm ꝑ̄cepta tua nos habuimus nec fide nec oꝑatione a te receſſimus. Magna hic martyrū ꝯſtantia et ꝑfectio ꝯmendatur. Sʒ nos ſi vel leue verbū iniurie audimus mox ad iracundiā inardeſcimus: vindictā ſi poſſumus exquirimus: ſi nō poſſumus odiū in corde qđ eſt venenū diaboli portamus. Obliuiſcimur deū: obliuiſcimur charitatē et patientiam: inique agimus in teſtamēto dei mādatorū ʒ eius ꝑ̄uaricatores facti. Ad hoc igitur hec ſcripta legimus vt quāta ꝓ amore dei martyres ſancti ꝑtulerunt vigilanter attendamus: attendentes nr̄am fragilitatē et impatientiam deploremus et corrigamus. Sʒ adhuc quid dicant audiamus

**Et nō receſſit retro cor nr̄m: et declinaſti ſemitas noſtras a via tua.**

Et nō receſſit retro cor nr̄m)bona deſerendo et ad mala declinādo. vel de bonitate tua deſperando ſꝫ ſemꝑ ad ea que ante ſunt nos extendimus ad ꝓmiſſum brauiū feſtinantes (et)dum ſic tribulamur(declinaſti).i.declinare feciſti: qꝛ deriuaſti et tuliſti(ſemitas noſtras)ſcꝫ carnaliū cogitationū: deſideriorum voluptatū et ꝓſperitatū(a via tua)certa ⁊ anguſta. et oſtendiſti nobis viam tuā ſequendā que ducit ad vitā. Cōmendatio diuine gratie eſt. Quiſquis viā dn̄i ingreditur ne tanꝗ̄ de iuſticia ſua glorietur: ꝑ̄teritas vias ſuas ad memoriā debet reducere et penſare de quātis cōcupiſcentijs et deſiderijs malis: de quantis voluptatib⁹ et negligentijs: ꝑ grām ſuam liberauerit eum miſericors deus. In h̄ aūt et ideo declinaſti

**Qm̄ hūiliaſti nos in loco afflictōis: et cooperuit nos vmbra mortis.**

Qm̄ hūiliaſti nos in loco afflictōis).i.in hoc mundo vbi affligimur ꝓpter te. qui eſt locus afflictōis ac vallis ploratōnis et miſerie nō leticie. ſed mali vtuntur mundo ꝓ paradiſo: et ꝑegrinatōne terre ꝓ habitatōne patrie. Quia hūiliauit nos deus affligēdo ideo declinauit nos a ſuꝑbia nr̄a quatenus humiliati ſemitas nr̄as relinqueremus et ſequeremur vias dn̄i. etiā ex illa hūiliatōe(cooꝑuit nos).i.vndiqꝫ tanꝗ̄ operimento circūdedit (vmbra mortis)nō vera mors ſꝫ vmbra. nō mors aīe: ſed mors carnis. Umbra mortis: carnalis mortalitas. vera mors: dānatio cū diabolo. Uel(vmbra).i.timor(mortis)quia cauſatur a morte ſicut vmbra a corꝑe. Sʒ ꝓpter hec oīa mala nō ſumus obliti te. qꝛ

**Si obliti ſumus nomen dei nr̄i: et ſi expandimus manus nr̄as ad deū alienū.**

Si obliti ſumus nomē).i.honorificentiā (dei nr̄i)vt ab eius fide ⁊ cultu tanꝗ̄ eius obliti recederemus(et ſi expandim⁹ manus noſtras)ſcꝫ ꝑ modū orantiū vel offerentiū ʒ(ad deū alienū)venerandū et colendū ʒ. qui neqꝫ nos creauit neqꝫ bonum nobis fecit: et ſi ſumus idolatre. Et nō ſolum idola ſed etiā vicia ꝑ hec pn̄t intelligi. quorundā enī deus venter eſt ⁊ auaritia: que eſt idoloꝝ ſeruitus. et cetera hm̄oi. Expandit etiā manus ad deū alienum: qui oꝑatur ob fauorem humanū.

**Nonne deus requiret iſta: ipſe enī nouit abſcondita cordis.**

Nōne deus requiret)et exiget(iſta)ſcꝫ ita manifeſta in diſtricto examine et iuſto iudicio ad puniendū ea.q.d.vtiqꝫ ſic. nam et occulta requiret. vnde ſequitur(ipſe enī nouit abſcondita).i.occulta et cogitatōes(cordis) quo ſcꝫ corde magis religio geritur ꝗ̄ deuotione corꝑis. et ideo ſolus poteſt iudicare nō ſolum de manifeſtis ſed etiā de occultis propter qđ nō requiret a nobis. ipē enī teſtis eſt

conſcientie noſtre et nouit quia non obliti ſumus eum: quod ex hoc apparet

**Quoniam ꝓpter te mortificamur tota die: eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.**

Quoniam ꝓpter te) o deus et tuã dilectionẽ (mortificamur). i. diuerſis tribulatõibus opprimimur (tota die). i. inceſſanter et aſſidue (eſtimati) et reputati (ſumus) ab hominibus (ſicut oues occiſionis) ſcʒ nõ fetoſe ad occidenduʒ deputate. quia nõ reputamur idonei niſi ad occiſionem: et occidimur ſine aliqua reluctatõne. Sancti viri mortificant̃ ſanguinẽ ſuũ pro chriſto fundendo. ꝓximis cõpatiendo. carnẽ macerando vicia reſecando. culpas lachrymis lauando. et hoc tota die q2 tota vita ſanctoꝝ martyriũ eſt. Igitur q2 ꝓpter te iſta patimur

**Exurge quare obdormis dñe: exurge et ne repellas in finem.**

Exurge) gerendo curam tuorum et ferendo opem (quare obdormis dñe). i. videris negligere. quaſi dormit dñs qñ diſſimulando nõ liberat. excitatur deprecatõibus et laborantes adiuuat. Querit aũt quare obdormit q2 incertuʒ eſt vtrũ hoc ſit ex ira an ex miſericordia: vtrum eum velit ad tpus ꝓbare et corrigere an ex toto relinquere. et ideo orat. d. (exurge) tanq̃ vigilans (et) ſi hic et ad tps repellis (ne repellas) nos (in finem) et ꝯſumptõem. i. omino et ex toto. Si vis vt tribulemur et tentemur: ne ſinas vt frangamur et pereamus.

**Quare faciẽ tuam auertis: obliuiſceris inopie nr̃e: et tribulatõnis noſtre.**

Quare faciem tuã) et gratie tue pñtiaʒ (auertis) et abſcondis ac beniuolentiã quã erga nos habes nõ oſtendis. quaſi iratus: quaſi nõ adſis: quaſi oblitus ſis noſtri (obliuiſceris inopie noſtre) q2 ꝓpter te reliquimus terrena et modo ſumus quaſi ſine ope ſine ſolatio (et tribulationis nr̃e) q2 ꝑ amore tuo tribulamur et nõ eripimur. Et ſi nos neſcimus tu ſcis q̃re: q2 nõ niſi iuſte. vñ hoc dicere nõ eſt querela ſʒ ſupplicatio puri cordis pia. Et nõ debes obliuiſci

**Quoniam humiliata eſt in puluere aĩa nr̃a: cõglutinatus eſt in terra venter noſter.**

Quoniam humiliata eſt in puluere) ſupra nos in ſignuʒ penitentie ſparſo (aĩa nr̃a) recordatõne peccatoꝝ. hoc eſt ad pñiam cõpuncti ſumus: aĩam peccatoꝝ memoria cruciando: ſcðm morem penitentiũ et ad modũ tribulatoꝝ cineres ſup capita ſua ponentiũ (ꝯglutinatus eſt in terra). i. adheſit terre (venter noſter) in eadẽ pñia tota corporis effuſione extenſus vt fit proſtratis toto corpore tenſis: hoc aũt dicendo ſummã humilitatem oſtendit. Qui eñi genua terre affigit habet quo plus humilietur: qui vero terre proſternitur nõ habet vltra quo humiliet̃. q. d. nimium hũiliati ſumus: vltra quo humilienur nõ habemus: iam ꝑuenit vſq3 ad ſummũ humiliatio: veniat et aſſit tua miſeratio: Ideo concludit.

**Exurge dñe adiuua nos: et redime nos propter nomen tuum.**

Exurge dñe) et ne diſſimules ſicut dormiẽs (adiuua nos) laborantes (et redime). i. libera (nos) tantis malis oppreſſos adiuua in bonis libera a malis: et hoc nõ ꝓpter meritũ nr̃m ſed gratis ꝓpter nomẽ tuũ dilatandũ et glorificandum vt cognoſcaris ⁊ lauderis ab omnibus qui es deus in ſecula bñdictus. Oro

Exurge dñe in auxiliũ nr̃m et erue nos ab obprobrijs vicioꝝ: et qui corã patribus noſtris inimicarum gentiũ regna viciſti a ꝑſequentibus inimicis vultus tui illuminatione nos eripe. Per dñm.

**Pſalmus de nuptijs Chriſti et eccleſie ac de ipſius Chriſti ſponſi et eccleſie ſue ſponſe multiplici laude et cõmendatione.** ps. xliiij.

**Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus hic eſt. In finem pro his qui cõmutabuntur filijs Chore ad intellectũ canticũ ꝓ dilecto. Hoc eſt canticũ iſtud q2 hec eſt exultatio ꝓ eternis: tendens in finem. i. in ꝯſummatõeʒ. habitũ ꝓ his qui cõmutabuntur. i. ꝓ ꝯmutandis in melius et pro dilecto patris. i. chriſto cõmutante ſcʒ ꝓ ſponſa et ſponſo q2 eſt ꝓ laude vtriuſq3: ſcribit̃ filijs chore. i. chriſti et imitatoribus paſſionũ crucifixi. ad intellectũ. i. vt intelligant et venerentur myſteriũ tanti decoris et gr̃e ſcʒ ꝯiunctõis chriſti et eccleſie. Hec ergo eccleſia que in p̃cedenti pſalmo tanta pati deſcribit̃ in hoc pſalmo laudibus extollitur et ꝑ ipſa chriſtus cõmendatur vt intellecta eminentia chriſti oẽm maculam et rugã deponat: et ꝑ ornatũ virtutũ dignam ſe tanti ſponſi amplexibus exhibeat vnde p̃mittitur pro his qui ꝯmutabunt̃: et ſequitur pro dilecto. Materia: nuptie chriſti et eccleſie: ſponſi et ſponſe: regis et plebis. Intentio: monere ad laudẽ ſponſi et ſponſe et fideles exhortari vt taliter viuere ſtudeant quatenus ſe vni viro ſcʒ chriſto virginẽ caſtam exhibeant vt in nuptijs a dextris ſponſi ſui ſedeant. Omnia in

generali: ꝓpheta ſpū ſancto repletus et celeſtib9
epulis ſaginatus in iſto pſalmo ꝑconia dei ſe
eructaturū ꝓmittit: et chriſtū ſponſum et eccīa3
ſuam ſponſam a multis laudat et magnificat.
Snīa in ſpeciali: ꝓpha ergo quaſi ad has nu-
ptias intromitti deſiderans vt ſibi apiatur ſe
velle ſponſo cantare dicit (Eructauit) quaſi de
pleno ⁊ plenitudine diuine grē ſpūalis (cor me
um) qđ ꝯcipit verba. i. mens mea intus plena
grā (verbū bonū). i. hymnū deo ſc3 carmē qđ
dicturus ſum. et exprimēs ad cui9 honorē eru
ctat verbū ſubdit (dico ego). i. dicere et cantare
geſtio (opa mea). i. dictamina et carmina mea:
ſc3 hūc pſalmū de laudib9 ꝯpoſitū (regi) regi3
ieſu chriſto q2 ex eo habeo. i. ad chriſti et ſilr ec
cleſie ſue ſponſe laudē et ꝯmendatō3 dicā hoc
epithalamiū. i. laudē thalami et carmē nuptia
le. Tunc ꝑdicator opa ſua regi dicit: qñ fructū
ꝑdicatōis deo attribuit. Et ne eū aliquid a ſe
putares dicere ſubiungit.

**Lingua mea calamus ſcribe: velociter
ſcribentis.**

Lingua mea) in faciendo et ꝓnunciando h
carmē: fuit (calamus) et penna ſeu ſtilus et gra
phium (ſcribe). i. ſcriptoris (velociter ſcribētis)
id eſt ſpūs ſancti qui in docendo nō indiget in
teruallo q2 dixit et facta ſunt. velociter etiā ſe di
cit ſcribere q2 que dicit et ſcribit: cito ventura
nouit. Spūs ſanctus eſt q̄ſi ſcriba a quo lin-
gua quaſi calamus regit᷑ dum eius miniſterio
ſpūs loquitur. Calamo linguā ſuam compat
vt ꝑ hoc intelligat᷑ ſcripſiſſe que dicit. Deinde
ſicut ꝓmiſerat laudes regis ſponſi decantat et
cōuertens ſe ad chriſtum primo laudat eum a
forma et eloquentia. d.

**Speciosus forma pre filijs hoim: diffu-
ſa eſt gratia in labijs tuis: propterea be-
dixit te deus ineternum.**

Speciosus) es (forma pre filijs hoim) fuit
enī ſpecioſiſſimus vtpote virtute ſpūs ſancti q̄
deficere in ope ſuo nō potuit de virgine natus
Vel ideo ſpecioſus q2 ſolus immunis a pcc̄o:
qđ ſumma et vera eſt pulchritudo. et q2 nō ſo-
lum homo ſ3 cū hoīe etiā filius dei (diffuſa eſt
gratia) ſc3 eloquentie fructuoſe (in labijs tuis)
q2 mirabant᷑ oēs de verbis grē que ꝓcedebant
de ore eius. Vel q2 ꝑ eum verbū grē et reconci
liationis mundus accepit: nā penitentiā in re-
miſſionē peccatoꝝ ꝑdicauit (propterea) et pro-
pter hanc grām ꝑ te mundo datā (bñdixit te)
hoiem (deus) pater (ineternū) nō ad tpus dan
do tibi nomē qđ eſt ſuꝑ omne nomē et regnu3
cuius nō erit finis. vel q2 hic et in futuro ſemꝑ

benedicetur chriſtus Deinde laudat eum a po
teſtate et fortitudine. d. Et tu talis rex

**Accingere gladio tuo: ſuꝑ femur tuum
potentiſſime.**

Accingere) ad pugnandū (gladio tuo) ſpūa
li ſc3 verbo dei. i. euangelio. De quo apl's ait et
gladiū ſpūs qđ eſt verbū dei. (ſuꝑ femur tuū)
id eſt ſuꝑ carnē ſiue corpus. Accinxit enī gladi
um ſuꝑ femur ſuū q2 in carne aſſumpta ꝑdica
uit euangeliū quo ꝑcidit vicia et errores circa
fidem et mores. male coherentia ſeꝑauit et ini-
micos ꝓſtrauit: ac mundū debellauit. et h (po-
tentiſſime). i. fortiter et viriliter vtere verbo pre
dicatōnis tue: nō ſegniter neq3 leuiter. ꝑdicauit
enī quaſi ptātem habens: et veritatē ꝑdicatōis
cōfirmauit miraculis.

**Specie tua et pulchritudine tua: inten-
de proſpere ꝓcede et regna.**

Specie tua) quantū ad moꝝ ſanctitatē. (et
pulchritudine tua) quantū ad diuinitatis de-
corem etiam accingere et accinctus (intende) et
intentus ſis ne remiſſe agas: ſ3 potius (ꝓſpere)
id eſt ad ꝓſperitatē eccleſie liberans hoīes pe-
reuntes (procede) ꝑ viam huius vite regnū dei
ꝑdicando et cōtra diabolū pugnādo (et) ſic to
tius mundi impio ꝑcioſo ſanguine tuo redem
pto ac diabolo ſuꝑato (regna) nunc in eccleſia
militante et eternaliter in triumphante. Regna
in fide hoīm tuā potentiā oſtendendo et eos re
gendo qui ſemꝑ regnauiſti ab eterno. Regna
inquam et hoc

**Propter veritatē et manſuetudinē et iu
ſticiā: et deducet te mirabilit᷑ dextera tua**

Propter veritatē et manſuetudinē et iuſticiā). i.
q2 es verus ꝑ te et ꝑ tuos veritatē docendo. et
manſuetus malos ferendo. et iuſtus vite iuſti-
ciam oñdendo que oīa decent regē. Veritatem
quippe exequens manſuetudinē cū iuſticia cō-
ſeruauit: vt nec iuſticiam in manſuetudine nec
manſuetudinē in iuſticia amitteret (et deducet
te) inoffenſe ꝑ curſus totius vite (mirabiliter)
q2 oēs mirabunt᷑ vel q2 mirabilia facies (dex-
tera tua). i. fortitudo virtus et potentia tua ſc3
deitas cuius organū fuit humanitas et ideo in
omnib9 mouebat᷑ ſcđm motū deitatis. Et

**Sagitte tue acute: populi ſub te cadent
in corda inimicoꝝ regis.**

Sagitte tue). i. verba ꝑdicatōnis tue ex ore
tuo et aploꝝ emiſſa ſunt (acute) q2 cordis inte-
riora penetrāt. et ſic verba dei vocant᷑ ſagitte q2.
occulte hoīes alliciunt et gladius q2 manifeſta
rōne hoīes deo adherere faciūt et ꝑ eas ſagit-
tas vulnerati (populi inimicorum) qui ſunt de

numero inimicoꝝ (regis) ſcꝫ tui qui es rex magnus. hoc eſt multi de inimicis tuis (ſub te cadent). i. ſupponēt ſe tibi et obediēt. et hoc (in corde). i. ex rōne et voluntate. vbi ſe erigebāt cōtra chriſtū ibi hūiliabunt ante eum vt de inimicis ſint amici. Deinde laudat eū a dignitate regali et iudicio. d.

**Sedes tua deus in ſeculū ſeculi: virga directōnis virga regni tui.**

Sedes tua). i. regni tui hoc eſt regalis et iudiciaria tua ptās in qua regnas ⁊ iudicas o (deus). i. chriſte qui es dei filius: eſt (in ſeculū ſeculi). i. eterna ⁊ quicqd ꝯſtituis nō mutat. (et ꝟga regni tui). i. ſceptrū ac gubnatio ⁊ correctio tua eſt (virga directōis) et regula diuine equitatis que vere recta eſt et nunq̄ curuatur. hec iuſtos regit: iniquos ꝑcutit: et diſtortos dirigit. Nemo ergo ſibi multū de miſcōia chriſti blandiatur qꝛ virga directōis. i. iuſticia eſt ei. Si alios regit alios et cōterit. Sic dilige miſericordē vt velis eſſe veracem. Et bene dico virgā tuā eſſe directōnis. quia

**Dilexiſti iuſticiā et odiſti iniquitatē: ꝓpterea vnxit te deus deus tuus oleo leticie pre cōſortibꝰ tuis.**

Dilexiſti iuſticiā) et in te et in alijs et in tantū q (et odiſti iniquitatē) nō hoies. aliter perfecte nō diligitur iuſticia niſi odiatur iniquitas. et vt talis poſſes eſſe (ꝓpterea vnxit te) ſpiritalit ſm hoiem in regē et ſacerdotē o (deus) fili (deus tuus). i. tibi ꝯſubſtantialis ſcꝫ pater (oleo leticie) id eſt ſpū ſcō qui leticiā p̄ſtat aīe. (pre cōſortibꝰ tuis). i. plus q̄ ceteros hoies quoꝝ mortalitatis factus es ꝑticeps vt eos tue immortalitatis et regni faceres tecū eſſe conſortes: qꝛ ceteris datus eſt ſpūs ſcūs ꝑ partes: in ipſo vero fuit ois plenitudo diuinitatis corꝑaliter. Deinde laudat eum ab ornatu. d.

**Myrrha et gutta et caſſia a veſtimentis tuis: a domibꝰ eburneis ex quibꝰ delectauerunt te filie regū in honore tuo.**

Myrrha et gutta ⁊ caſſia) ꝑ has ſpecies aromaticas ſignificant virtutes fideliū ſpirantes bonū odorē alijs ꝑ bonā famam et exemplum Vn̄ myrrha que amara eſt et arcet vermes ac ſeruat a putredine ſcꝫ mortificatio carnis que amara eſt et pellit vermes maloꝝ deſideriorꝫ ac ſeruat a putredine vicioꝝ. et gutta que et armoniaca dicitur et pellit inflaturas et tumores ſcꝫ hūilitas que pellit inflationē et oēm tumorē ſuꝑbie. Et caſſia que et fiſtula dicit et naſcitur in aquoſis locis et creſcit in immenſum ſcꝫ fides que in baptiſmo naſcitur et creſcit in iuſtis multum. Hec ergo virtutes fluunt et ꝓcedūt (a veſtimentis tuis) ſcꝫ (a domibꝰ eburneis). i. a ſcīs tuis qui dicunt veſtimenta tua qꝛ ornāt te vita et doctrina. Domus quia in eis habitas: eburnee ꝓpter ꝯſtantiā et firmitatē ac virtutum luciditatē et vite puritatē (ex quibꝰ) virtutibꝰ (filie regū). i. eccleſie ſingule quas ꝑ orbeꝫ apl'i et ſancti ſe et alios in virtutibꝰ regentes fonte baptiſmatis genuerūt et rexerūt. (delectauerūt te) id eſt delectabiles ⁊ amabiles tibi ſunt facte eo q ipſis virtutibꝰ fragrant nitent et placēt. et hoc (in honore) nō ſuo ſꝫ (tuo). i. ad tuū honorem et gloriā: qꝛ nō queſierūt honorē ſuū ſed tuū. Ex his omnibꝰ facta eſt vna ſponſa regi vna regina a qua eum cōmendat et poſt ſponſi deſcriptionem ipſam ſponſam deſcribit. d.

**Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate.**

Aſtitit) parata ſeruire (regina) ſcꝫ catholica eccleſia chriſti regis ſponſa que ſub chriſto rege bene regit filios ſuos (a dextris tuis) et nō a ſiniſtris qꝛ ſemꝑ ei placita ⁊ nunq̄ ꝯtraria operatur. ideo ſequit (in veſtitu) oꝑm honoꝝ (deaurato) nō aureo ne ſola ſit charitas ſed aſſint cetera que charitas ornat. In auro eni intelligitur charitas. qđ vero aureū eſt totū de auro eſt. qđ aūt deauratū eſt aurū habet et aliud eſt. (circundata varietate) ꝓploꝝ: ꝑſonaꝝ: ſtatuū: officioꝝ: graduū: linguaꝝ: meritoꝝ et donoꝝ. Hanc repn̄tat eccleſia in veſtimentis nunc ſic nūc aliter coloratis et in cantibꝰ et cantuū vocibus diuerſis. Deinde alloquit ꝓpheta reginā tanq̄ vnus de patribꝰ eius. i. de aplīs. d. Ergo vt ad huius ſponſi thalamū valeas ꝑuenire

**Audi filia et vide et inclina aurē tuā: et obliuiſcere ꝓpl'm tuū et domū pr̄is tui.**

Audi) intus ſcilicꝫ credendo o regina (filia) mea. i. mea p̄dicatōne genita: chriſtū in euangelio loquentē et docentē (et vide) eius doctrinam intelligendo et vitā ꝯſiderando (et inclina aurē tuā) ad obediendū hūiliter: et imitanduꝫ ſcꝫ in oꝑe ea que docet replendo. (et obliuiſcere ꝓpl'm tuum) vnde veniſti ſcꝫ vicia ꝑpetrata ꝑ que regi babylonie ſeruiſti (et domū pr̄is tui). i. ꝯſortium diaboli et ꝯuerſationē ſeu vanitates huius mundi in quo q̄ſi in ꝓpria domo vſq̄ modo diabolus regnauit: cuius filia ꝑ malorum operum imitatōe fuiſti. Deinde laudat eam et primo a forma. d.

**Et ꝯcupiſcet rex decorē tuū: q̄m ipſe eſt dn̄s deus tuus et adorabūt eum.**

Et) tūc (ꝯcupiſcet rex) celeſtis ſcꝫ filius (decorem tuū). i. te decoraꝫ ꝓpter pulchritudinem

ſpūalem quam ipſe fecit in te et dedit per grām regans in te imaginem ſuā. Multiplex eſt decor eccleſie qui in duobꝫ cōſiſtit ſcꝫ in forma vite et doctrine. Et ideo debes libenter audire q̃ ꝑcepta ſunt tibi (qm̄) ille qui ꝯcupiſcit te nō ſolum eſt rex et ſponſus tuus ſed (ipſe eſt dn̄s deus tuus).i. creator et dn̄ator tui. Quicquid habes vnde illi places ab illo habes. (et adorabunt) oēs ꝑpli de quibꝫ facta es (eum) ſcꝫ regez tuū adoratōe latrie qꝛ ei om̄e genu flectet̃.

**Et filie tyri in muneribꝫ: vultum tuum deprecabuntur oēs diuites plebis.**

At) nō tm̄ iudei ſed etiā (filie tyri).i. gentium hoc eſt gentes a parte totū ſignificās. Per tyrū eni vicinā iudee vbi prophetia erat gentes in chriſtū crediturας ſignificabat quā precipue noīat qꝛ ciuitas nobilis et famoſa erat venient ad regem tuū in muneribꝫ ſe et ſua chriſto deuote offerendo ipſumq; adorando et elemoſynas faciendo (vultū tuum) et pn̄tiam o regina (depcabuntur) et petent a deo.i. deuote precabuntur deū vt det eis poſſe ꝑuenire ad tuū vultum.i. pſentiaꝫ et ꝯformitatē tuā ne extra nidū eccleſie poſiti faciant opa ſua ſed in vultu et cōſpectu ſponſe.i. in vnitate eccleſie aliter eni non ꝓdeſſent. (oēs diuites plebis).i. omnimodi diuites ſiue ſint locupletes ſiue nobiles ſiue ſapientes ſiue potentes et hmōi. Deinde laudat eā a gloria dicens

**Omnis gloria eius filie regis ab intus: in fimbrijs aureis et circūamicta varietatibus.**

Ois gloria eius) ſcꝫ (filie regis) que iam dicebatur regina.i. eccleſie eſt (ab intus).i. conſiſtit in ornatu interiori ſcꝫ in puritate cōſciētie et nō in oſtenſione iactantie nec in magno apparatu exteriori in quo ſynagoga gloriabatur Vn̄ Paulus ait. gloria nr̄a hec eſt teſtimoniuꝫ ꝯſcientie nr̄e. Gloria aīe fidelis eſt de interioribus bonis: gloria aūt maloꝝ eſt de his que foris ſunt vt de pulchritudine: fortitudine: genere: dignitatibꝫ: diuitijs et hmōi. Et licꝫ eius gloria ſit intus in cōſcientia tm̄ eſt etiā (in fimbrijs aureis).i. in honeſtate ꝯuerſatōis et in opibus bonis que bn̄ ꝑ fimbrias intelligunt̃ qꝛ patent ſicut fimbrie et puriſſima ſicut aurū oportet eſſe. (circūamicta).i. ornata (varietate) virtutū qꝛ ſingule virtutes vndiq; eam circūdant. Deinde laudat ambos a ſocietate.d.

**Adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferentur tibi.**

Adducentur) ꝑdicatōe et grā adiuuante qꝛ ꝑ ſe nequeūt venire. (regi) chriſto ad ſeruiendū (virgines) et pudice ſcꝫ integre et aīa et corpe q̃ ſunt in primo gradu per quas robuſti et fortes accipiunt̃. (poſt eam) ſcꝫ reginā.i. apoſtolicā et primitiuā eccleſiā catholicā generalē matrem fideliū que domuꝫ pr̄is oblita prima venit ad regem. Et ꝯuertens verba ad regem ait. et (proxime eius) regine et ad eam ꝑtinentes.i. vidue et in matrimonio ab aliena ꝯiunctōe cōtinentes q̃ ſunt in ſcd̄o gradu ꝑ quas infirmi et imbecilles deſignant̃. (afferentur) et portabuntur (tibi) o rex et ad honorē tuum in tuū ꝯſortiū. et vere ꝓxime qꝛ prioribꝫ ꝯſiles et eas in cōtinentia imitantes. Hec ergo om̄es et virgines et proxime.

**Afferentur in leticia et exultatōne: adducentur in templū regis.**

Afferentur in leticia) virtutū (et exultatōne) grārum ſeu in gaudio interiori et exteriori non in triſticia peccati qꝛ in pn̄ti q̃ꝫ eccleſia valde letantur ſancti de puritate ſue ꝯſcientie et pectoris ſui pace et de hac deinde (adducentur) miniſterio angeloꝝ tanq̃ꝫ viui lapides (in templū regis).i. in ſuꝑnam hieruſalē facti ꝑ chriſtum regnū et ſacerdotes dei. Duce ergo gratia adducentur in templū regis: in vnitatē pfecte charitatis vbi poſſint in eternū laudare deū. Deinde laudat eos a prole oſtendens quanto incremento ecc̄ia ſponſa ꝓfecerit et alloquit̃ eā.d.

**Pro pr̄ibꝫ tuis nati ſunt tibi filij: ꝯſtitues eos principes ſuꝑ omnē terram.**

Pro patribꝫ tuis).i. loco apl̄oꝝ qui te genuerunt (nati ſunt tibi filij) imitatores coꝝ ſcꝫ epi et alij quos genuiſti: nō te ergo putes deſertam qꝛ non vides eos ꝑ quos nata es: nati ſunt filij ad opus tuū et de prole tua creuit tibi paternitas. Sunt eni et hi pr̄es tui qꝛ ab ipis regeris: Vn̄ ſequitur (cōſtitues eos) in ſede patrū (principes) in ſpūalibꝫ.i. prelatos: magiſtros et doctores ad regenduꝫ ꝑpl̄m dei. (ſuꝑ omnem terram).i. ſuꝑ vniuerſalem eccleſiā: per om̄es partes terre diffuſam nō in vno loco tm̄. Et nota et hoc qꝛ principes ſeculi ſubeſſe debent ſacerdotibus nō preeſſe. Et qꝛ ita eſt ordinata eccleſia et confirmata ideo ipſa tanq̃ꝫ grata alloquitur dominum.d.

**Memor ero noīs tui dn̄e: in omni generatione et generatione:**

Memor ero noīs tui) id ē fame et glorie tue memoriā agam et ſemꝑ te predicabo (in omni generatione) diffuſa in omni terra. (et) deinde in (generatione) ſuccedente. q.d. eccleſia: ſemꝑ nomē tuū annunciabo generatōnibꝫ ſibi ſuccedentibꝫ vſq; ad finē mundi. Vel ipi filij nati

et principes conſtituti memores erunt ſemper (nominis tui dñe) quia ſuccedendo ſemꝑ per omnes generatões pſeuerabunt.

**Propterea populi cõfitebuntur tibi ineternum: et in ſeculum ſeculi.**

Propterea (etiam (populi) qui futuri ſunt videntes tantam gloriam eccleſie tue (confitebũtur tibi) id eſt laudabunt te tanquam auctorem et gubernatorē (ineternum) preſentis ſeculi id eſt per totam hanc vitam (et in ſeculum) ſubſecuturum huius (ſeculi) id eſt in futuro vbi eſt laus eterna que nunq̃ finietur. O felix apoſtolorum predicatio que eternam laudem domino acquiſiuit. O felices et nimium beati qui dominum laudare merebuntur in ſeculum ſeculi. Oratio.

O chriſte domine verbū patris per quem cuncta creata ſunt et creantur cuſtodi queſumus eccleſiam tuam varietate gentium cõgregatam: vt dum te ex ipſa credulitatis iuſticia corde puro diligimus: principatum eterni ſeculi cum patribus mereamur. Per d.

Pſalmus de aduentu Chriſti ac conuerſione et ſaluatione gentiũ necnon de liberatione et conſolatõne fideliũ in perſecutione maloꝝ. ps. xlv.

**DEus noſter refugium et virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis.**

Auctor pſalmi propheta Dauid. Titulus talis eſt. In finem filijs Chore pro archanis pſalmus Dauid. Hoc eſt: pſalmus ille Dauid prophete tendens in finem id eſt in Chriſtum ſeu in perfectionem. attribuitur filijs chore id eſt imitatoribꝫ crucifixi qui hic loquuntur. habitus pro archanis id eſt occultis manifeſtandis: quia agit de aduentu Chriſti qui multum erat occultus: et quibuſdam aduentum huiuſmodi circumſtantibus et conſequentibꝫ. Materia: aduentus Chriſti ac liberatio et conſolatio fidelium in perſecutione malorum. Intentio: omnes monere ad fidem et vt ad deum in omni tribulatione refugium habeant et de liberatione plene confidant. Sententia in generali: propheta in iſto pſalmo in perſona primitiue eccleſie tribulate primo beneficia que deus impendit fidelibus tempore tribulationis recitat: deinde mirabilia dei opera que inter fideles opatur narrat: et ad diligenter attendendum et per conſequens ad credendum et imitandum inuitat. quia vt in precedenti pſalmo dicitur primitiuã eccleſiam alie ſubſequuntur: proponunt ſe primitiui poſteris exemplum patientie vt non deficiant ſub tribulationū pondere cum eos audiunt qui ſalutem hominum querebant tot et tanta patienter ptuliſſe. Sententia in ſpeciali: propheta ergo in Chriſti aduentu videns multas tribulatões exurgere: contra eas premittens conſolationem in perſona filiorum Chore ait. (Deus) omnium poteſtate (noſter) gratia et voluntate ſeu per fidem et confeſſionem: eſt nobis (refugium) id eſt ſecuritas contra pericula: contra tormenta: contra peccata (et virtus) id eſt fortitudo: quia cum ad eum fugerimus firmi erimꝰ: vnde nihil eſt nobis timendum. et (adiutor) eſt (in tribulationibus) vincendis (que inuenerũt nos nimis) quia tribulamur ſupra q̃ ferre poſſet fragilitas carnis niſi iuuaremur auxilio diuinitatis. Tribulatões inuenimus quando iam premeditatas ſuſtinemus: ipe vero nos inueniũt quando inopinatos intercipiunt. Grauius autem feriunt tela que preuiſa non ſunt.

**Propterea non timebimus dum turbabitur terra: et transferentur montes in cor maris.**

Propterea) q: talis eſt nobis deus: freti tanto adiutore (non timebimus) qui in ipſo credulitatem habemus (dum turbabitur terra) id eſt peccator terrenus vel iudeus. Genere eorum qui terrena ſapiunt iraſcitur et indignatur ac inſurgit fremendo aduerſus nos (et tranſferentur montes in cor maris) id eſt ducentur apoſtoli et fideles ante iudices huius mundi et tyrannos. Vel dum (tranſferentur) apoſtoli a iudea in medium ſeu fidem gentium tũc nos qui compuncti ſumus et montibus conſentimus non timebimus ne de numero reproborum iudeorum fuerimus. Turbatis omnibus dei ſeruus manet intrepidus in qua tranſlatõne

**Sonuerunt et turbate ſunt aque eorũ: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.**

Sonuerunt) chriſti montes id eſt apoſtoli et ſancti fidem predicando ⁊ confitendo (et turbate ſunt aque) id eſt irati ſunt populi tyrannorum ſeu gentium (conturbati ſunt) ſimul cũ plebe (montes) id eſt potentes ſeculi terrena altitudine tumentes (in fortitudine eius) ſcilicet dei oſtenſa per apoſtolos ⁊ ſanctos dum annũciaretur per eos. Alij ſunt montes dei quibus caput eſt chriſtus. alij ſunt montes ſeculi quibꝫ caput eſt diabolus. Sic ergo per iſtos montes turbati ſunt illi montes: Sed non eſt timendum quia.

**Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: ſanctificauit tabernaculū ſuū altiſſimus.**

Fluminis impetus) id eſt inundatio et irrigatio ſancti ſpiritus (letificat) ſuis gratijs et donis (ciuitatem dei) id eſt ſanctam eccleſiam virtutibus munitaȝ (et ſanctificauit) per illum fluuium (tabernaculum ſuum) id eſt congregationem fidelium in qua habitat per fidem (altiſſimus) ſcilicet ipſe chriſtus. Jdeo ſpiritus ſanctus dicitur flumen quia concupiſcentias et ardores carnis extinguit. impetuoſum autem q2 nemo ei reſiſtit. Eccleſia vero dicit̄ ciuitas vel propter concordiam habitantium: vel quia legem habet et regem. hanc in tantū letificat ſpiritus ſanctus vt glorietur etiam in tribulationibus. Dicitur et tabernaculum quia in ea domino militatur. Et hoc tabernaculum ſignificatur per ſpiritum ſanctum ſine quo nullus eſt ſanctus. Nec ſolum letificat ⁊ ſanctificat deus eccleſiam ſuam ſed etiam

**Deus in medio eius non cōmouebitur adiuuabit eam deus mane diluculo.**

Deus in medio eius) ſcilicet ciuitatis et eccleſie fidelium eſt et manet ad protegendum a malo et roborandum in bono. Jn medio eſt id eſt in cōmuni quia omnibus equaliter propoſitus eſt: equaliter omnibus conſulit nec perſonas accipit. Uel ideo quia eſt columna que ſuſtentat om̄es partes domus ne corruat. et ideo illa ciuitas (non cōmouebitur) a veritate fidei et operatione virtutum ſeu de bono ad malum Et non ſolum ſuſtentat ne corruat: ſed etiā (adiuuabit eā deus) in labore huius ſeculi ad bene operandum et proficiendum. (mane) id eſt in principio conuerſionis vel boni operis. et h̄ (diluculo) id eſt illuminatione ſpiritus ſancti: quia ſicut poſt mane ſequitur diluculum: ſic ꝑ initium conuerſionis venitur ad lumen virtutis. Uel ſcd̄m aliam litteram (adiuuabit eam deus vultu ſuo) id eſt preſentia et demonſtratione auxilij ſui ſcilicet cum eam adiuuando ſe indicat. Et ſic

**Cōturbate ſunt gentes et inclinata ſunt regna: dedit vocē ſuā mota eſt terra.**

Conturbate ſunt gentes) ſalubriter et bona conturbatione id eſt ammirate ac compuncte et mote ad penitentiam viſis miraculis et multiplicatione fidelium (et inclinata ſunt) etiam (regna) id eſt principes vel regiones humiliati per fidem predicationem humiliter ſuſcipiendo vt adorent qui per ſuperbiaȝ erant erecti vt ſeruirent. quia (dedit vocem) id eſt predicationem (ſuam) deus ꝑ ora predicatorum: et (mota eſt terra) id eſt terreni ad conuerſionem ſcilicet ab infidelitate ad fidem: a vicijs ad virtutes: a diabolo ad deum. Quis eſt qui dedit vocem ſuam dicat eccleſia.

**Dn̄s virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus iacob.**

Dominus virtutum) celeſtium ſcilicet angelorum. Uel (Dominus virtutum) a quo dona virtutum fluunt: ipſe eſt (nobiſcum) emanuel in carne aſſumpta: et per hoc eſt (ſuſceptor noſter) Suſceptus eſt a nobis et ſuſcepit nos. Accepit noſtram humanitatem: ſuſcepit nos in ſuam diuinitatē. factus eſt particeps noſtre mortalitatis vt nos faceret participes ſue immortalitatis (deus iacob) id eſt ſignificatorum per iacob ſcilicet luctantium et ſupplantantium quibus ipſe dat virtutes. Nulla ergo nos terreat infirmitas noſtra. Et quia admirabilis et ſalubris eſt iſta gratia ergo

**Uenite et videte opera domini que poſuit prodigia ſuper terrā: auferens bella vſqȝ ad finem terre.**

Uenite) o gentes fide et credite (et videte) id eſt intelligite (opera domini) que tempore incarnatōnis fecit. (que poſuit prodigia) id eſt in ſignum. Prodigia enī dicuntur in quibus aliud ſignificatur q̄ȝ videtur. (ſuper terram) id eſt ſuper terrenos: et ſubiungit que ſunt illa ſcilicȝ (auferens bella) ſcilicet ſpiritualia. Fecit enim pacem inter deum et hominem et vtraqȝ ſcilicȝ iudeos et gentes fecit vnum. et hoc (vſqȝ ad finem terre) nō tm̄ localiter in om̄i terra mundi: ſed etiam temporaliter vſqȝ ad finē ſeculi. Aufert etiam a nobis dominus bella quando extinguit repugnātia vicia et hoc ſignificabat illa pax temporalis que per totum mundū tempore natiuitatis Chriſti fuit. Et vere eſt auferens bella quia

**Arcū conteret et confringet arma: et ſcuta comburet igni.**

Arcum conteret) id eſt occultas malorū contra fideles inſidias deſtruet (et confringet arma) id eſt publicas et apertas impugnationes (et ſcuta) id eſt vanas errorum et viciorum protectiones et defenſiones (comburet igni) id eſt annihilabit ſpūs ſancti igne et calore. Feruente iſto igne nulla in nobis arma remanent impietatis vt armemur armis euangelicis que deſcribit apoſtolus. Et quia prius inuitati ſumus ad videnduȝ opera dn̄i: iam ipſe dn̄s nos inuitat ad videndum ſ.c.d.

**Uacate et videte q̄m ego ſum deus: exaltabor in gentib9 et exaltabor in terra.**

Vacate et videte qm̄ ego ſum deus). q. d. vidiſtis opera mea iam preparate vos ad videndū artificem ipſm̄. Et vt ad hoc idonei ſitis (vacate) et ceſſate ab operib᷒ malis et vicijs a tumultibus et terrenis. nullus tumultus in mente ſit et nulla macula: omnia ſint pacata om̄ia mundata. (et videte). i. intelligite deum auctorē oīm et munerum ſuorum. (qm̄ ego) ſolus (ſum deus) qui feci et reficio vos: et nō eſt alius preter me nō ergo de operib᷒ veſtris extollamini ego quidem (exaltabor et magnificabor (in gentibus) quia conuerſe ad fidem me deprecabunt (et) deinde (exaltabor in terra). i. in iudea ſeu in iudeis vt cum plenitudo gentiū intrauerit oīs iſrael ſaluus fiat. Quia iudei in diuerſis erroribus ſicut gentes non fluctuabāt. ideo iſti per terram que ſolida eſt ille per mare accipiuntur Exaltabitur itaq; in gentib᷒ et iudeis vt iam omnes dicant quod ſequitur.

**Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus iacob.**

Dn̄s virtutum) eſt (nobiſcū: et ſuſceptor noſter) eſt (deus iacob) qui facit vincere populū chriſtianum per Jacob figuratū licet poſteriorem. Semp̄ eni cum credentib᷒ dignanter inhabitat ſicut ipſe polliceri dignatus eſt: dicens Ecce ego vobiſcum ſum omnib᷒ dieb᷒ vſq; ad conſummationē ſeculi. aliter aūt nobiſcū non eſſet niſi vacaremus a vicijs et exaltaretur in nobis.

Oratio.

Perſpicuum in imminenti tribulatione refugium miſericors deus ſanctifica impetu eterni fluminis habitaculū noſtri cordis vt te deo virtutum nobiſcū coopante terrena prelia confutemus. Per dn̄m.

¶ Inuitatio ad Chriſti laudem ꝓpter eius excellentiā et dignitatem ac beneficiorum exhibitionē et ſuā glorioſam in celum aſcenſionē. P̄s. xlvi.

**OMnes gētes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis.**

Auctor pſalmi ꝓpheta Dauid. Titulus hic eſt. In finem pſalmus dauid pro filijs Chore Et eſt ſenſus: pſalmus ille eſt dauid ꝓphete qui hic loquitur. habitus pro filijs chore. i. paſſionis ſc; ꝓ cōuerſis gentib᷒ dirigendis in finem id eſt ad chriſti laudem. Gentes eni quas in p̄cedenti pſalmo vocauit ad fidem iam cōuerſas hic inuitat ad laudem. Materia: Chriſtus aſcendens ad patrē et filij chriſti ſc; gentes cōuerſe ad fidem. Intentio: deum laudare et ad eius laudem inuitare. Sententia in generali: Propheta in iſto pſalmo in perſona apoſtolorum ſeu eccleſie inuitat oēs fideles ad dei laudem et hoc ꝓpter eius excellentiam et dignitatē beneficiorum exhibitionez et ſuam glorioſam in celum aſcenſionem. Sententia in ſpeciali: In voce ergo apoſtolorum ſeu eccleſie gentes ad laudem monens ait. O vos (Omnes gentes) que ad fidem vocate eſtis et iam conuerſe in chriſtum creditis nō tm̄ iudei (plaudite manibus) id eſt gaudete bonis operibus: vel inceſſanter bona opera coniungite operibus bonis (iubilate deo) id eſt tantam dei laudē mente concipite que non poſſet exprimi voce et ita ꝙ iubilatio illa ſit (in voce exultationis) id eſt non ſolum deum laudate corde ſed etiam exaltanti voce alijs annunciate. quaſi diceret: gaudete ad vos perueniſſe gratiam dei: et ſi gaudentis concordent manus et lingua: ille operentur hec cōfiteatur. et ſubiungit cauſas qualiter laudandus ſit.

**Quoniā dn̄s excelſus terribilis: rex magnus ſuper omnem terram.**

Quoniam dominus) quia dominatur om̄i creature ſcilicet ieſus chriſtus qui prius apparuit humilis eſt (excelſus) in potentia quia potens et efficax ſue voluntatis: poteſt quod vult. et qui prius apparuit irriſibilis: eſt (terribilis.) quia iudicaturus in poteſtate puniet malos (et rex) quia ſuos ſpiritaliter regit. (magnus) quia rex regum et dominus dominantiu; (ſuper omnem terram) non tm̄ iudeorum ſed etiā gentium: quod oſtenſum eſt in titulo cruci ſuperpoſito tribus linguis inſcripto: quia nulla pars eſt terre vbi ipſe non dominetur. Ideo etia; eſt laudandus quia

**Subiecit populos nobis: et gentes ſub pedibus noſtris.**

Subiecit populos) iudeorum (nobis) id eſt vniuerſali eccleſie (et gentes) id eſt gentiles credentes (ſub pedibus noſtris) id eſt ſub predicatione noſtra cui obediunt. Ideo autē dicit ſub pedibus vt omnimodam humilitatem ſubditorum intelligamus. Sic enim dominus ordinauit eccleſiam vt alios vellet eſſe prelatos: alios ſubiectos. Prelatorum officium eſt predicare: monere: corrigere: et in hoc chriſti vices in eccleſijs tenere. Subiectoꝝ officiū eſt audire: obedire: et oēm ſubiectiōe; p̄latis ſuis tanq̄ ipi dn̄o chriſto exhibere. Illa vtiq; q̄ ꝓpter deū fit ſubiectio nō tā hoib᷒ exhibet q̄ deo. Et

**Elegit nobis hereditate; ſuam: ſpeciem iacob quem dilexit.**

Elegit) nõ nr̃is meritis ſʒ ſua gr̃a: dare (nob hereditatẽ ſuã) celeſtẽ: h̃ eſt vitã eternã ſcʒ (ſpeciem). i. pulchritudinẽ (iacob). i. ſignificatoꝝ ꝑ iacob ſcʒ poſterioris ꝑp̃li. Celeſtis enĩ hereditas pulchritudo eſt ꝑp̃li chriſtiani in qua ſpecioſus erit fulgens ſicut ſol qui nũc eſt abiectus. (quẽ) iacob et ſil'es iacob vel ſignificatos a iacob ſcʒ qui terrena dant ꝓ celeſtib⁹ vt iacob fecit. vel qui luctant̃ cũ carne et vicia ſupplantãt: dñs (dilexit) et celeſtẽ hereditatẽ eis dare elegit. Deinde oſtendit quo ordine gentes electe ſunt cum ſubiungit

**Aſcendit deus in iubilo: et dominus in voce tube.**

Aſcendit deus) ſcʒ chriſtus deus et hõ (in iubilo) ſcʒ angeloꝝ iubilantiũ de chriſti victoria et claritatis gloria de eius aſcenſione et ſui ordinis repatõe. et ſil'r in iubilo diſcipuloꝝ q² gaudium ammirantiũ diſcipuloꝝ nõ poterat exponi aut verbis explicari. Eſt enĩ iubilus ineffabile gaudiũ qð nec taceri p̃t nec exprimi valet. (et dñs in voce tube). i. in manifeſta voce angelorum clamantiũ. viri galilei ꝛc. Qð ideo factum eſt vt mũdus firmius crederet qð tales ꝑcones ſcʒ angeli et ap̃li ꝯfirmarẽt. Et tũc poſt aſcenſionẽ miſſus eſt ſp̃us ſanctus in ap̃los et ꝑ̃dicatuʒ eſt euangeliũ gentib⁹ et ſic electe ſunt. Et q² eccleſia militans ꝯformari debet triumphanti. ideo ſequitur.

**Pſallite deo noſtro pſallite: pſallite regi noſtro pſallite.**

Pſallite) bñ oꝑando (deo nr̃o). i. chriſto ſ'm diuinitatẽ. hoc eſt ad honorẽ dei nr̃i. q. d. oꝑib⁹ laudate eũ. (pſallite) mente et volũtate id faciẽdo. Et nõ ſolũ pſallendũ eſt ei in eo ꝙ deus eſt: ſʒ etiã in eo ꝙ hõ. nec qualiſcũq; homo ſʒ rex: et ideo ſubiungit (pſallite regi nr̃o). i. chriſto ſ'm hũanitatẽ et hoc ore. (pſallite) etiã corde. Pſallendũ eſt deo: q² nos creauit. pſallendũ eſt regi: q² nos redemit. pſallendũ eſt aſſidue corde ore et opere. Ideo etiã ei pſallendũ eſt.

**Qm̃ rex oĩs terre deus pſallite ſapiẽter.**

Qm̃) ipe eſt (deus) qui creat. et (rex) qui creata gubernat. rex dico iam (oĩs terre) nõ tm̃ vnius: q² iam ab om̃i terra agnoſcit̃ qui prius tm̃ in iudea erat notus. ideo (pſallite ſapiẽter). i. bñ oꝑamini nõ ꝓ terrenis vel inani gloria ſicut fatue virgines ſʒ vt ſoli dño placeatis ſicut prudentes. Vel (pſallite) et canite ad laudẽ eius (ſapienter) vt qð dicitis intelligatis. nemo enĩ ſapienter facit qð nõ intelligit. Vel q̈nquies pſallite: ad quinq; ſenſus corpis referre poſſumus vt videlicʒ eos in bonũ vſum vertamus. Deĩn oſtendit quõ ſit rex oĩs terre cum ſubditur.

**Regnabit deus ſuper gentes: deus ſedet ſup ſedem ſanctam ſuam.**

Regnabit deus ſup gẽtes) ſcʒ oẽs qui olim ſup vnã gentẽ iudeoꝝ regnabat (deus ſedet ſuper ſedẽ ſc̃am ſuã). i. ſup celos ad dexterã pr̃is regnãs in ſecula vel ſup angelos et iuſtas aĩas q² aĩa iuſti ſedes eſt ſapiẽtie. i. ita regnat in gentibus vt tñ maneat in ſolis ſanctis. vbi ergo regnabat diabolus modo regnat chriſtus. ille regnabat ꝑ vicia: iſte regnat ꝑ virtutes. Si has agimus regnũ et ſedes dei erimus. Et exponit quõ factũ ſit vt regnet ſup gentes cũ ſubiũgit.

**Principes ꝑp̃loꝝ cõgregati ſunt cũ deo abraham: qm̃ dij fortes terre vehementer eleuati ſunt.**

Principes ꝑp̃loꝝ) oĩm nõ vnius ꝑp̃li tm̃. i. primitiui oĩm gentiũ vel reges et alie p̃tates q̃ prius deo aduerſabant̃ (cõgregati ſunt) ꝑ fidẽ id eſt ꝯuenerũt credendo (cũ deo abrahã). i. in chriſto qui eſt deus abrahe: vel cũ deo cui credidit abrahã. Sil'r et ꝑp̃li cũ eis. Ideo aũt acceſſerũt ad fidẽ (qm̃ dij fortes terre). i. ap̃li et ꝑ̃dicatores ſancti dij terre ꝑ gr̃am fortes ꝑ fidẽʒ q̃s neq; vita neq; mors ſepat a charitate chriſti (vehementer eleuati ſunt) et clarificati in doctrina in virtutib⁹ et ſignis ſeu miraculis et ita factũ eſt vt multi generarent̃ ad fidem.

Rex oĩm ſeculoꝝ deus cuius Oõ. regnũ ſup oẽs ꝑp̃los dilatat̃: ſubijce q̃ms gentes vicioꝝ ſub pedib⁹ nr̃is: vt dum tibi deo noſtro pſallimus ſapienter tuo eas auxilio ſuperemus. Per do.

**Pſalmus de ciuitatis Hieruſalẽ cõmendatõe ac de eccleſie fundatõe et magna ac multimoda eius ⁊ fundatoris ſui dignitate et laude. ꝑs. xlvij.**

**Magnus dominus** et laudabil' nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus talis eſt. Pſalmus iſte vel laus eſt cantici quia de re agit: vñ nobis exultandũ eſt maxime ſcʒ de eccleſie dignitate et eſt filioꝝ vel attribuitur filijs chore. i. filijs et imitatorib⁹ chriſti ſcʒ ap̃lis et q̃buſcunq; ꝑfectis. Pſalmus inq̃ habitus ſc̃da ſabbati qua factũ eſt firmamentũ. i. celuʒ. id eſt agens de eccleſia que poſt reſurrectõʒ chriſti eſt firmata. Prima enĩ die diſcreta eſt lux a tenebris in qua ſignificatur reſurrectio chriſti vbi lux immortalitatis a tenebris mortalitatis diſcreta eſt. In ſc̃da die factuʒ eſt firmamentũ in

quo ſignificatur tp̄us poſt reſurrectõꝫ quo fundata eſt eccleſia et firmata ſupra firmã petram a qua neqꝫ morte ſeparari pt̄ neqꝫ vita. Quia ergo ſupius plura dixit de eccleſie dignitate: nũc agens de eius fundatõe ꝯmendat ipam et fundatorem eius multimode intendẽs p̄ hoc oẽs ad eiuſdẽ eccleſie virtutes et imitationẽ inuitare. Materia ꝯmendatio ciuitatis hieruſalẽ ſeu eccleſie quã vocat ciuitatẽ: et chriſti huius ciuitatis dñi ⁊ fundatoris. Intentio: monere ⁊ hortari vt oẽs iſtam ciuitatẽ et chriſtũ magnificẽt et cõmendent. Sñia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo in pſona apl'oꝝ ſeu pfectoꝝ loquiẗ de honore et magnificẽtia huius ciuitatis et chriſti fundatoris eius et cõmendat ambos a multis. Sñia in ſpeciali ꝓpheta ergo primo ꝯmẽdans ciuitatẽ a dignitate conditoris ait (Magnus) .i. magni imperij et magne potentie eſt (dñs) ſcꝫ ieſus chriſtus qui eſt dñs oĩm creaturarũ (et) inde (laudabilis) .i. dignus laude (nimis) ſine termino et fine et ſuperqꝫ lingua poſſit explicare et vltraqꝫ hũanus intellectus poſſit concipe vel attingere (in ciuitate dei nr̄i) ſcꝫ hieruſalẽ q̄ fuit electa ad cultũ dei: ſita (in monte ſancto eius) ſcꝫ ſyon: hoc eſt in pede eius ad aquilonẽ. Uel (in ciuitate dei nr̄i) .i. in eccleſia que eſt munita virtutibꝫ: ampla charitate: collecta p̄ fidem ad iuſte viuendũ. ciuitate dico poſita (in monte ſancto eius) ſcꝫ ciuitatis .i. in chriſto ſup quẽ eſt fundata: ſiue in monte virtutum vel conſtantie. Hec ergo ciuitas a tali dño eſt poſſeſſa. et ſubdit de quibꝫ eſt cõſtructa cõmendans eam ab amplitudine

**Fundaẗ exultatõe vniuerſe terre: mons ſyon latera aq̄lonis ciuitas regis magni**

Fundatur) hec ciuitas hieruſalẽ in fide catholica p̄ chriſtũ et apl'os ibidem p̄dicantes et miracula facientes. (exultatõne) .i. ad exultationem (vniuerſe terre (et oĩm credentiũ. qꝛ fides eis deriuata de hieruſalem ad alias p̄tes orbis quod eſt eis cauſa exultatõis (mons ſyon) qui eſt in parte auſtrali ciuitatis. et (latera aquilonis) que ſunt de cõtra et alia p̄te ciuitatis: ſunt (ciuitas regis magni) qꝛ ex iſtis tanqꝫ ex quibuſdaꝫ extremitatibꝫ cõſtat ciuitas hieruſalem Uel (Fundatur) hec ciuitas .i. eccleſia (exultatione vniuerſe terre) .i. firmiter edificata eſt de habitatoribꝫ vniuerſe terre exultantibꝫ de peccatorum remiſſione: et hoc exequitur p̄ partes dicens (mons ſyon) in quo caput regis iudeorum erat .i. iudei (latera aquilonis) .i. gentes q̄ torpentes frigore infidelitatis adherebãt tanqꝫ latera diabolo qui p̄ aquilonẽ ventũ frigidum ſignificatur: ſunt (ciuitas regis magni) .i. dei q̄ fecit vtraqꝫ vnũ et hos populos in eccleſia ſua p̄ fidẽ collocauit. Sequiẗ alia ꝯmendatio.

**Deus in domibus eius cognoſcetur: cũ ſuſcipiet eam.**

Deus in domibꝫ eius) ſcꝫ ciuitatis hieruſalem (cognoſcetur) qꝛ chriſtus deus et homo in templo fuit cognitus a ſymeone et anna ⁊ alijs fidelibꝫ. (cum) per ſuam incarnationẽ et grãm (ſuſcipiet eam) tutandã ſcꝫ ꝓmouendo ad talẽ gloriam. Uel (Deus in domibꝫ eius) ciuitatis ſcꝫ eccleſie .i. in ſingulis fidelibꝫ qui dicuntur domus qꝛ in eis habitat dñs (cognoſcetur) qꝛ ipſi cognitionẽ habebũt de deo cum p̄ gratiaꝫ (ſuſcipiet eam) tuendam et ꝓtegendã ab inimicis. Uel in domibꝫ dictum eſt pluraliter ꝓpter duos parietes iudeoꝝ et gentium. vel ꝓpter diuerſos ordines eccleſiaruꝫ vna tamen eccleſia. Et vere ſuſcipiet

**Qm̃ ecce reges terre ꝯgregati ſunt: conuenerunt in vnum.**

Qm̃ ecce reges) ſcꝫ tres magi. vel principes iudeoꝝ cum herode (cõgregati ſunt) ſimul. (cõuenerũt in vnum) ſcꝫ magi in vnitatẽ fidei ad adorandũ chriſtũ natum et principes iudeorũ cõcordantes in dñice natiuitatis locum. Uel. (Quoniã ecce reges) et poteſtates ſeculi (cõgregati ſunt) de multis locis: de multis ꝑp'lis cum ceteris fidelibꝫ in vnitate fidei et morum. et (cõuenerunt in vnũ) ſcꝫ lapidem angularẽ qui de multis facit vnum. vnde nõ eſt locus hereticis per partes conciſis et dicentibus ecce hic eſt: ecce illic. Et ſic

**Ipſi vidẽtes ſic admirati ſunt: ꝯturbati ſunt cõmoti ſunt tremor apph̄edit eos.**

Ipſi) ſcꝫ magi (videntes ſic) ſcꝫ ſtellã ducitricem et puerum ieſum et eius matrẽ (admirati ſunt) de viſis. vel (ipſi) principes iudeoꝝ (vidẽtes ſic) que in ꝓphetia legerãt (admirati ſunt) de adimpletõe (ꝯturbati ſunt) ꝓ pccĩs. et (cõmoti ſunt) ad fidẽ ſcꝫ magi ſꝫ p̄ncipes et herodes ad irã ⁊ vindictã (tremor apph̄ẽdit eos) ſcꝫ magos ꝓ tãte rei reuerẽtia ſꝫ p̄ncipes iudeoꝝ ⁊ herodẽ ꝓ timore amittendi tp̄alia. Uel (Ipſi) reges et ptãtes ſcl'i (vidẽtes ſic) .i. intelligẽtes ciuitatem dei ſcꝫ ecc̃iam ſic fundatã: ſic ꝯſtructã: ſic decoram: ſic firmã (admirati ſunt) gloriã et potentiã redemptoris ac virtutes eius et apl'oꝝ. et poſt admirationẽ glorie et miraculoꝝ ecc̃ie chriſti (cõturbati ſunt) de pccĩs ſuis (cõmoti ſunt) ad pniãꝫ ⁊ ad bona mutati (tremor apph̄ẽdit eos) ꝓ ꝯſcientia delictoꝝ et timore future ire.

**Ibi dolores vt parturientis: in ſpiritu vehementi conteres naues tharſis.**

Ibi dolores vt pturientis) ſcȝ matrū quaꝝ filios herodes fecit occidi ꝓpter chriſtū (in ſpū vehementi).i.in ira magna ſcȝ herodis (conteres naues tharſis) quia naues in tharſo cilitie que magos ꝑ aliam viam reuertentes tranſpoſuiſſe in patriā ſuam credebantur ꝯfracte ſunt ab herode. Vel (Ibi).i.in illa conturbatōne et tremore fuerūt (dolores) pnie (vt pturientis) id eſt graues ſed fructuoſi et vtiles. Fetus enī homo peperit nouū. et hoc nō ex ſuis fuit meritis ſȝ ex tua grā de⁹. et ideo ſubdit (in ſpū vehemēti) id eſt in virtute ſpūs ſancti vel in forti timore iudicij (conteres naues tharſis).i.euertes et humiliabis ſupbiam gentiuȝ. Per tharſis enī gentes accipiunt a parte totū. Per naues vero ſupbia ſignatur que in incertis diuitiaꝝ velut in flatib⁹ ventoꝝ confidit et preſumit. Et quia ita eſt ergo.

**Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate dñi virtutū in ciuitate dei noſtri: deus fundauit eam ineternum.**

Sicut audiuimus) in ꝓmiſſione et in ꝓphetia (ſic vidimus) in exhibitōne et in euangelio. oīa enī que modo ꝯplentur ante ꝓphetata ſunt. (in ciuitate) hieruſalē (dñi virtutū).i. angeloꝝ ꝓpter reuerentiā diuini cultus in ea frequenter habitantiū. Vel (in ciuitate).i. in eccleſia (dñi virtutū) q̄ʒ ibi cuſtodes angelos deputat et ipſe cunctis celoꝝ agminib⁹ dñatur. Et tantus dominus qui regnat in angelis nō dedignatur regnare in nobis ideo additur (in ciuitate dei noſtri) Ipſe qui dñs eſt virtutū ipſe eſt deus noſter: idem dñs et deus angeloꝝ et hoīm. oēs vna ciuitas: oīm vnus dñs et deus. (deus fundauit) in fide catholica (eam) ſcȝ eccleſiā ꝑ hieruſalem intellectā.i.incōmutabiliter ſtabiliuit (ineternū) manſurā nō ad tpus ſicut ſynagogam. Fundauit aūt mittendo filiū ſuū vt credentes in ipſo habeant vitam eternā. De quo eccleſia gratulando et laudando dicit

**Suſcepimus deus miſericordiam tuā: in medio templi tui.**

Suſcepimus) o deus pater actualiter (miſericordiā tuā).i.filiū tuū miſericordē (in medio templi tui) vbi fuit cum nr̄e carnis ſuba ꝑſentatus. Vel (Suſcepimus) fide (miſcōiam tuā).i.filiū tuū (in medio templi).i. in cōmuni tui ꝑpli. Bene miſcōia dei dicitur filius q̄ʒ per eum miſertus eſt nobis deus. Si tm̄ peccata dimitteret miſericors chriſtus dici potuiſſet ſȝ q̄ʒ et culpas dimiſit et inſup eternaȝ vitam immeritis dedit nō ſolum miſericordē ſed ipſam miſcōiam digne appellat. Qui recte in medio dicitur poſitus q̄ʒ equaliter ſe habet ad oēs tam ad nobiles q̄ȝ ad ignobiles. tam ad ideotas q̄ȝ ad ſapientes. Bñ ergo ſubiunctū eſt

**Scd̄m nomē tuū deus ſic et laus tua in fines terre: iuſticia plena eſt dextera tua.**

Scd̄m nomē tuū) o (deus ſic) eſt (et laus tua in fines terre) dilatata.i. ſicut nomen tuū vbiq̄ȝ terraꝝ diffuſuȝ eſt ſic et laus tua dilatata eſt vſq̄ȝ in fines terre vniuerſe.i.in eccleſia que toto orbe terraꝝ eſt diffuſa. Nulla eſt enim terra in qua chriſti nomē nō ſit auditū nec deſunt qui eum laudent ꝑ oēs terras. Et vere multi erunt qui te laudabūt q̄ʒ (dextera tua).i.tua ꝓpitiatio ſeu potentia (plena eſt iuſticia).i.iuſtis. q̄ʒ ꝑ tuā oīpotentiā et grām multos iam ꝯuertiſti et iuſtificaſti ſeu iuſtos feciſti qui oēs te laudant et multi ſunt iuſti qui ſtabunt ad dexterā tuā et te laudabunt. Et ideo

**Letetur mons ſyon et exultēt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe.**

Letetur mons ſyon).i.iudea que primo radios fidei ſuſcepit et in ſpeculatōe ꝑpli cōſtituta fuit. (et exultent filie iude).i.ꝯfeſſionis ſcȝ gētes ab apl'is ꝑ fidei ꝯfeſſionē genite. iudas enī cōfeſſio eſt: et hoc (ꝓpter iudicia tua dñe) quib⁹ nō falleris in diuidendo grana a paleis nunc vita poſt loco. Et ſi modo electi tui patiuntur mltas moleſtias adhuc inter malos poſiti tūc ꝑfecto erit plenū gaudiū et ꝑfecta exultatio et nihilominus iam exultent pro futuro. Et vos vterq̄ȝ ꝑpl's ſcȝ iudea et gentilitas

**Circundate ſyon et cōplectimini eam: narrate in turribus eius.**

Circundate ſyon).i.defendite ⁊ munite ꝑ fidem: ꝑ opationeȝ: ꝑ bonos mores eccleſiā que eſt in ſpeculatōne (et cōplectimini eā) brachijs et āplexib⁹ charitatis (narrate).i.p̄dicate alijs laudē et gloriā chriſti ⁊ eccleſie (in turrib⁹ eius) id eſt in altitudine munitionū et virtutū eccl'e ſic cōſtituti. Nō enī verbū dei p̄dicare debet q̄ adhuc praue viuendo in imis iacet. Iuſtuȝ eſt vt alte viuat qui alta p̄dicat vt cū doctrina cōcordet vita. Apte itaq̄ȝ ſubiunctū eſt

**Ponite corda vr̄a i v̄tute ei⁹: ⁊ diſtribuite domos ei⁹ vt enarretis i ꝓgenie altera**

Ponite corda veſtra) id eſt intentionē et affectum vr̄m nō tm̄ ora (in virtute eius) ciuitatis: ſcȝ in charitate q̄ eſt v̄tus eccl'ie ꝑ quā ſuſtinet. Nihil eſt fortius hac virtute q̄ʒ nihil eam vincit. vbi regnat charitas non regnat cupiditas: non ſuperbia: non ira: non inuidia: non luxuria: non cetera vicia. Charitas vicia extinguit: virtutes nutrit et eſt virtus virtutū. relique vir-

tutes ſine charitate figuram habere poſſunt veritaté habere nō pñt. Et ſic habita charitate (diſtribuite) id eſt diſtinguite et diuidite inter vos (domos eius) et loca vt ſinguli eant in loca ſibi deſtinata vt ſic (enarretis) predicando magnalia dei (in progenie altera) id eſt in omni generatione et generationem vſq; ad poſtremos. Enarretis inq̃ hoc ſcȝ

**Quoniam hic eſt deus deus noſter ineternuȝ et in ſeculū ſeculi: ipſe reget nos in ſecl'a.**

Quoniam hic) ſcilicet chriſtus in terris viſus qui tam magnus eſt et tam laudabilis (eſt deus) omnium poteſtate (deus noſter) voluntate non ad tempus vt falſi dij: ſed (ineternū. et) pro id eſt (in ſeculum ſeculi) regnaturus et in hoc ſeculo ⁊ in futuro. vel (ineternū) in preſenti tempore (et in ſeculum ſeculi) in futuro (ipſe) et non alius (reget nos) quia rex eſt et hoc (in ſecula) et ſine fine. Eſt enim deus et rex noſter: deus quia per ipſum facti ſumus. Rex quia ab ipſo regimur. Quia deus eſt proteget nos ne moriamur et pereamus. quia rex eſt reget nos ne aberremus ⁊ cadamus. Ab illo ergo optemus regi et liberari hic et ineternū in ſecula ſeculoꝝ.

Laudabilis atq; terribilis Oratio.
deus qui in celeſti hieruſalem princeps magnificus es: dilata mentem noſtram ſpirituali intelligentia: vt miſericordia tua in noſtri pectoris templo ſuſcepta: digni narratione tui nois habeamur. Per dñm:

## Pſalmus de amatoribꝫ mundi et de vanitatibus quibꝫ ſunt intenti: ꝙ cum omnibꝫ vanis in quibus confidunt ſunt eternaliter perituri. ps. xlviij.

**Audite hec omnes gentes: auribꝫ percipite omnes qui habitatis orbem.**

Auctor pſalmi propheta Dauid. Titulus hic eſt. In finem filijs Chore pſalmus dauid Hoc eſt pſalmus ille eſt dauid prophete: tendens in finem ſcilicet Chriſtum: propoſitus et aſcribendus filijs Chore id eſt predicatoribꝫ et chriſti imitatoribus qui nos admonent vt pñſentia contemnamus. et in finem id eſt ad eternitatem noſtram intentionē dirigamus. Quia enim ſupra inuitauit ad eccleſie virtutes et imitationem ideo ad hoc perficiendum admonet nunc vt caduca et tēpalia ſpernamus ac ſemꝑ manſura et eterna appetamus. quia non amatorum ſed contemptorū mundi redemptor eſt chriſtus. Materia: contemptus mundi: cum ſua gloria et amatoribus perituri. Intentio: oēs fideles cuiuſcunq; conditōnis ſint dehortari ab appetitu terrenorum ad amorem celeſtium: et ſic non eis erit in die iudicij timendū. Sententia in generali: propheta in iſto pſalmo in ꝑſona filiorum Chore: loquitur contra eos qui deum colunt vt hic illis bene ſit et dum nō colentes vident florere ſe autem laborare contra deū murmurant. narratq; de iudicio ac de miſeria impiorum et felicitate iuſtorum vt terreat malos per penam et alliciat bonos per gloriā. Sententia in ſpeciali: primo ergo reddens attentos ait. (Audite hec) que ſequuntur (omnes gentes) indifferenter nō vna gens tm̄ quia vtilia ſunt pro cōmuni bono omnium (auribus) ſcilicet mentis et corporis (percipite) hoc eſt nolite tranſeunter audire ſed intelligite et memorie cōmendate (omnes qui habitatis orbem.) ſcilicet terram vniuerſam que orbicularis eſt. Nullum excipio nulli ſermonem ſubtraho quia non accipit deus perſonas omnibus precio eſt permixte: modo audiunt omnes ſed cum ventum fuerit ad reddendam rationem ſeparabuntur qui ſine cauſa audierunt ab illis qui auribus perceperunt. Deinde quod dixerat exponit per partes. d.

**Quiq; terrigene et filij hoīm: ſimul in vnum diues et pauper.**

Quiq; terrigene) id eſt quicunq; iniqui terre dediti et vicia terre ſequentes quaſi geniti a terra (et filij hoim) id eſt iuſti ratione tanq; homines vtentes et eam ſequētes. (ſimul in vnū) et pariter (diues) id eſt ſuperbus (et pauper) id eſt humilis: vel amator mundi et contemptor. Habeat multas facultates pecuniarū ſi in eis non extollitur pauper eſt. Nō habeat aliquid et cupiat et inflectur: inter diuites reprobos deputat eum deus. q. d. quarumcunq; nationuȝ et ſtatuum ſeu conditionum homines: nō parua ſe dicturum inſinuat cum tantam omnium aduocationem faciat. Et ponit cauſam quare debeat audiri cum ſubdit. quia

**Os meum loquetur ſapientiam: et meditatio cordis mei prudentiam.**

Os meum loquetur ſapientiam) que eſt noticia de diuinis ſeu cognitio diuinorum. et ne putes eum ſolo ore et non corde loqui addit (et meditatio cordis mei) id eſt ex premeditato corde loquetur os meum (prudentiam) que eſt de inſtitutione ſeu inſtructione morum. Sapientiam loquitur vbi chriſtum filium dei omniuȝ redemptorem iuſtorum et cetera ad fidem et diuinas res pertinentia annūciat. Mores informat cum hec terrena non appetenda ac di

nitias: delitias et mundi vanitates negligendas eſſe docet. In his duobus omnis ſermo diuinus indicatur. Nec hec a me loquar ſꝫ

Inclinabo in parabolam aurē meā: aperiaꝫ in pſalterio ꝓpoſitionem meam.

Inclinabo in parabolā aurem meā) ſcilicet cordis id eſt audiam humiliter ſpiritum in me loquentem et in parabolis ſeu prouerbijs docentem vnde eum intelligā: nam parabola nobis eſt quicquid audimus dum in enigmate videmus. et cum intellexero (aperiam) id eſt apertis verbis ediſſeram (in pſalterio) id eſt in huius pſalterij pſalmo (propoſitōnes meas) id eſt locutionem obſcuram mihi ꝓpoſitam et a ſpiritu ſancto reuelatam. Vel (aperiam in pſalterio propoſitiones meas) id eſt opere oſtendam quod verbis ꝓponam. Pſalterium enim quod manibus tangitur bonam operationem ſignificat. Quod ergo audiuit in hoc pſalterio pſalmus manifeſtat. d.

Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circundabit me.

Cur timebo in die mala) id eſt in die iudicij que dicitur mala quantū ad iniuſtos qui tunc damnabuntur. et reſpondet qꝛ (iniquitas calcanei mei) id eſt finalis iniquitas que mihi erit in fine vite (circundabit me). i. ex omni ꝑte opprimet me et faciet me timere oſtendens me damnabilem. nō ergo tam iniquitas ꝙ̄ finis iniquitatis timenda eſt. Non enim qui male vixerit ſed qui mala vita finierit periturus eſt. Si ergo vitet iniquitatem calcanei ſui et ambulet in vijs dei non timebit in die nouiſſima ſꝫ gaudebit. Deinde oſtendit quibꝰ timendū ſit. d.

Qui confidūt in virtute ſua: et in multitudine diuitiaꝝ ſuarum gloriantur.

Qui cōfidunt in virtute ſua) id eſt in ſua iuſticia nō in chriſto. Vel (Qui confidūt in virtute ſua) id eſt fiduciam et finē ponunt in quacunqꝫ corporis vel animi ſeu ingenij dote. aut dignitatis ſeu excellentie poteſtate et alijs huiuſmodi (et in multitudine diuitiarūꝫ ſuarum gloriantur) et ſuperbiunt felicitatem in eis tanꝙ̄ in ſummo bono querentes: tales inqꝫ habent timere in iudicio futuro. Sed quia ſunt qui confidunt et preſumunt in amicis ſubiungit et de ipſis.

Frater nō redimet redimet homo: nō dabit deo placationem ſuam.

Frater) ſcꝫ chriſtus qui eſt primogenitus in multis fratribus et tantus frater (non redimit) tales ab ira ventura (redimet) aliquis (homo) purus in quo confidunt. quaſi diceret. non. qꝛ nullus ibi poterit redimi prece vel precio amicorum vel aliorūꝫ. Frater noſter voluit eſſe dominus noſter aſſumendo noſtrā naturam. Ergo ſi chriſtus nō redimit qui deus eſt et homo: redimet alius qui purus ſit homo? nec ipſe peccator met poterit ſe redimere ideo ſequitur (nō dabit deo placationem ſuam) id eſt penitentiā non aget: nec ſacrificium offeret vnde placetur ſibi deus.

Et p̄cium redemptōis aīe ſue: et laborabit ineternū et viuet adhuc in finem.

Et precium redemptōnis anime ſue) id eſt elemoſynas ꝑ quas peccata redimuntur et delentur ſimiliter dare non poterit vt eis animaꝫ ſuam redimat: et ideo hic talis (laborabit ineternum) id eſt affligetur in perpetuis tormentis qui ad tempus delectatus eſt in diuitijs et delitijs (et viuet adhuc in finem) et ſemper reparabitur vt ſemper ſentiat penam. deſiderabit mori ſed non poteſt ad hoc tū̄ viuet vt ſemper laboret. Ecce vita laborioſa ſine terminatōne ve tibi mala cupiditas ꝙ̄ male tuos decipis amatores. Ideo aūt laborabit quia

Nō videbit interitū cū viderit ſapiētes morientes: ſil' inſipiēs ⁊ ſtultus ꝑibūt.

Non videbit) oculo mentis et meditatōnis nec intelliget (interitum) verum et eternum (cū viderit ſapientes morientes) temporaliter ſicut et ſtultos id eſt quia videt eque mori bonos et malos attendit temporalem mortem quam cōmunem videt ſed quid interſit non attendit et futurum damnationis interitum qui peccatori imminet nō preuidet. quia cum ſapiens qui pie deum colit tranſit a morte ad vitaꝫ (ſimul) cum morte temporali (inſipiens) qui penā etiā non credit vel attendit (et ſtultus) qui licet credat vel attendat non tamen cauet (peribunt) interitu mortis eterne vel ſimul in corꝑe et aīa.

Et relinquēt alienis diuitias ſuas: et ſepulchra eoꝝ domus illoꝝ ineternum.

Et relinquent) tales iniqui (alienis diuitias ſuas) propter quas acquirendas multipliciter peccauerūt. et bene dicit alienis qꝛ et ſi filij vel parentes aut cognati ſint quibus relinquunt tamē in hoc alieni ſunt quia nihil eis proſunt et illis de diuitijs ſuis ſubuenire non poſſunt: (et ſepulchra eorum) ſunt (domus illorūꝫ) qui pallacia edificauerunt (ineternum) huius ſeculi. q. d. in ſepulchris vſqꝫ ad finem mundi manebunt non in pallatijs que extruxerūt. ve ergo vobis diuites qui tanto tempore terrenas domos extruitis et perpetuo in ſepulchris habitare debetis. Et

**Tabernacula eoꝝ in ꝓgenie et ꝓgenie: vocauerūt noīa ſua in terris ſuis.**

Tabernacula coꝝ)id eſt alta pallacia et domus lapidee quas de diuitijs conſtruxerūt in quib⁹ ad horam habitauerūt manentia (in ꝓgenie)filioꝝ(et progenie) nepotū( vocauerunt noīa ſua).i.fuerunt cauſa quare noīa coꝝ haberentur in memoria (in terris ſuis).i.in vicinio nō vbiqꝫ. Faciunt enī aliqñ magna et fortia edificia ꝑ plures generatōnes duratura vt in illis remaneat coꝝ memoria et fama. Contra hos eſt qđ dicit Criſoſtomus. O inſipiens homo quid ꝓdeſt tibi poſt mortē iſta memoria ſi vbi es torqueris:et vbi nō es lauderis. Hoc aūt ideo faciunt.quia

**Et homo cū in honore eſſet nō intellexit comparatus eſt iumētis inſipientib⁹:et ſimilis factus eſt illis.**

Et)tam hic in hoc qꝫ in ceteris( homo cum in honore eſſet)cōſtitutus habens rōnem et intellectum deiqꝫ ſimilitudinē(nō intellexit) illū honorē et ſuam dignitatē:et nō intelligenter ſꝫ inſipienter egit extruendo magna edificia et q̄rendo memorias ꝑ talia cum potius deberet q̄rere eterna. vnde amiſſa rōne( comparatus eſt iumentis inſipientib⁹)nō ſcđm aliud niſi ſm inſipientiam(et)in actu(ſil̄is factus eſt illis)cum totam felicitatē querit in pñti vita et more iumentorū ſequitur ſenſum et ſenſibilia: q2 ſicut iumenta terre et ventri tm̄ intendūt: ita amatores mundi terrenis reb⁹ tm̄ dediti ſunt.

**Hec via illoꝝ ſcandalum ipſis:et poſtea in ore ſuo ꝯplacebunt.**

Hec via illoꝝ)nō dei.i.talis vita ſm ꝙ ipſi terrena tm̄ appetūt:que dicitur via q2 ducit ad mortē eſt(ſcandalū).i.offenſio (ipſis)malis q2 facit eos ruere de peccato in peccatū donec veniant ad interitū (et poſtea )cum facti fuerint tales vt nō querant niſi tpalia ⁊ ditati fuerint(in ore ſuo cōplacebunt) ſibi: laudantes ſe inuicē et iactantes de tali vita ꝙ ſibi cōgregent:ꝙ ſibi edificent:ꝙ ſe ſplendide ꝓcurent:tanqꝫ felicitatem homini poſſibilē aſſecuti eſſent. Sꝫ q2 nō vident penā ſibi paratā poſt mortē iō ſubdit

**Sicut oues in inferno poſiti ſunt:mors depaſcet eos.**

Sicut oues)ſcꝫ ducte ad occiſionē h̄ ignorantes ſic iſti(in inferno poſiti ſunt).i.ponent poſt mortē. Vel ſicut in ouib⁹ tonſa lana alia ſuccreſcit vt iterū tondeatur ſed ipſe manent ſic in iſtis ſine ꝯſumptōne ſubſtantie ſemꝑ pena inuenit quod cruciet. vñ ſequit.(mors) gehenne et diabolus(depaſcet eos) deuorando vt ſꝑ renaſcantur ad penam a ſimilitudine iumentorum que nō radicitus herbas vellunt ſꝫ ſummitates carpunt vnde iterum herbe renaſcuntur ad paſtuꝫ ſic illi morte depaſti reuiuiſcunt: quia non deficiunt.

**Et dñabuntur eoꝝ iuſti in matutino: et auxilium eoꝝ veteraſcet in inferno a gloria eorum.**

Et dominabunt eoꝝ iuſti).i.ꝑeminebunt eis et iudicabunt eos quia iudicabūt ſancti nationes et dñabuntur populis (in matutino) id eſt in reſurrectōne et iudicio qñ poſt noctē que nunc eſt oīa apta erunt q2 corda et merita ſingulorum patebunt.(et auxilium coꝝ) qđ habebant in hoc mundo de potentia:de diuitijs:⁊ e amicis et hmōi (veteraſcet in inferno) a ſimili veteris panni.i.deficiet et peribit( a gloria eorum).i.propter hoc ꝙ gloriati ſunt in eis. Vel (a gloria coꝝ).i.ad compationē et quantitateꝫ prioris glorie coꝝ. Quanta enī hic videbatur coꝝ gloria tanta erit ibi corruptio et pena. Deinde loquens in ꝑſona iuſti ſubiungit.

**Verūtamen deus redimet aīam meam de manu inferi:cum acceperit me.**

Verūtamen)licet nō redimat aīam talium: (deus redimet aīam meā)ſcꝫ vere penitentis et iuſti(de manu inferi).i.de ptāte diaboli(cū acceperit me)de vita pñti. Modo enī iuſtis eſt labor tribulatio et preſſura:in futuro erit verum gaudiū et felicitas eterna. Non eſt ergo vt iniqui et ſtulti putant ꝙ ſancti videlicet et ſapientes ad coꝝ ſil̄itudinē omnino pereant. Et quia ſic peribunt mali:et deus redimet ſuos ergo q̄cunqꝫ fidelis

**Ne timueris cū diues fctūs fuerit hō:et cū multiplicata fuerit gloria dom⁹ eius.**

Ne timueris)eſſe bonus ⁊ ne turberis (cum diues factus fuerit homo )iniquus et tu iuſtus es pauꝑ.i.cum videris malos in pñti ꝓſperari et florere teqꝫ pauꝑem miſerū et abiectum:q2 in futuro totū erit oppoſitum.( et cū multiplicata fuerit)in honorib⁹ ſeculi (gloria) nō tm̄ eius ſed et(domus eius)q2 nō ſolum ipſe ſed et oēs qui ad eum ꝑtinent honorant. Non deſperes nec putes eū a deo diligi q2 abundat diuitijs: et te q2 pauꝑ es a deo derelictum

**Qm̄ cū interierit nō ſumet oīa:neqꝫ deſcendet cum eo gloria eius.**

Qm̄ cum interierit) ꝑ mortē cito et repente (nō ſumet)et aufert ſecū (oīa) h̄ poſſeſſa immo nihil niſi pccā:q2 nihil eoꝝ q̄ poſſidebat ſuum erit ſꝫ h̄ tm̄ ſuū eſt qđ apud inferos ſentit (neqꝫ deſcendet cū eo) ad abyſſum et inferos (gloria

eius) ſcʒ felicitas vite p̄ſñtis. Ideo aūt ipſe illuc deſcendet et non deſcendet cum eo gloria eius qꝫ in vita ſua queſiuit tp̄alem gloriam mundi huius et hoc eſt qđ ſubiungit

**Quia aīa eius in vita ipſius bñdicetur: cōfitebitur tibi cū bñfeceris ei.**

Quia aīa eius) ſenſualis non rōnis (in vita ipſius) p̄ñti tm̄ (bñdicetur). i. laudabit ab adulatoribus ſecū epulantibꝫ nō de bono actu ſed de delitijs qui cum bene facere dicūt et bene ei optant qꝫ beatū dixerūt p̄p̄l'm cui hec ſunt: ſed in morte torquebit et ſentiet penā qui hic tranſitoriam ſecutus eſt gloriā (cōfitebitur tibi) id ē laudabit te et grās tibi aget tūc tm̄ o deus (cum bñfeceris ei) dando p̄ſpera. Perfectoꝝ eſt deū laudare in aduerſis. reprobi aūt tm̄ laudant in p̄ſperis ſꝫ blaſphemāt in aduerſis. Et ideo

**Introibit in p̄genies p̄rm ſuoꝝ: et vſqꝫ in eternū nō videbit lumen.**

Introibit) vſqꝫ (in p̄genies patrū ſuoꝝ) deſcendens in infernū vſqꝫ ad reprobos ſicut in ſceleribꝫ eos fuit imitatus. Qui eni p̄res peſſimos imitantur eoꝝ ſocietate damnabunt. Patres eius ſunt diabolus ⁊ angeli eius: p̄genies vero diaboli ſunt om̄es reprobi. Ergo in p̄genies patrū introibit qꝫ ſil' cum reprobis eterno igne peribit (et vſqꝫ in eternū nō videbit lumē) glorie. Mittetur eni in tenebras exteriores. nā qui hic in tenebris interioribꝫ eſt poſtea exteriores patietur. Et merito quia

**Homo cū in honore eſſet non intellexit: compatus eſt iumētis inſipientibꝫ: et ſimilis factus eſt illis.**

Homo cū in honore) diuine imaginis et ſimilitudinis (eſſet) cōſtitutus (nō intellexit) honorem ſuū et qđ facere debuit ſcʒ vt ſm rōnem et intellectū viueret. et ideo (compatus eſt iumētis inſipientibꝫ: et ſilis factus eſt illis) ſequēdo ſenſuū delectatōes et ſolius corpis voluptates. Magna verecundia eſt a ſilitudine dei et angelorum trāſire ad ſimilitudinē iumentoꝝ. Et ideo deformitatē hoīs repetit ⁊ iterat vt malus a malo quieſcat et vt intelligatur qꝫ eſt verbum memorie dignū et vitetur tantū obprobriū. defende ergo o homo honorē tuū: vtere rōne: vtere intellectu que tibi deus dedit ad hoc vt contemnas et deſpicias terrena et tp̄alia diligaſqꝫ et p̄cipias celeſtia et eterna. Orō.

Reple dñe os nr̄m ſapientia tua: vt memores te hoīem factum noſqꝫ redemiſſe de tataro: mereamur vultus tui lumine decorari. Per dominum.

Pſalmus de duplici aduentu Chriſti: de ſacrificijs veteris ac noui teſtamenti: et redargutōne ac repulſione indebiti miniſtri. Ps. xlix.

**DEus deorum dominus locutus eſt: et vocauit terram.**

Auctor pſalmi p̄pheta dauid. Titulus talis eſt. Pſalmus Aſaph. Hoc eſt pſ iſte attribuit aſaph. i. ſynagoge et cōgregatōi fideli p quam magis ꝯfutantur increduli iudei in cuius pſona loquit hic p̄pheta dauid. Materia: duplex chriſti aduentus et mutatio ſacrificij veteris in ſacrificiū laudis recitatioqꝫ maloꝝ que ſunt in multis eccleſie miniſtris. Intentio: ſuadere auditoribꝫ vt a carnalibꝫ obſeruantijs deſiſtāt et ab vmbra et ſignis ad veritatē et ſignificata ſe tranſferant: nec ita voce p̄dicent et bñdicant vt ope nō impleant et moribꝫ ꝯtradicant. Obtemperandū eſt eni p̄ceptis chriſti: talia in hoc pſalmo ſuadētis ſi eccleſie ſue de qua ſupra dictum eſt membris vere ſociari volunt et miniſtris. Snīa in generali: p̄pha in iſto pſalmo loquitur de duplici aduentu chriſti: p̄mo in mūdum quo ad euangelij p̄dicationē. ſcđo ad generale iudiciū quo ad diſtrictā examinationeʒ. vt inuitet p primū ⁊ terreat p ſecundū. Tangit inſup chriſti auctoris euangelij magnificentiā et ſublimatōʒ. ſacrificioꝝ veteris legis euacuationē: et ſacrificioꝝ noue legis inſtitutioneʒ: ac miniſtri indebiti redargutōem et repulſioneʒ. Snīa in ſpeciali: Ne quis aūt mediocriter de incarnatōne eſtimet potētia incarnati p̄dicitur vt incredulitas oīs tollat cū ait. (Deus deoꝝ) ſcʒ hoīm deificatoꝝ operator et factor qꝫ hoīes deificat qui dicuntur dij qꝫ pre alijs ſunt p̄ncipes deitatis ſcʒ (dñs) noſter ieſus chriſtus qui eſt dñs dominantiūʒ: iſte tantus et talis (locutus eſt) primo aduētu p ſemetipm̄ p aploſ et fideles ſuos qui olim multipharie locutus eſt in p̄phetis. (et) loqndo (vocauit terrā). i. hoīes habitātes in terra ad fidē ⁊ legē euangelicā. Tribus qđē modis deus đr. ſcʒ ſubaliter vel naturaliter ſcʒ pr̄ ⁊ fil' et ſpūſſcūs. adoptiue vt ſci q̄ p grāʒ adoptōis dij ſunt. nūcupatiue vt idola et demones. Vocauit aūt nō in vna terra Unde ſed in omni ſcʒ

**A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſuʒ: ex ſyon ſpecies decoris eius.**

A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum) miſſis teſtibꝫ vſqꝫ ad vltimū terre. Nihil reliquit quod non ſua vocatione dignum faceret. Et quia predicatio cepit ab hieruſalem recte ſubiungitur (ex ſyon) id eſt a hieruſalē cepit annūciari (species

decoris eius )id eſt pulchritudo diuinitatis et virtutum chriſti. Hic enim ibi ab hoīb9 ꝓpter eius ṗdicationē et miraculoꝝ opationē primo agnoſci cepit et inde ad alias mundi ptes noti cia eius p apl'os et alios predicatores puenit. Vñ alius ꝓpheta dicit. de ſyon exibit lex et verbum dñi de hieruſalem. Qui et ſi prius occultus fuit et eſt adhuc tamen

**Deus manifeſte veniet: deus noſter et non ſilebit.**

Deus manifeſte veniet) ad generale iudiciū vt iudicet qui prius occulte venit vt iudicaret. Occulte venit qꝛ infirm9 in carne apparuit: erat glorie ſpēs in diuinitate ſ3 hec latebat in hūanitate (deus) inq̃ꝫ (nr̄) ſc3 chriſtianoꝝ qui ver9 deus eſt ipe veniet. nō eni eſt deus q̄ non eſt nr̄ deus (et nō ſilebit) in iudicio a vindicta. Siluit in primo aduentu qꝛ os ſuū non apuit nec ſe vindicauit. Silet mō a iudicio occultus in celo nō exercēs iram ſ3 expectās pniaꝫ. tñ nō tacet mādato nec ceſſat monere flagello: in ſcdo pfert verba alijs blanda alijs aſpera.

**Ignis in cōſpectu eius exardeſcet: et in circuitu eius tempeſtas valida.**

Ignis) malis replens ſpaciū hui9 aeris (in ɔſpcū eius exardeſcet) qꝛ ſeculū p ignē iudicabit q̄ faciē iudicaturi ṗcedet. hic ignis illūinat et exurit. Gaudeāt iuſti qꝛ illuminant ex eo: timeant peccores qꝛ exurendi ſunt ab eo. Bonos nō ledet: impfectis ſi quid erit cremabile cremabit: malos vero incinerabit et ſtatim ad damnationē reſurgēt (et in circuitu ei9) circūquaq ſe extendēs erit (tēpeſtas valida) non ventis ſ3 potētia dei q̄ ſubito ⁊ improuiſe veniet: ac bonos ⁊ malos ſepabit. Veniēs aūt ad iudiciū.

**Aduocauit celum deſurſu3: et terram diſcernere populum ſuum.**

Aduocauit). i. aduocabit (celum). i. oēs pfectos q̄ꝝ ɔuerſatio eſt in celis et q̄ deſpectis terrenis q̄ ſurſum ſunt ſapiūt (deſurſum) ſc3 ſuper duodecim ſedes ſeſſuros ⁊ ſecū iudicaturos (et terrā). i. alios inferiores ſc3 iudicandos tā bonos q̄ꝫ malos ſilr̄ aduocabit (diſcernere). i. ad diſcernendū ⁊ diuidendū (pplm ſuū) a nō ſuo. id ē ſaluādos a dānandis qꝛ bonos ad ſe recipiet: malos in tenebras ṗcipitabit. Vidēs aūt ꝓpheta futura q̄ſi pñtia hortat angelos. d. et qꝛ ita erit ergo o vos angeli meſſores

**Cōgregate illi ſcōs eius: qui ordināt teſtamentū eius ſup ſacrificia.**

Cōgregate illi) ſc3 chriſto de diuerſis ptib9 orbis (ſctōs eius). i. electos ſicut capiti mēbra vt corpib9 aīab9 ɔiūctis dño occurrāt (qui) ſc3 ſancti (ordināt) et ṗponunt ṗdicant et implent (teſtamentū eius) nouu3 ſc3 euangelica ṗcepta et charitatis opa (ſup ſacrificia) teſtamēti veteris et ſup obſeruantias legales h̄ eſt q͛ pluris ṗcij habent hec q̄ꝫ illa: et hec illis ṗferunt. Illa eni ſacrificia teſtamenti veteris vmbra fuerunt et ꝓpheta veritatis. Tranſierunt vetera: et ecce noua facta ſunt oīa. Ad cuius nouitatis ordinem ptinet quod ſubditur

**Et annunciabūt celi iuſticiam eius: qm̄ deus iudex eſt.**

Et annūciabūt). i. ṗdicabunt (celi). i. apl'i ac ṗdicatores ſci et ſpiritales viri toti mūdo (iuſticiam eius). i. fidē et mandata dñi nr̄i ieſu chriſti ⁊ bona opa. Que pfecto iuſticia ideo nobis ṗdicatur q̄tenus illā exeq̄ntes iram iudicis euitare mereamur (qm̄ deus) trinitas (iudex eſt) q̄ iudicabit viuos et mortuos et ſm̄ opa vnicuiq retribuet merita. Hoc inceſſanter attendentes ſci viri qm̄ deus iudex eſt vitā ſuā inquirere peccā ſua deflere et ſemp pficere non ceſſant vt ante tam diſtrictū iudicē inuidicabiles appareant. Deinde eſt vox chriſti monentis vt relictis pecudū ſacrificijs fiat ſacrificiū laudis: vbi dicitur quid deus deoꝝ ſit locutus. q. d. hec dominus locutus eſt.

**Audi ppl's meus et loq̄r: iſrael et teſtificabor tibi: deus deus tuus ego ſum.**

Audi) aure cordis (ppl's meus) electus et peculiaris. q. d. ſi meus es debes audire (et loq̄r) tibi. Chriſtus eni in ꝓpria pſona ṗdicauit pplo iſrael. et repetit h̄ idē ſub alio verbo. d. (iſrael) id eſt vir videns deū iam fide audi (et teſtificabor tibi). i. teſtimonijs ſcripturaꝝ approbabo: ſc3 q͛ ego (deus) oīm p potentiā (ſum deus tuus) ſpecialiter et ꝓprie p grām quē familiarius habeo tanq̄ꝫ in mancipio et ex peculio meo. Quicūq̄ꝫ eni ꝓphetaꝝ et apl'oꝝ ſcripturas intelligit: dñm ieſum in ꝓphetis ꝓmiſſu3 eſſe dominum nr̄m agnoſcit. Et ego ipe

**Nō in ſacrificijs tuis arguā te: holocauſta aūt tua in ɔſpectu meo ſunt ſemp.**

Nō arguā te) vlterius tanq̄ꝫ rephenſibilem (in ſacrificijs tuis) carnalib9 ſc3 teſtamēti veteris obmiſſis et nō exhibitis qꝛ aīalia in ſacrificiū nō quero nec ea volo (holocauſta aūt tua) tota igne aſſumpta ſc3 ſacrificia noui teſtamēti vel tui iuris et de te facta vt caro ſpūi ſubiecta: volūtas de peccō ɔtrita: aīa hūiliata et igne charitatis tota incenſa (in ɔſpectu meo ſunt ſemp) tanq̄ꝫ grata et accepta. i. mihi placent et hec volo. Vnde ne putes hec holocauſta eſſe de animalibus ſubdit.

**Nō accipiam de domo tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hircos.**

Nō accipiā).i.nō acceptabo vltra (de domo tua vitulos) ad ſacrificiū vel holocauſtuꝫ. (neqꝫ de gregib⁹ tuis) exiſtentib⁹ in paſcuis accipiam (hircos) ad hoſtiā ꝑ peccato.q.d.nō arguam ſi nō feceris: et ſi feceris nō accipiā ſcꝫ illos de domo tua vel de gregib⁹ tuis qui ſunt figurales et carnales ſed bene accipiā ſignificatos et ſpūales.i.ſacrificiū laudis ſcꝫ hymnos et laudes diuinas. vnde alibi dicit̄ reddemus vitulos labiorum noſtroꝝ. Ideo autē illa a te non accipiam

**Quoniam mee ſunt oēs fere ſiluaꝝ: iumenta in montib⁹ et boues.**

Qm̄ mee ſunt oēs fere ſiluaꝝ).i.mea ſunt animalia que nō poſſides ſcꝫ indomita et etiaꝫ (iumenta) que paſcis (in montib⁹. et boues) id eſt mea ſunt etiā domita que tu nutris et poſſides.q.d.nō ſolū indomita et ſilueſtria que non poſſides ſꝫ etiā domita ⁊ domeſtica que poſſides de quib⁹ minus videtur mea ſunt. Si enī ſeruus meus es tu totū pecudum tuaꝝ meū eſt. Cur ergo queram a te que mea ſunt qui creaui oīa. Et nō ſolum iſta ſed etiā volatilia que difficilius capiunt̄ ſunt mea. quia

**Cognoui oīa volatilia celi: et pulchritudo agri mecum eſt.**

Cognoui) ab eterno (oīa volatilia celi) que et quot ſunt ſcꝫ tanq̄ mea et quib⁹ vſibus ſint ſubiecta qḋ nullus hoim ſcit cum tñ ſcire deberet ſi ſua eſſent.q.d. et volatilia mea ſunt. Hoc dicit qꝛ ⁊ de auib⁹ fiebant ſacrificia. (et pulchritudo agri).i.vbertas oīm que terra gignit de quib⁹ etiaꝫ ſacrificia fiebant (mecū eſt).i.tanq̄ mea creatura mihi ſeruit et voluntati mee obedit. Vel (mecum eſt) cognitōe etiā anteq̄ fieret. Cum illo eſt ager: cū illo ſpecies celi et terre: cū illo oīs creatura qꝛ ille vbiqꝫ eſt. Et ideo

**Si eſuriero nō dicam tibi: meus eſt enī orbis terre et plenitudo eius.**

Si eſuriero) qḋ nunq̄ fit ſed dicitur ad cōuincenduꝫ paruulū ſenſum. (non dicā tibi) vt paſcas me tanq̄ tuis indigens.q.d. ſi hec das forſitan eſurire me putas quod eſt magna inſania. (meus eſt enī orbis terre) quo ad cōtinens. (et plenitudo eius) quo ad cōtentum.i.omnes creature. Noli ergo laborare ad querenduꝫ q̄ mihi des: qꝛ ſine labore habeo quod volo et ſine te ſatis accipe poſſum de meo. Omnia ante me ſunt et ad nutum meum parata mihi ſeruiunt. Sed

**Nunquid manducabo carnes thauroꝝ: aut ſanguinem hircoꝝ potabo?**

Nūquid manducabo carnes thauroꝝ: aut ſanguinē hircoꝝ potabo?) q.d.nō. qꝛ deus nō eſurit nec ſitit et ideo non indiget cibo et potu corꝑali. vnde nō in ſacrificijs ſed in pauperibus vult hic ſibi offerri. Vetera ergo ſacrificia euacuanda hic declarat quoꝝ tria genera erāt. vnū in quo pars offerebatur et pars retinebat̄ quod dicebatur ſacrificiū. aliud qḋ totū incendebatur ⁊ offerebat̄ qḋ dicebatur holocauſtū. terciū qḋ fiebat de nō animatis vt de thure ſimila et hmōi quod dicebat̄ oblatio. Iſta ceſſerunt in ſacrificia euangelica quoꝝ quoddā eſt iuſtificandoꝝ ſcꝫ cōtritio cordis et ſpūs contribulatus. quoddā iuſtificatoꝝ ſcꝫ ſacrificiū laudis. quoddā iuſtificatōnis ſcꝫ ſacrificiū corꝑis et ſanguinis dn̄i. erit et quartū ſacrificiū in tp̄e glorie et eternitatis. Improbato ergo veteri ritu de ſe quaſi de alio loquens quid exigat indicit.q.d. hoc nolo. Sed

**Immola deo ſacrificiū laudis: et redde altiſſimo vota tua.**

Immola deo) ſcꝫ mihi.i.offer ad placandū deum (ſacrificiū laudis) qḋ in te eſt ſcꝫ vt ei gratias agas de omnib⁹: a quo habes quicq̇d boni habes: et cuius miſcđia tibi dimitit̄ quicq̇d ex te mali habes. (et redde) tanq̄ debita (altiſſimo) deo (vota tua).i.votiuas orōnes et laudes ſeu deſideria tua que exprimunt̄ ꝑ oratōnes et preces. vel vota que ꝓmiſiſti in baptiſmo. in ſuſceptione ordinuꝫ. in ꝓfeſſione religionis. hoc eſt ſacrificiū acceptabile. hoc eſt holocauſtum pingue vt laudetur deus ab hoīe quē creauit: quē redemit: cui et celeſte regnū ꝓmittit.

**Et inuoca me in die tribulatōis: eruam te et honorificabis me.**

Et) cum ſic feceris tūc (inuoca me) ſcꝫ in auxilium nō de te vel de virib⁹ tuis preſumas (in die tribulatōis).i.aduerſitatis et tentatōis que ideo tibi datur vt inuoces (et eruam te) tunc de tribulatōne vel tollendo eam vel dando fortitudinem ne deficias. (et) cū fueris erutus (honorificabis me) ꝑ tua liberatōne vt mihi grās referas et iam a me nō diſcedas: vel apud alios cauſa honoris mihi eris. Tanto aūt magis eum honoramus quo liberatōem nr̄am nō a nobis ſꝫ ab ipo ꝓcedere ſcimus. Sed vide ne dum bn̄ cantas.i.p̄dicas male viuas. qꝛ

**Peccatori aūt dixit deus quare tu enarras iuſticias meas: et aſſumis teſtamentum meū per os tuum.**

Peccatori aūt).i.malo p̄dicatori qui qḋ ore predicat opere nō implet (dixit deus) exterius

ſcribendo: interius inſpirando (quare). i. qua p̃
ſumptione et audacia. (tu enarras iuſticias me-
as). i. p̃cepta mea iuſtificantia p̃dicas: cũ ope-
re nõ impleas (et quare aſſumis teſtamentũ me-
um) ſanctũ (p̱ os tuũ) pollutũ. i. euangeliũ me-
um tam pollutis labijs p̃dicare p̃ſumis. q. d.
indigne hoc ſcꝫo aſſumis quidẽ p̱ os tuũ ad p̃
dicandum: nõ p̱ coꝛ ad diligendũ: nõ per ma-
nus ad op̱andum. non tñ interdicitur laus dei
ↄuerſis ad pniaꝫ ſꝫ oblitis deũ vt ait infer⁹.

**Tu vero odiſti diſciplinã: et p̱iecisti ſer-
mones meos retroꝛſum.**

Tu vero odiſti diſciplinã) verberũ et verbo
rum. i. coꝛrectõem cõtra eam murmurando qꝛ
laudas qñ parco: murmuras qñ caſtigo (et p̱-
iecisti). i. poſtpoſuiſti (ſermones meos retroꝛ-
ſum) qꝛ verba mea negligens nõ cuſtodiſti ſed
ↄtempſiſti ſicut homo cõtemnit et deſpicit qđ
poſt tergũ abijcit: oꝛe bñdicis ſed factis negas
q. d. que dicis poſtponis ne videas in odiendo
diſciplinã. redarguitur voluntas mala in p̱ij-
ciendo ſermones dei retroꝛſum: rep̃hendit̃ ne-
gligens et pꝛaua vita. nam ſermones dei p̱ijce
re eſt illis cõtemptis p̱uerſa agere. Et hoc eui-
denter apparet quia

**Si videbas furẽ currebas cũ eo: et cum
adulteris poꝛtionẽ tuã ponebas.**

Si videbas furẽ currebas cũ eo) mente ⁊ ſi
nõ coꝛp̱e ſcꝫ cõſentiendo laudando vel etiã in
furto ei⁹ p̱ticipando. (et cũ adulteris poꝛtionẽ
tuã ponebas) facto vel cõſenſu aliquo: vel adu
lando. Si eñi placuit tibi qđ fecit ipſo placito
cucurriſti et poꝛtionẽ tuã cum illo qui fecit lau
dando poſuiſti. Et ſi nõ facis malum: ſi tu nõ
laudas malũ ſi cũ ex toto voto cõſentis curris
cum malo et poꝛtionẽ mali recipis. Et preter
hec predicta.

**Os tuum abundauit malitia: et lingua
tua cõcinnabat dolos.**

Os tuũ abundauit malitia) qꝛ nõ ſolũ non
repꝛehendit vel tacet ſed etiã adulando laudat
malum vel illud facientes. malũ eſt ſcire illud
et nõ rep̃hendere ſed peius eſt laudare. vel os
malicia abundat qñ maledictis et cõuicijs ali-
os exaſperat. (et lingua tua cõcinnabat). i. cõ-
ponebat vel verbis oꝛnabat (dolos). i. falſa et
mendacia aliud dicendo ⁊ aliud cogitando ad
p̱rimi deceptioneꝫ. Cõcinnare eñi eſt p̱diuerſa
inſimul cõmiſcere et ↄponere. Vñ bñ dicit cõ-
cinnabat qꝛ mos eſt decipientis ſic falſa cõpo
nere et oꝛnare vt blandiatur in lepoꝛe verboꝝ.
et hoc fecit iſte circa p̱ximũ.

**Sedens aduerſus fratrem tuũ loque-
baris: et aduerſus filium matris tue po-
nebas ſcandalũ: hec feciſti et tacui.**

Sedens) quaſi cũ moꝛa et ſtudio (aduerſus
fratrẽ tuũ). i. p̱ximũ ſcꝫ oẽm hoiem (loqueba-
ris) nocitura p̱ximo detrahendo. (et aduerſus
filiũ mr̃is tue). i. ſancte eccleſie q̃ nos fonte ba-
ptiſmatis generauit puta quẽlibet chꝛiſtianũ.
(ponebas) inſidioſe (ſcandalũ) quo innocens
cap̱etur. i. faciebas vnde infirmus ſcandaliza
retur. Vel p̱ fratres accipiuntur foꝛtioꝛes et p̱-
fecti: p̱ filios ſimplicioꝛes et imp̱fecti. Prauoꝝ
ergo viſus eſt p̱fectis derogare et ex hoc imp̱fe-
ctis ſcandalũ ponere et ſemp̱ diſcoꝛdias ſemi-
nare. (hec feciſti) inique agendo ⁊ loquendo (et
tacui) vindictã diſſimulando et ad pniam ex-
pectando. Et ideo.

**Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui ſilis: arguã
te et ſtatuã cõtra faciẽ tuam:**

Exiſtimaſti) o (inique ꝙ ero tui ſimilis) con
ſentiendo malis. i. ꝙ talia mihi placeãt ſicut ti-
bi eo ꝙ ea nõ puniui. ſꝫ ego (arguã te) et arguet
te malicia tua in futuro iudicio (et) arguendo
(ſtatuã) te (cõtra faciẽ tuã). i. oſtendaꝫ te tibi vt
turpitudinẽ tuã quã modo videre nõ vis tunc
videas et ↄfundaris. Modo ergo tu fac quiſ-
quis talis es ꝙ tibi miſereatur deus. cõſtitue te
ante te aſcende tribunal mentis tue: pone nũc
ante faciẽ pccã tua eſto tibi iudex: toꝛqueat te ti
moꝛ: erumpat ↄfeſſio et dic dñõ tuo qm̃ iniqui
tatem meã ego cognoſco: et pccm̃ meũ ↄtra me
eſt ſemp̱. Si eñi noſmetip̃os iudicaremus nõ
vtiq̧ iudicaremur. p̱pterea admonẽdo ſubdit.

**Intelligite hec qui obliuiſcemini deum
ne qñ rapiat et nõ ſit qui eripiat.**

Intelligite) et ex rõne p̱pendite (hec) que di-
cta ſunt vt voſmetip̃os coꝛrigatis (qui obliui-
ſcemini deũ) dum mala agitis et que ſic agitis
ac ſi in memoꝛia et ↄſideratõe vr̃a deũ non ha
beretis. Attende hic viſcera diuine miſericoꝛ-
die qꝛ etiã obliuiſcẽtes ſe nõ obliuiſcitur nec re
pellit immo reuocat ad intellectuꝫ vt reſipiſcãt
et nõ pereant (ne qñ). i. ne aliqñ (rapiat) vos de
us. i. ego: ad moꝛtẽ vel ad diẽ iudicij ſeu ad ge-
hennam ſi vos intelligere nõ vultis (et nõ ſit q̃
eripiat) et liberet quia non eſt qui de manu et
poteſtate mea poſſit eruere. Quo cõtra de intel
ligentib⁹ et laudantib⁹ deũ ſubiungit.

**Sacrificiũ laudis honoꝛificabit me: et il
lic iter quo oſtendã illi ſalutare dei.**

Sacrificiũ laudis) nõ aliuꝫ (honoꝛificabit
me) et placabit: nec illud quod ſcelerati canũt.
Nõ eñi laudat qui bñdicit ſi male viuit. nec q̃
bene viuit: ſi ſibi dat vel ſup̱ alium ſe extollit (et

illic) id eſt in tali ſacrificio laudis eſt (iter) quia hoc ſacrificiū eſt via ad deū (quo) itinere (oſtendam illi) ſcꝫ laudanti (ſalutare dei). i. ſaluatorē dn̄m ſcꝫ meipm̄. Salutare dei eſt chriſtus qui cum grā venit quem nō nouit qui alij ꝙ̄ gratie aliquid tribuit. Ecce via ad deū. ecce ſcala iacob in qua angeli aſcendūt et deſcendunt. i. fideles aſcendunt ad laudē diuinitatis et deſcendunt ad laudē humanitatis in chriſto.

Deorum dn̄e te rogamus Oratio. vti nos ſuſcipias in ſacrificiū laudis quo ſine onere peccati tuas iuſticias enarrantes iter illud quo ſalutare tuum oſtenditur gradiamur. Per dn̄m.

**Pſalmus de oratione vere penitentis dei miſericordiā magnā ꝓ venia et gratia obtinenda humiliter et deuote implorantis.** ps. l.

**Miſerere mei deus ſcōm magnā miſcōdiam tuam.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Intitulatur aūt. Pſalmus dauid ſcꝫ ꝓphete. reſpicientis in finē. i. in chriſtū a quo ꝑ peccatū receſſerat: qui eſt finis. i. oim̄ bonoꝝ opm̄ ꝯſummatio et ꝑfectio. agens de pn̄ia eius et humilitate quā habuit cum venit ad eum Nathan ꝓpheta miſſus a deo ad arguendū eum qn̄ vel qm̄ intrauit ad Berſabee vxorē vrie. vbi ſpecialiter hūilitas oſtenditur que adeo penitentibꝫ valens in exemplū ꝓponitur. Arguente eni nathan: rex peccatū ſuum publice ꝯfiteri nō erubuit: nō ſe vt homo ſolet excuſauit: a ſe penas exigit et in cōſpectu oim̄ ſe reum abijcit. Materia vera peccatoꝝ recognitio ſalutifera cōtritio et cōfeſſio ac diuine miſcōdie imploratio. Intentio: monere peccatores ad pn̄iam ſalutarem exemplo dauid. et ne quiſꝙ̄ in ꝓſperis rebus ſe extollat vel in virtute ſua preſumat. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona ſua et cuiuſlibet vere penitētis recognoſcit peccata ſua: implorat diuinā miſcōdiam et ſic petit culpe remiſſionē ac gratie reſtitutionē. et ad iſta obtinenda allegat multiplicē rōnem. Quia ergo ſupra ꝑ ſecundū aduentū ad generale iudicium terruit et oblitos dn̄i vt ſe corrigant monuit recte nūc ſubiungitur de pn̄ia ꝑ quā miſericordia et gratia obtinet diuina. Sn̄ia in ſpeciali: Dauid ergo nō excuſans peccatū ſed publice cōfitens ait (Miſerere mei) o (deus). i. creator meus quē magna et multa iniquitas mea nō latet (ſcōm magnā miſcōdiam tuam) naturaliter tibi inſitam cuius miſcōdia natura eſt diuina et ideo ſemꝑ apud te eſt miſcōdia ad quā confugio timendo iuſticiā qua punis peccata. i. ad modū miſcōdie tue que magna eſt dimitte magnum peccatū meum. Magna eni eſt mea miſeria et ideo magnā exigit medicinā. De graui eni peccato deſperandū eſſet niſi magna miſericordia dei eſſet que quanta ſit diffiniri nō pt. Hec dicens locū aufert iudicio. i. diſcuſſioni: quia factum concedit

**Et ſcōm multitudinē miſerationū tuarum dele iniquitatē meam.**

Et ſcōm multitudinē miſerationū tuaꝝ) in effectu quas ab initio ſeculi in pcc̄oꝝ remiſſionibus multipliciter oſtendiſti (dele iniquitatē meam). i. culpā et offenſam multiplicē. hoc eſt ad modum miſerationuꝫ tuaꝝ que multe ſunt et ſuperant multitudinē quālibet peccatoꝝ dele iniquitatē que multiplex eſt ſcꝫ homicidium fraudē et adulteriū. hic oſtendit peccatū ſuū et magnū eſſe et multiplex. Qui eni magnā miſericordiam et multiplicē miſerationē depcatur magnā et multiplicē miſeriā cōfitetur. Opponitur ergo magna miſcōdia magno pcc̄o et multitudo miſerationū multitudini peccati: Propterea adhuc ſubiungit

**Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.**

Amplius). i. plus ꝙ̄ ego te rogare ſufficiam (laua me) fonte et aqua miſcōdie et grē tue (ab iniquitate mea) vt dimittas que ꝯſcientia meruit: et adijcias ꝙ animo nō ꝑſumit (et a peccato meo munda me). i. ita laua vt plene mundes vt nullū remaneat peccati veſtigiū. i. obligatio ad ſuppliciū. Plus iniquitas ꝙ̄ pcc̄m ſonat: cū ergo penitens iſte orat vt ab iniquitate lauetur et a peccato mundetur tam a grauiori ꝙ̄ a leuiori culpa curationē poſtulare videtur. Sꝫ nec ꝑ miſericordiā peribit iuſticia vt peccatū ſit impunitum et ideo ſubdit allegando cauſaꝫ quare ſibi dimitti poſtulat. d.

**Quoniam iniquitatē meam ego cognoſco: et peccatum meū contra me eſt ſemꝑ.**

Qm̄ iniquitatē meam) deteſtandaꝫ (ego cognoſco) ſcōm penitentiā et ſatiſfactōēꝫ ac tanꝙ̄ vere penitens non diſſimulo et ideo peto vt tu ignoſcas qꝛ ego punio tu ne punias (et peccatum meū cōtra me eſt ſemꝑ). i. diſplicet mihi et deteſtor illud tanꝙ̄ mihi cōtrarium vel contra me. i. coram me eſt ſemꝑ et ante oculos cordis mei per recordationē et contritionē amaram. Ego illud video ad dolendū tu id ne conſideres ad puniendū. Attende quid facit deus Si memor ſis peccati tui ille nō erit memor Si tu

eius oblitus fueris deus eius memorabitur.
Agnoſce ḡ et emenda ac ꝯfitere deo et dic

**Tibi ſoli peccaui et malum coꝛam te fe=
ci: vt iuſtificeris in ſermonibꝫ tuis et vin
cas cum iudicaris.**

Tibi ſoli peccaui) id ē quod peccaui tibi ſo=
li attribuitur ad iudicandum et puniendum et
etiā ad ſimpliciter relaxandū: cui ſoli redden=
da eſt ratio de peccato quia ſolus es ſine pecca
to et ſolus potes curare a peccato (et malum co
ram te feci) .i. in tua p̄ſentia facere nō erubui q̄
vbiqꝫ es et quem nullū latet ſecretum qui etiaꝫ
ſolus cognoſcis quale et quantū ſit cuiuſqꝫ ma
lum. Et ideo etiā peto mihi miſereri (vt iuſtifi=
ceris) id ē iuſtus et verax inueniaris (in ſermo=
nibus) et verbis (tuis) quibus ꝓmiſiſti veniaꝫ
penitenti (et vincas cum iudicaris) .i. cum qui=
dam praue intelligentes iudicent te nō miſere=
ri criminaliter lapſis: cōuince illos et ſententiā
eoꝛum deſtrue parcendo mihi criminaliter la=
pſo. vel (cum iudicaris) a diabolo non debere
mihi peccata dimitti quia multa grauia ſꝫ tua
miſericoꝛdia vincat iniquuꝫ iudicium eius vt
mei miſercaris

**Ecce enī in iniquitatibꝫ cōceptus ſum:
et in peccatis cōcepit me mater mea.**

Ecce enī in iniquitatibꝫ cōceptus ſum) ſcili=
cet in peccato oꝛiginali (et in peccatis concepit
me mater mea) ſcꝫ in cōcupiſcentia libidinis.
quaſi diceret. mater mea me cōcepit cū delecta
tione peccati: ego cōceptus contraxi mecū ini=
quitatem oꝛiginalis delicti ex quo patioꝛ diffi=
cultatem ad bonū et pꝛonitatē ad malum pꝛo=
pter que peccatum hoīs eſt magis remiſſibile:
et merito debes me miſericoꝛdiā tuam petentē
exaudire. Ecce nuda et humilis confeſſio de
vno arguitur et omnia nō tm̄ actualia ſed etiā
oꝛiginalia confitetur vt oīm peccatoꝝ veniam
mereatur et ideo miſericoꝛdiā pij cōmonet iu=
dicis ne cōdemnetur. Ut enī dicit Leo. Non
remanet in iudicio condemnandū quod fuerit
cōfeſſione purgatum. Ideo auteꝫ cognoſco et
cōfiteoꝛ ac peniteo peccatū meum

**Ecce enī veritatē dilexiſti: incerta et oc=
culta ſapientie tue manifeſtaſti mihi.**

Ecce enī) in manifeſto eſt ꝙ (veritatem) con
feſſionis ſeu verā ꝯfeſſionem vt reus ſe accuſet
(dilexiſti) ſuꝑ ſacrificia. vel (veritateꝫ dilexiſti)
qua peccata punias licꝫ pie ea indulgeas .i. im
punita peccata etiā illoꝝ quibus ignoſcis non
reliquiſti. Sic ꝓrogaſti miſericoꝛdiā vt ſerua=
res et veritatē. Ignoſcis cōfitenti ſed ſeipm̄ pu
nienti. Miſericoꝛdia ergo eſt ꝙ homo libera=
tur: veritas ꝙ peccatuꝫ punitur. Et confido ꝙ
mihi parcas quia iam (incerta et occulta) my=
ſteria (ſapientie tue) id eſt filij tui (manifeſtaſti)
id eſt ꝓphetico ſpiritu reuelaſti (mihi) videlicet
incarnationē: paſſionem: reſurrectionē: aſcen=
ſionem et alia plurima. Incerta dicit ꝓpter iu=
deos qui hec legebant et dubitabant: Occulta
ꝓpter gentes que hec om̄ino neſciebāt. Et ideo
certus ſum ꝙ

**Aſperges me dn̄e iſopo et mūdaboꝛ: laua
bis me et ſuꝑ niuem dealbaboꝛ.**

Aſperges me iſopo) id eſt ſanguine Chriſti.
hoc eſt ſicut in paſſione fideles aſperges: ac vir
tute charitatis et humilitatis (et) ſic (munda=
boꝛ) a peccatis. Iſopus enī herba humilis he=
ret petre radicibus: aufert inflationem pulmo=
nis. Hic in myſterio aſpergitur qui radice cha
ritatis fixus in humili chꝛiſto ſuꝑbie tumoꝛeꝫ
humilitate depellit: humilitatemqꝫ paſſionis
chꝛiſti imitatur et ita mundatur. Sed qꝛ parū
eſt mundari a ſoꝛdibꝫ peccatoꝝ niſi contingat
decoꝛari candoꝛe virtutum: ideo ſubiungit (la=
uabis me) aqua baptiſmi .i. ſicut in baptiſmo
lauabis fideles tempe gratie ⁊ infuſione gratie
tue (et ſuꝑ niuem dealbaboꝛ) .i. incompabili=
ter: quia dealbatio ſpūalis maioꝛ eſt et melioꝛ
q̄ꝫ coꝛpoꝛalis: et candoꝛ iuſtificate anime oēm
candoꝛem ſuꝑat viſibilis creature. Et ſic

**Auditui meo dabis gaudium ⁊ leticiam
et exultabunt oſſa humiliata.**

Auditui meo) interioꝛi (dabis gaudiū) de re
miſſione peccatoꝝ reuelando mihi ea eſſe di=
miſſa (et leticiam) de ꝓmiſſione ſalutis eterne.
Unde gaudiū referri poteſt ad p̄ſentem gr̄am:
leticia ad futuram gloriā (et) audita interius re
miſſione et ꝓmiſſione (exultabunt oſſa humili
ata) .i. ſpirituales vires que intus latent et coꝛ=
pus ſuſtentant pꝛius turbate in contritōne et ꝑ
penitentiā humiliate. Uel virtutes et dotes aīe
que per peccatū fuerant depꝛeſſe et per remiſſi=
onem peccati reſuſcitate exultabunt .i. exultati
onis cauſa mihi erunt. Et vt hec fiant

**Auerte faciē tuā a peccatis meis: et oēs
iniquitates meas dele.**

Auerte) et amoue (faciem tuam) nō a me ſed
(a peccatis meis) obliuioni ea dando .i. ne vi=
deas nec recoꝛderis illa amplius ad punien=
dum: quia ego ea ante faciem meam habeo ad
penitendum. Si enī homo peccatū aduertit et
inde faciē ſuam nō auertit deus auertit faciem
ne puniat. hoc aūt facit deus quando ꝓpter pe=
nitentiam peccata hoīm diſſimulat: quādo nō
reminiſcitur: quando non requirit: quando nō

punit: et auertendo (omnes iniquitates meas) originales et actuales pteritas preſentes et futuras (dele) de tua noticia et memoria ne punias. Quas cum deleueris

**Cor mundū crea in me deus: et ſpiritū rectum innoua in viſceribꝫ meis:**

Cor mundum) quod diligat mundiciā quo te videam (crea in me) o (deus) et vt deus quaſi nouum aliquid. i. per grām que infunditur per creationem munda cor meum qđ ꝑ me maculatum eſt (et) aufer inde malas cogitatōes (ſpiritum rectum) ad videndū et diſcernendū ſicut antea rectus fuit in me (innoua in viſceribꝫ) et interioribꝫ (meis) id eſt in interiori hoīe meo vnde peccatum exiuit quem inueterauerat peccatum rogo vt innouet gratia. Per factū meū curuata erat rectitudo ſpiritus mei ad malum per gratiā tuam dirigatur vt ſicut prius recte et in veritate incedam.

**Ne ꝓiicias me a facie tua et ſpm̄ ſanctū tuum ne auferas a me.**

Ne ꝓiicias). i. de cetero proiici non ſinas (me) tanq̄ a te reprobatum (a facie tua). i. a preſentia vel beniuolentia tua: Ne ſicut Chayn exul a te efficiar proiiciantur a te peccata mea nō ego. (et ſpiritū ſanctum tuum) reſtitutū mihi ꝑ penitentiam. i. ſpūs ſancti donū et gratiā (ne auferas a me) Vltra nō dicit da ſed ne auferas qꝛ qui confitetur et penitet iam donū ſpiritus ſancti habet a quo ſolo cōfeſſio ⁊ punitio peccati eſt. Cū eni ſibi quiſq; iraſcitur ⁊ diſplicet ſine dono ſpūs ſancti non eſt. Vel (ſpiritū ſanctum). i. ſpm̄ ꝓphetie qui ſibi precioſus erat valde. Et ꝑ ipm̄ ſpiritum

**Redde mihi leticiā ſalutaris tui: et ſpū principali confirma me.**

Redde mihi). i. reſtitue quia peccando amiſi (leticiam ſalutaris tui) id eſt de ſpe ſalutis et ſaluatōnis tue. vel (leticiam ſalutaris tui) id eſt illam exultationē chriſti tui quam in eo prius q̄ꝫ peccarem habui (et ſpiritu principali) et potente. i. ſpū ſancto et ꝑ gratiam eius qua mihi ignouiſti et me innouaſti (confirma me) in hac leticia et gratia vt ipe ſpūs in me nō vicia principentur: et me a recidiuo preſeruet. Non enim ſufficit ſanare niſi firma ſit cura que adhibet. Vnde Joſue non mouit caſtra circumciſorū donec penitus ſanarentur. Et ita gr̄a cōfirmatus non ero ingratus. ſed

**Docebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuertentur.**

Docebo iniquos vias tuas) id eſt mandata tua vel miſcōdiam et veritatem vt alii exemplo meo de miſericordia ſperent et veritatem iudicii timeant et ita veram agant penitentiā et in bono habeant pſeuerantiā. Sancti enim viri ſicut ſuam ita et alioꝝ querunt ſalutem vnde et ſubdit (et impii) me imitantes (ad te cōuertentur) per veram pniam. Magna eſt in hoc verbo diuine miſericordie cōmendatio et peccantium conſolatio. Ita eni plenus eſt deus adipe miſcōie vt nō ſolum cōuerſis ſed etiam impiis ꝓmittatur ſalus. Et vt poſſim alios docere ordinate et liberius: prius

**Libera me de ſanguinibꝫ deus deus ſalutis mee: et exultabit lingua mea iuſticiam tuam.**

Libera me de ſanguinibꝫ). i. corruptōibus carnis vel de peccatis multis quia minus latine dicendo pluraliter ſanguinibꝫ multa peccata intelligi voluit que veniunt et trahuntur ex origine carnis peccati. i. ex carne per originale peccatum corrupta o (deus) creator (deus) reformator (ſalutis mee) dator et ꝯſeruator (et) tunc (exultabit) id eſt exultando ſeu cum exultatione laudabit et annūciabit (lingua mea iuſticiam tuā) qua iuſtificas impium: ſuſcipis cōfitentem: parcis penitenti: et dimittis peccatū penitenti eo ꝙ ꝓmiſiſti. Nec hoc poſſum ſine te ſed tu

**Dn̄e labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam.**

Dn̄e) qui omnia potes (labia mea) que propter peccata prius ad bonū clauſa erant et ꝓpter peccatoꝝ conſcientiā loqui nō pſumebāt: (aperies) id eſt idonea facies ad laudandum et predicandum culpam remittendo et gratiam infundendo et tunc (os meum) etiam cordis archanum (annunciabit laudem tuam) digne quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Hanc inq̄ laudem ſcꝫ ꝙ me peccantē nō reliquiſti ꝙ cōfiteri monuiſti ꝙ mundaſti: hec oſtendo et ideo laudem dico quia magis eſt tibi acceptabile q̄ꝫ legalia ſacrificia offerre.

**Qm̄ ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtiq;: holocauſtis nō delectaberis.**

Quoniā ſi voluiſſes ſacrificiū) legale ſiue figurale quod pro expiatōne peccati ſolebat offerri (dediſſem vtiq;) et vere offerrem tibi: ſed ſacrificiis ⁊ etiā (holocauſtis) veteribus que ſunt digniora (nō delectaberis) nec eis placaris videbat ꝓpheta tp̄s gratie quo hec figuratiua debebant ceſſare nā oīa in aduentu chriſti reſpuuntur nec modo vt prius deo offerunt. Quid ergo eſt offerendum ad placandū deum. Non pecudes non hirci nō quecūq; animalia quia

non vult pro peccato holocauſta in quibus crematur caro aliena. Sed

**Sacrificiuz deo ſpiritus contribulatus cor contritum et humiliatum deus non deſpicies.**

Sacrificiū) peccatorū (deo) placens et gratum eſt (ſpiritus cōtribulatus) id eſt ſimul cum corpore tribulatus et ꝓ peccatis plurimū anxiatus vt ſpūs teratur dolore et corpus afflictōe. vel de ſuis et aliorū peccatis turbatus in quo datur ſpes venie cōuertendis ſi penitere velint Hoc eni ſacrificio peccata ſoluūtur. quia (cor contritum) prius ꝑ compunctōnem (et) deinde (humiliatū) ꝑ confeſſionem non elatum ꝑ peccati excuſationem o (deus nō deſpicies) immo gratanter reſpicies et accipies. Minus eni dicitur et plus intelligitur. Ergo cōtribulatio in ſatiſfactione operis: contritio in dolore cordis: humiliatio in ꝯfeſſione oris faciunt gratū deo ſacrificium. Qđ ſacrificiū vt tibi fiat

**Benigne fac dñe in bona voluntate tua ſyon: vt edificentur muri hieruſalem.**

Benigne fac) id eſt largam benedictōem et miſericordiaz impende peccata dimittendo et grām conferendo. o (domine) cui tale placet ſacrificium (in bona voluntate tua). i. ex gratuita gratia tua nō ex meritis ſuis (ſyon) id eſt eccleſie tue militanti que eſt in ſpeculatōne ſupnorū et aliquid ſpeculatur quod ſperat: et ex viuis lapidibus videlicet fidelib9 animabus (edificentur muri hieruſalē). i. vterqꝫ paries eccleſie ſcz iudaicus et gentilis in fide ſpe et charitate conſtruatur ad edificandā eccleſiam et muniendā. Syon interpretatur ſpeculatio et hieruſalem viſio pacis. Agnoſcitis ergo vos in ſyon ⁊ hieruſalem ſi certā ſpem futurā expectatis et ſi pacem cum deo habetis.

**Tunc acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes et holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.**

Tunc) ſcz cum eccleſiaz cōſtruxeris (acceptabis) a fidelibus et gratū habebis (ſacrificium iuſticie) id ē iuſte laudis tibi debite: vel bonorum operum tibi placentium. acceptabis etiā (oblationes) de rebus exteriorib9. i. ſacrificium elemoſynarum (et holocauſta) igne conſumenda id eſt ſacrificiū mortificatōnis: et (tūc imponent). i. offerent (ſuper altare tuuz) quod eſt fides vbi ſacrificia offeruntur: qꝛ quicquid offertur ꝑ fidem offerri debet. (vitulos) id eſt ſacrificium mortis ſe ipſos martyrio exponētes: et ſicut vitulos ad mortē duci ꝑmittentes. Vel (vitulos). i. ſeipſos innocentes nouos a iugo legis et peccati liberos hoſtiam viuā ſanctam tibi placentem.

Oratio.

Proflue miſeratōnis ineffabile nomen deus trinitas qui humani pectoris antrum emūdans vicijs ſup candorem efficis niuis: innoua qſumus in viſceribus noſtris ſpm̄ ſanctuz tuum quo laudem tuā annunciare poſſimus: vt recto principaliqꝫ ſpiritu cōfirmati mereamur eternis ſedibus in hieruſalem celeſte componi. Per dñm.

**¶ Pſalmus de culpa et pena hominis peccatoris et iniqui: et econtra de merito ac premio innocentis et iuſti.**

p̄s. li.

# Quid gloriaris in malitia: qui potens es iniquitate?

Auctor pſalmi ꝓpheta Dauid. Titulus talis eſt. In finem intellectus dauid ⁊c̄. Hec perſecutio et Dohet accuſatio impleta eſt et quotidie impletur in eccleſia. Igitur intellectus huius pſalmi in finem temporū eſt referēdus quo impij damnabuntur et boni remunerabuntur et attribuendus eſt dauid. i. cuilibet fideli: habitus de eo negocio quod ſignificatū eſt cum venit dohet idumeus id eſt terrenus aliquis malicia motus: qꝛ dohet interp̄tatur motus: et idumeus terrenus. et nunciauit ſauli qui interp̄tatur appetitio ꝑ quē ſignificatur mors. quia ſicut hunc peccator ꝑpl's a deo petijt regez ita nos ꝑ illicitū appetitum acquiſiuimus mortem et appetitus malus anime mors eſt: et dixit ei inſtigando eum ad ꝑſecutionē venit Dauid id eſt quilibet fidelis in domū Abimelech qui regnum patris mei interp̄tatur. i. in conſortiuz eccleſie in qua regnat deus pater. Saul eni et Dohet ꝑſequentes Dauid et Abimelech ſignificant regnum terrenū et tranſitoriū nō ad vitam ſed ad mortez ꝑtinens quod ꝑſequitur bonos ad regnuz celeſte ꝑtinentes. Materia: peccatoris iniqui culpa et pena: iuſti vero merituz et premium. Intentio: retrahere fideles a malo et allicere ad bonum. Sententia in generali: ꝓpheta in iſto pſalmo in perſona ſua ſeu fidelis anime loquitur de quolibꝫ iniquo qui gloriando de malicia ſua iniqꝫ potenter agit iniquitatem et detractōnem diligit: cui etiā penam finalem ſcz eternā damnationē predicit. et ſimiliter loquitur de iuſti merito et premio. Poſtqꝫ ergo ſupra egit de penitentia: agit nunc de duob9 generibus hoīm quorū vnum eſt terrenum aliud celeſte. vnū ꝑſequit̄: aliud patitur. vnū gloriat̄ in malicia: aliud in deo: intendens peruerſum

genus de quo primo agit a pꝫuerſitate ad peni-
tenciam reuocare ⁊ viam veritatis ei oſtendere.
Sententia in ſpeciali cõtra pꝫuerſos ergo ꝓpha
inuectõez faciens dicit. (Quid).i. quare ꝑ quo
fructu ꝑ qua vtilitate (gloriaris in malicia) cuꝫ
in bono tñ ſit gloriandũ. q. d. hec tua gloriatõ
eſt peſſima. q2 ꝓpria eſt: peccãdum ex certa mali
cia plus ꝑfecto eſt gloriari in iniquitate ꝙ iniq
tatem ope exercere (q potens es iniquitate) id
eſt tu pſecutor ⁊ amator mũdi cui licentia ⁊ po
tentia iniquitatẽ opandi eſt cõceſſa: ⁊ qui potẽ-
ter exerces iniquitatẽ que potentia de imbecilli
tate ꝑcedit: q2 eſt quedã ꝓnitas ad peccandũ ⁊
conſuetudo reprehendit in iſto: ⁊ voluntas ma
la et actio pꝫuerſa. Maliciã aũt exequit ꝑ ptes
cum ſubiungit.

**Tota die in iuſticiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolũ.**

Tota die).i. aſſidue (iniuſticiã cogitauit lin
gua tua) ſcꝫ cordis. Quale eni officiũ foris ha
bet lingua in loquendo tale officiũ lingua cor-
dis intus habet in cogitando. Hinc eſt ꝙ ſine
verbor ſtrepitu ſepe nobis ipis loqmur in cor
de. Nec ſolũ cogitaſti malũ ſed etiã feciſti. Vñ
ſubdit (ſicut nouacula acuta) q ſi aſſimilet age
re vultus nitorẽ et genas vulnere ſauciet dolũ
facit ſic ⁊ tu (feciſti dolum) q2 cũ diligere ſimu
las fraudulenter vulneras. In hoc verſu cogi-
tatio et actus malicie continet in ſequenti vero
affectus deſignat cum dicit.

**Dilexiſti malitiã ſuper benignitatẽ: iniquitatem magiſꝙ loqui equitatem.**

Dilexiſti malitiã ſuper benignitatẽ). q. d. nõ
ſolum cogitaſti ⁊ feciſti: ſed etiam dilexiſti ma-
lum qđ eſt ſumma malitia: nec hoc tñ dilexiſti
ad faciendũ ſed etiam ad loquendũ ⁊ ideo ſub
dit (iniquitatẽ magiſꝙ loqui equitatẽ) ſcꝫ dile-
xiſti. qſi diceret aut facis malũ aut dum nõ po
tes facere dicis malũ aut qñ nec hoc potes vis
et cogitas malũ hoc ſemꝑ cõuenit reprobis vt
magis diligant malũ cogitare: agere: loqui: ꝙ
bonũ. Et in hoc eſt duplex iniquitas et dãna-
tio: q2 quod reprobandũ erat eligunt: ⁊ qđ eli-
gendum fuerat cõtemnunt.

**Dilexiſti omnia verba precipitationis: lingua doloſa.**

Dilexiſti oia vba pcipitatõis).i. ad pcipitã
dum ⁊ deijciẽdũ innocẽtes o (lingua doloſa) et
fallax miniſtra malitie. i. tu qui es lingua dolo
ſa: hoc eſt doloſus in lingua vl' linguoſus ⁊ do
loſus: aliud in corde geſtãs aliud ore ꝓmens.
Jam eni nõ curat quid dicat: qđ mentiat qua-
liter fallat ſed ad omnẽ falſitatẽ doloſitatẽ va-
nitatem ſe precipitẽ derelinquit. Unde nomi-
nat eum linguã doloſaꝫ q2 homo qñꝙ cenſet
nomie membri qđ magis in eo vituperat vl' cõ
mendat. Et ſubiungit de celeri fine iniqui.

**Propterea deus deſtruet te in finẽ: euellet te et emigrabit te de tabernaculo tuo et radicem tuam de terra viuentiũ.**

Propterea de9 deſtruet te in fine).i. finaliter
quantũcunꝙ differat ⁊ ſi modo videris ſtare ⁊
florere tanquã fenũ in agro. Deſtruet autẽ hoc
modo q2 prius (euellet te).i. dignitatẽ tuã auf-
fert ⁊ te deijciet ⁊ poſt (emigrabit te).i. emigrare
et tranſire te faciet (de tabernaculo tuo).i. de pꝛ-
ſenti mũdo quẽ diligis et qſi tabernaculũ tuũ
facis vel de corpore ſiue de eccl'ia in qua ſtare
debuiſti (et radicẽ tuã).i. animã tuã que viuifi-
cat corpus: ſicut radix arborẽ: euellet (de terra
viuentiũ).i. de beatitudine ſanctor. deide mu
tans pſonam ſubiungit.

**Videbunt iuſti et timebunt: et ſuper eũ ridebunt et dicẽt: ecce homo qui nõ poſuit deum adiutorem ſuum.**

Videbunt) modo (iuſti).i. intelligent q2 le-
gunt quid ſeruet in finẽ malis (et timebũt) ſibi
plus ꝙ ante ne ⁊ ipi pereant: q2 peſtilente flagel
lato ſapiens aſtutior erit: ⁊ in futuro (ſuꝑ eũ ri-
debunt).i. ſuꝑiores exiſtentes irriſione dignuꝫ
iudicabunt q2 letabit iuſtus cum viderit vin-
dictam et gaudebit ſe eſſe diſſimilẽ et iam tunc
non erit locus cõpatiendi et correctõis ſed tñ
damnatõnis (et dicẽt) interiori locutõe ſua (ec-
ce homo) qualiter punitus eſt (q nõ poſuit deũ
adiutorẽ ſuũ).i. nõ habuit fiduciã ⁊ ſpẽ in dño

**Sed ſperauit in multitudine diuitiarũ ſuarũ: et preualuit in vanitate ſua.**

Sed ſperauit in mltitudine diuitiar ſuar)
id eſt in copia auri ⁊ argenti potentie ⁊ glorie ⁊
aliarũ rerũ ponendo ibi finẽ ſuũ. Non q2 ha-
buit diuicias ſed quia in ipis ſperauit ideo da
mnatur: q2 habet aliqs qui non amat: et ardet
auaritia qui nõ habet (⁊ pualuit) ceteris ad tps
modicũ (in vanitate ſua) ſcꝫ in ꝓſperitate ⁊ af
fluentia tpaliũ que tñ trãſiuit velut vmbra. Ni
hil enim vanius eo qui putat plus valere nu-
mum ꝙ deũ. Deinde poſt vituperationẽ iniq ⁊
malor ſequit laus ptis cõtrarie ſcꝫ bonorũ. q.
d. mali ſperant in diuicijs.

**Ego autem ſicut oliua fructifera in domo dei: ſperaui in miſericordia dei in eternum et in ſeculum ſeculi.**

Ego aũt) dicit ꝓplus dei manens ꝯtinue (in
domo dei).i. in eccl'ia ſicut (oliua fructifera) in

radice fidei in pinguedine caritatis ⁊ fructificatione bonoꝝ operū. Sicut oliua nec in hieme nec in eſtate ſuã amittit viriditatē ſic ſctūs vir nec in ꝓſperis nec in aduerſis amittit virtutum decorē ſicut etiā oleū tria prebet. ſcʒ pabulum medicinā et lumen ſic vir iuſtus debet prebere pabulū eſurientibꝫ: lumen ignorātibꝫ medicinā egrotis (ſperauit) nō in diuicijs ſiue in honoribꝫ ſed (in miſericordia dei) duratura (in eternū) ⁊ .p.i. (in ſeculū) ſubſecutiuū (ſeculi) iſtius. i. nō ad terrena adipiſcēda ſed ad ea que ſunt in eternū ſeu eterna. Et

**Confitebor tibi in ſeculū quia feciſti: et expectabo nomen tuū quoniā bonū in conſpectu ſanctoꝝ tuoꝝ.**

Confitebor tibi) ꝯfeſſione laudis. i. laudabo te (in ſeculū). i. in eternū ꝓ collatis bñficijs (qꝛ feciſti) hec ꝑdicta ſcʒ ꝙ ſum oliua. ꝙ ſperaui in miſericordia in eternū nā ego nihil feci niſi malū: deus eſt aūt qui operať in nobis ⁊ velle ⁊ opari ꝓ bona voluntate (et) ideo cū pacia (expectabo nomen tuū). i. rem nominis tui qḋ eſt ieſus puta ſalutē in futura retributōe iuſtorum ⁊ꝙ tunc ſaluabor (quoniā bonū) eſt nomen tuum. i. delectabile et iocundū ſed nō niſi corde guſtanti. Unde ſubdit (in conſpectu ſanctorū tuoꝝ) tm̄ qui ſoli guſtantes ſentiunt q̄ȝ ſuauis eſt dñs. Si nihil dulce eēt martiribus nequaquā tantas tribulationū amaritudines equo animo tolerarent. Et quanto quiſqȝ ſanctior eſt tanto dulcius ⁊ ſuauius ſapit nomē domini in corde eius. Tanto etiā pacienti⁹ ⁊ deſiderabilius expectat vt tandem videre mereatur quod amat.

Oratio

Totius mundane vanitatis deſtructor oīps deus fac nos in domo tua ſicut oliuam florere fructiferā vt in tua miſcdia ſperantes ab iniqtatis maledicto ſaluemur. Per do.

Pſalmus de peccatoribꝫ et prauis in malicia ſua ptinaciter obſtinatis et negātibus deum factis ſuis

.lij.

**Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus.**

Titulus hic eſt in finē intellect⁹ dauid ꝓ melech ħ eſt iſte intellect⁹ attribuend⁹ eſt dauid ꝓphe inuitanti nos in finē. i. in cōformitatem xp̄i q̄ eſt finis legis habit⁹ ꝓ melech qḋ interpretať dolens vel ꝑcutiens ⁊ ſignificat eccleſiam ꝑ qua increpanť hic hoīes inter quos gemit ꝑturiēs. Materia cōtempt⁹ dei a malis inſipientibꝫ deū nō cognoſcentibꝫ Intentio cōfutare huiuſmodi ꝯtemptores dei ⁊ bonos cōſolari ⁊ maxime intendit ꝯfutare iudeos xp̄m dñm eſſe negātes. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo loquiť de q̄libet petōre in malis ſuis obſtinato qui licet deū ꝯfiteať verbis: factis tamen negat et increpans malos oſtendit ipos in eternū puniendos bonos vero ſalutem cōſecuturos. Quia enī ſup̄ conatus eſt ad penitentiā reuocare ꝑuerſos nunc de obſtinatis ⁊ contemptoribꝫ ſubdit oſtendens eos in futuro puniendos. Sententia in ſpeciali primo ergo increpās malos et improperās ait (Dixit inſipiēs). i. om̄is qui male viuit (in corde ſuo) apud ſe et ſi nō audet ore apud alios: in corde inq̄ȝ vbi deus audit ⁊ ſi nō homo (nō eſt deus) ſic enī operať quaſi cogitet deū nō eſſe. Nam qui putat deo placere mala vel qui dicit eum omnibꝫ parcere nō eum putat eſſe deuȝ. Idem nanqȝ deo eſt eſſe deū et eſſe iuſtū qꝛ iuſticia in deo deus eſt. Quo ergo negat eum eſſe iuſtū negat eſſe deū. Cum vero negat eſſe iuſtū q̄ ei putat placere mala vel nō punire. Inſipiens etiā iude⁹ dixit in corde ſuo de xp̄o hic hō nō eſt deus. Idem hodie dicunt infideles.

**Corrupti ſunt et abomiabiles facti ſūt in iniquitatibꝫ: nō eſt qui faciat bonū.**

Corrupti ſunt) omnes tales corruptōne et voluptatibꝫ petōruȝ in ſe corrumpiť anima in vi concupiſcibili ꝑ auariciā que tollit ei amorē dei: in vi rationali ꝑ ſuperbiā que auffert ei cognitionem dei et ſui et in vi iraſcibili ꝑ inuidiā que extinguit iuſticiā. Corrumpiť etiā corpus diuerſis vicijs in diuerſis mēbris ſuis ⁊ ſic corrupti (abomiabiles). i. odibiles (facti ſunt) deo angelis ſanctis ⁊ bonis hominibꝫ (in iniquitatibus) ſuis. i. merito iniquitatū ſuarum ⁊ hoc a deo ꝙ (nō eſt) de illis ſeu numero taliū (qui faciat bonū) meritoriū Sed.

**Deus de celo ꝓſperit ſup̱ filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens deum.**

Deus de celo). i. ꝑ ſanctas animas in quibꝫ habitat (ꝓſpexit ſup̱ filios hoīm). i. admonuit eos qui deberēt eē filij hoīm ratōe vtentiū portando imaginē noui hoīs vl' (ſup̱ filios hoīm) nō dei: hoīes enī ex ſe mali, ſunt ex deo boni et ideo filij hoīm ſunt: qñ male faciūt: qñ aūt bñ filij dei (vt videat). i. videri faciat ſi eſt aliquis intelligens) vel intelligere ſatagens ꝑ verā cognitionē (aut requirens deū) ꝑ bonā opationē Multi requirunt ⁊ nō intelligūt vt ſimplices. Multi intelligunt et nō requirūt vt litterati. Quales aūt inuenti fuerint ſubdiť.

**Omnes declinauerũt ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum nõ eſt vſq₃ ad vnum.**

Omnes declinauerũt) a rectitudine iuſticie et a via veritatis et (ſimul) cum ipſa declinatõe et ↄcordi ꝑuitate (inutiles) ⁊ ꝑnitioſi (facti ſũt) ſibi ⁊ aliȷ̃s ⁊ inepti ad ↄſecutionem vite eterne Vñ (nõ eſt q̃ faciat bonũ) et ſc. ſ. ductus ratõe et quaſi ex dolore repetit (nõ eſt vſq₃ ad vnũ) .i. nõ eſt vnicus nec vnus talis de eis reperit̃. Si ſaltem vnũ exciperet diceret ꝑter vnũ. Congruꝰ ordo: prius declinant: tunc inutiles fiunt: deiñ nõ eſt qui faciat bonũ. Et ſequitur cõminatio maloꝝ ꝑ finem Sed.

**Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatem: qui deuorant plebem meã vt cibum panis.**

Nonne ſcient) in futuro dei iuſticiã (omnes qui) nunc (operant̃) ꝑtinaciter (iniquitatẽ) .q. d. immo ſcient tũc ꝑ pene experientiã qui modo ſcire nolunt ꝑ cordis intelligentiã et (qui deuorant plebem meã) volentes eam ↄſumere (vt cibum panis) .i. ſemꝑ ⁊ aſſidue: de ceteris enĩ mã ducamus modo hoc: modo illa: ſemꝑ aũt panem vel ita delectant̃ in ſpoliatione ⁊ occiſione innocentiũ ac ſi comederent ſapidũ ⁊ bonũ cibum. Et merito hoc eis Quia.

**Deum non inuocauerũt illic trepidauerunt timore vbi nõ fuit timor.**

Deum non inuocauerũt) ꝑ pñiam hoc q̃ſq₃ inuocat qd̃ habere vult: hoc dicendo ↄſolat̃ fideles gementes ne imitent̃, ꝑſperantes q₂ tales deũ nõ inuocauerũt vt in eis habitaret. Vnde cito perituri ſunt ⁊ ideo (illic trepidauerũt timore vbi nõ fuit timor) habendus. q₂ de terrenis timuerunt de quibꝫ nõ eſſet timendũ ſed nõ de eternis vbi eſſet timendũ formidantes tñ mala pñtis vite tꝑalia nõ offenſam diuinã ⁊ mala eterna Sed quare hoc.

**Quoniam deus diſſipauit oſſa eoꝝ qui hominibꝫ placent: confuſi ſunt quoniã deus ſpreuit eos.**

Quoniã deus diſſipauit) .i. diſſipari ꝑmiſit (oſſa) .i. vires ⁊ potentias anime ſeu interiora bona (eoꝝ qui hominibꝫ placent) .i. placere in malo querunt et intendũt. q. d. q₂ hominibꝫ placere appetentes noluerũt eſſe ſerui chriſti ꝓpterea deus virtutes anime ⁊ interiores ſenſus ſc₃ rationẽ intellectũ memoriã et alia huiuſmodi in eis deſtruxit q̃ ideo oſſa dicunt̃ q₂ ſicut oſſibus caro ita virtutibꝫ anima ſuſtentat̃: bonũ eſt placere homini ꝓpter deũ in quo magis q̃s intelligit̃ deo placere q̃₃ homini (confuſi ſunt) id eſt confundent̃ eterna cõfuſione q₂ a regno dei ſeperabunt̃ (quoniã deꝰ ſpreuit eos) .i. ſpernet eȷ̃ciens eos a conſortio ſctõꝝ ⁊ iuſte q₂ ipſe prius ſpreuerũt deũ: ⁊ ponit preteritũ ꝓ futuro ratõe certitudinis. Sꝫ iſrl̃ ſaluabit̃ vñ ſequit̃.

**Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael: cũ cõuerterit deus captiuitatẽ plebis ſue: exultabit iacob et letabitur iſrael.**

Quis dabit ex ſyon) id eſt e celo vbi eſt clara dei viſio ⁊ ſpeculatio (ſalutare iſrl̃) .i. ſalutẽ vel gratiã ſalutarẽ ꝓpl̃o videnti deũ nõne ipſe dñs ſolus de quo dixerũt ſtulti nõ eſt deus: q₂ (cum cõuerterit deus captiuitatẽ plebis ſue) transferendo eos de pñti babilonia ad supernã hieruſalem (exultabit iacob) qui hic luctatꝰ eſt (et letabitur iſrl̃) qui hic deũ ĩ enigmate ↄtemplatꝰ eſt. Qui nunc eſt verus iacob .i. vir iuſtꝰ luctãs cõtra vicia ⁊ ſupplantãs ea erit tunc verus iſrl̃ videns deũ ⁊ cognoſcens ꝑfecte. Iſte pſalmus etiam ſupꝰius expoſitus eſt preter verſu₃ penultimum qui ibi nõ eſt. Oratio.

Reſpiciens de celo ſancto tuo deus piiſſime pone terminũ inſipientie noſtre vt a terroribꝫ vanis eruti tibi ſoli de puritate cordis integra placeamus. Per do.

Oratio chriſti vel eccl̃ie ſeu iuſti poſiti in tribulatõe ꝓ liberatõe a maloꝝ aduerſantiũ infeſtatione et perſecutione.

ps. liij.

**DEus in nomĩe tuo ſaluũ me fac: ⁊ virtute tua iudica me**

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulꝰ talis eſt in finẽ in carminibꝫ ⁊c̃. q. d. hic eſt ïtellectus dauid .i. chriſti vel corꝑis eius admonẽtis etiã in aduerſis ꝑſeuerandũ eſſe in carminibus vel hymnis: .i. in dei laudibꝫ vſq₃ in finem ↄſummantẽ intellectus dico cõceptus vel habitꝰ cũ veniſſent ziphei .i. florẽtes ſeculi. ziphei enim interpretãt̃ florentes ad ſaul .i. ad regnu₃ tꝑale ⁊ mortis que ꝑ ſaul ſignificat̃ et dixiſſent ꝓdendo nõne dauid abſcõditus eſt apud nos .i. chriſtus latet in carne: vel eccl̃ia in ſpe occulta: florentes enĩ gloria tꝑali ꝑſecuti ſunt chriſtũ in hoĩe latentẽ vel eccl̃ia₃ cuius bonũ intus eſt et merces occulta. Beati enim mortui mundo quoꝝ vita abſcondita cũ chriſto in deo latet inter florentes huius ſeculi inter quos ſunt viles et abiecti. Quãuis ğ ꝑuerſi ⁊ obſtinati de quibus ſupꝰ dictũ eſt in malicia ꝑſeuerent ⁊ nos ꝑſequant̃ nos tñ paciẽter in bonis ⁊ dei laudibꝫ ꝑſeuerare debemꝰ ad qd̃ hortamur in h̃ pſalmo ⁊ tribꝫ ſequentibꝫ. Vñ ⁊ pat₃ ratio ordinis

in eiſdē. Materia pſecutō maloꝝ bonos iniqꝫ
opprimentiū. Intētio monere nos in aduerſis
ad patientiā orationē ⁊ dei laudē ⁊vt illata in=
cōmoda leto aīo pcurram⁹ eaqꝫ nobis ad futu
ram ſalutē pdeſſe poſtulem⁹. Sententia in ge
nerali ꝓpha in iſto pſalmo agit de clamore ino
center pacientis ad deū ⁊ liberatōe ipi⁹ ab op=
pſſiōe maloꝝ ⁊ pūt eſſe verba chriſti in tribula
tione orātis ⁊ ſe orandi et pſeuerandi nobis ex
emplar ꝓponentis: vel eccl'ie ſeu illi⁹ orātis ⁊ in
ter malos latentis cui⁹ bonū intus eſt ⁊ merces
occulta. Ubi in hoc pſalmo ⁊ ſeqnti duplex ſē
ſus in vſu fuerit refert̄ pmus ad chriſtū ⁊ ſecū=
dus ad eccl'iā et iuſtū vbi aūt ſimplex ibi loqt̄
in eadē voce chriſtus ⁊ eccl'ia ſeu iuſtus: ſimile
huius in pluribꝫ alijs repit̄ locis. Sentētia in
ſpāli orat ꝙ chriſtus vel eccl'ia ſeu iuſtus inter
malos dicens O (Deus) pr̄ (in noīe tuo) glori
ficādo) ſaluū me fac) reſuſcitando (⁊ in virtute
tua iudica me).i. ſm̄ tue virtutis excellentiā cre
ſcat iudiciū meū vt oēs diſcernant ⁊ cognoſcāt
qꝛ tu me miſiſti. Uel (deus in noīe tuo).i. ad et
p inuocationē ſcti noīs tui qḋ eſt ieſus ſiue ſal=
uator (ſaluū me fac) hic a pctis ⁊ a malo iniu=
ſte pſecutōis.i. imple in me rem noīs tui qḋ eſt
ſaluatio (et in virtute tua).i. in potentia tua (iu=
dica me).i. diſcerne me a malis in pñti mente ⁊
merito ⁊ in futuro loco ⁊ pmio. Hec virt⁹ ma
xime apparet cū parcis miſeris. Un̄ oratio de⁹
qui omnipotentiā tuā pcendo maxime ⁊ miſe=
rando manifeſtas.

**Deus exaudi orationē meā: auribꝫ per=
cipe verba oris mei.**

Deus exaudi orationē meā) eam ad effectū
pducendo hanc vicꝫ quā pmiſi de ſalute ⁊ iudi
cio hec eſt orō mentalis corde ɔcepta (auribꝫ)
pietatis (pcipe vba oris mei).i. ipam orōnem
habitā corde ⁊ ꝓlatā ore qꝛ ex vbis cor iudicat̄
deus nō habet alias aures niſi miam et grām
ſuam ⁊ cū dicit̄ auribꝫ pcipe nō intelligit̄ aliud
niſi attēde ⁊ memoriter ac miſericorditer audi.
Si eñi aure pcipiat ⁊ miſericorditer audiat ſe
curi ſum⁹ ꝙ orōnē noſtrā exaudiet. Jdō aūt oro.

**Quoniam alieni inſurrexerūt aduerſuꝫ
me: et fortes queſierunt animaꝫ meam:
non propoſuerunt deum ante conſpe=
ctum ſuum.**

Nā̄ alieni) ſi nō genere et natura moribꝫ tñ
et vita ſcꝫ iudei (inſurrexerūt aduerſum me) vt
aduerſarent̄ mihi ⁊ nō tm̄ minor ꝑpl's ſed (⁊ for
tes ſm̄ ſupbiā ⁊ potentiā ſeculi (queſierūt ani=
mam meaꝫ).i. vitā meā ad pdendū eam ⁊ non
ꝓpoſuerūt deū ante ɔſpectū ſuū) vt intelligerēt
me eſſe deuꝫ in hoīe latentē ſi eñi cognouiſſent
nunquā dñm glorie crucifixiſſent fuit ergo cā
tanti pcti cecitas cordis ⁊ infidelitas cecitatis
vero cauſa fuit ſupbia. Unde valde eſt cauen=
da. Uel (quoniā alieni) a veritate et virtute ſcꝫ
mali (inſurrexerūt aduerſum me) pſequendo
(et fortes) ſcꝫ demones: ⁊ aduerſarij mei poten
tes (queſierūt animā meā) ad perdendū (⁊ non
ꝓpoſuerunt deū ante conſpectū ſuuꝫ) quia pu=
tant deum neſcire quid agit et dei timore poſt=
poſito me pdere querūt ve homini illi q̄ nō po
nit deū ante conſpectū ſuū qꝛ tenebrat̄ ⁊ ſic in=
cidit in omnē errorē ⁊ iniquitatē nam domin⁹
eſt illuminatio noſtra. Sed ꝓpter hoc non ti=
meo vel deſpero.

**Ecce enim deus adiuuat me: et dñs ſu=
ſceptor eſt anime mee.**

Ecce eñi) in euidenti eſt ⁊ manifeſte: o hoīes
ꝙ (deus) pater (adiuuat me) in paſſione ne defi
ciam (et domin⁹ ſuceſptor ē anime mee) qꝛ poſt
paſſionē in qua me adiuuit animā meā in glo=
ria ſuſcepit. Conuertit ad nos vocem ſuā vt pa
cientie ipius diſcam⁹ exemplū. Ex hijs eñi ver
bis inſtruimur qꝛ cum ab inimicis mala nob̄
irrogant̄ nō debem⁹ iraſci aut maledicere aut
vindictā exquirere ſed orare ⁊ dei adiutoriū ex
pectare Uel (ecce enim deus adiuuat me) labo
rantem ferre que ingerunt (et dñs ſuſceptor eſt
anime mee) ſuſtinens illam nunc ne labatur in
facinus et poſtea ad gaudia perducens licet
etiam corpus deſerat ⁊ miſerijs exponat. Dein
de loquens ad deum nō tam orando ⁊ optan=
do q̄ꝫ ꝓpheciſando ⁊ predicendo ſubiungit.

**Auerte mala inimicis meis: et in verita=
te tua diſperde illos.**

Auerte) id eſt auertes a me (mala) inferenda
vel illaturus ea (inimicis meis) id eſt a me ver=
tes in illos mala qui mali irogāt bonis: auer
tit a bonis deus ⁊ retorquet in malos (et in ve=
ritate tua) id eſt iuſto iudicio tuo (diſperde) id
eſt diſperdes (illos) quia iudei in diuerſis par=
tibus diſperſi ſunt per regiones ꝓpter malum
qḋ fecerūt in ieſum: vel pro conuertendis pre=
catur (auerte mala) ab (inimicis meis: et in ve=
ritate tua) a priori intentione (diſperde illos) vt
ad veritatem tuam veniant. Diſperdet eciā do=
minus in veritate ſua malos quando in extre=
mo iudicio diuerſis penis et tormentis tradet
cruciandos vt in eternum pereant veris pe=
nis qui ad tempus florent falſis bonis. Et
pro hijs beneficijs premiſſis ne ingratus in=
ueniar.

**Voluntarie ſacrificabo tibi: et confitebor nomini tuo dñe quoniã bonũ eſt.**

Voluntarie ſacrificabo tibi) qꝛ voluntarie et ex caritate ſe ipm̄ obtulit patri filius in ſacrificiũ ꝓ nobis vel (volũtarie) nõ coacte vt timore mortis vel pene ſed gratis ꝓ dilectiõe nõ ꝓpter aliud ſacrificabo tibi ſacrificiuꝫ laudis et bonoꝝ operũ: omne enĩ opus bonũ deo oblatum dici poteſt ſacrificiũ. Et bene ꝑmiſit volũtarie voluntatẽ enĩ et affectũ penſat deus in oĩ ſacrificio et quanta eſt deuotio ⁊ voluntas offerentis tm̃ eſt apud deũ ſacrificiũ eius nõ enim coacta dona coacta ſeruicia diligit deus (⁊ ꝯfitebor nomini tuo dñe) .i. laudabo nomen tuũ et cuncta que ago ad laudẽ et gloriã noĩs tui faciam (quoniã bonũ eſt) .i. nõ ꝓpter aliud ſed qꝛ nil melius illo noĩe inuenio. Cauſa ꝯfeſſionis et laudis debet eſſe ipa bonitas noĩs .i. rei noĩs et ſola bonitas dei ⁊ hoc eſt voluntarie ⁊ gratis confiteri qꝛ ꝓpter ſe nõ ꝓpter aliud qđ ab eo velim. Qui ꝓpter aliud laudat ex neceſſitate laudat qꝛ ſi illud haberet nõ laudaret mihi autẽ et que dedit ꝓpter dantẽ placent Et vero bonũ eſt nomen tuũ ꝙ ex hoc intellexi.

**Quoniã ex omni tribulatione eripuiſti me: et ſuꝑ inimicos meos deſpexit oculus meus.**

Quoniã ex omni tribulatione eripuiſti me ſ. vt nulla tribulatio mihi ꝑualeret (⁊ ſuꝑ inimicos meos) ſuꝑatos (deſpexit oculus meus) me reſurgente Vel (qm̃ ex omni tribulatõe eripuiſti me) .q.d. in hoc ꝓbaui nomẽ tuũ eſſe bonũ qm̃ liberaſti me e tribulatõe que data ẽ ad ammonitionẽ. Si enĩ ante tribulatõeꝫ poſſem cognoſcere ⁊ aliter ſcirem bonũ eſſe nomẽ: tribulatio forte mihi neceſſaria nõ fuiſſet. Sꝫ adhibita eſt tribulatio ad ãmonitionẽ: ãmonitio facta ad tuã laudatõꝫ. Non enĩ intelligerẽ vbi eſſem niſi de infirmitate mea admonitus eſſem. Unde li qm̃ nõ eſt cauſatiuũ qꝛ eẽt ꝑdictis cõtrariũ ſi ideo diceret' laudãdus qꝛ liberat a tribulatõne. Ergo ꝙ liberat ꝓbatio eſt ⁊ argumẽtum bonitatꝭ dei occaſio laudis nõ cauſa (et ſuper inimicos meos) florentes (deſpexit) .i. deorſum ⁊ inferius aſpexit (oculus meus) ſurſũ tendens ⁊ altitudine cordis ad te ꝑueniens. Mente rapta ad deum videt' ꝙ omnis flos eſt vt fenum ⁊ confidens dei bonitate nihil reputat inimicoꝝ inſidias iuxta illud beati vincentij. Ecce nunc in ſublimi agoꝛ ⁊ omnia mundana deſpicio.

Oratio.

Saluifica dñe eccl'iam tuã in tui nominis ꝓtectione ꝯfidentẽ vt deſpectis inimicis volũtaria te ꝯfeſſione magnificet. Per do.

**Oratio chriſti vel eccleſie ſeu iuſti innocenter pacientis et ad deum ꝓ ſua liberatione humiliter recurrentis.**

.liiij.

**Exaudi deus orationem meã: ne deſpexeris depcatõꝫ meã intende mihi ⁊ exaudi me.**

Auctoꝛ ps̄. ꝓpha dauid. Titulus hic eſt in finẽ in carminib' intellectus dauid hoc eſt. Intellectus hui' pſalmi attribuend' eſt dauid .i. xp̄o vel eccl'ie monenti ⁊ inſtruenti nos ſuo exemplo ꝑſeuerare vſqꝫ in finem ⁊ ꝯſummationẽ in carminib' .i. in dei laudib'. ſemꝑ enĩ laudandus eſt deus ſiue erudiat aduerſis ſiue ꝯſoletur letis. Vñ hic ps̄ bene poſt ꝓcedentẽ ſequit' qꝛ ad idem hortat'. Materia xp̄i ⁊ bonoꝝ a notis et ingratis: iniqua ꝑſecutio. Intẽtio monere iuſtos vt ꝑſentia mala patienter tolerent ⁊ in deũ ſperent. Deficit enĩ homo in ꝑñtib' anguſtijs niſi in xp̄m figat oculos mentis Sententia in generali ꝓpha in iſto pſalmo loquit' de xp̄o ⁊ eccleſia vel de quolibet iuſto in tribulatõe poſito quibus ingrati aduerſant' ⁊ fabricant machinatões in dolo ꝓpter qđ ab iſtis liberari optat et oꝛat ne in tribulatiõe deficiat. Sententia in ſpeciali xp̄s ergo vel eccl'ia ſeu iuſtus laboꝛãs inter fluctus ſeculi oꝛat dicens (Exaudi) o de' pater (orationẽ meã) clarificando me ⁊ reſuſcitando et (ne deſpexeris deprecationẽ meã) ꝓpter humilitatẽ ſeruilis forme (intende mihi et exaudi me) Dando fortitudinẽ infirmitati carnis Vel (exaudi deus orationẽ meaꝫ) ꝓ bonis aſſequendis et (ne deſpexeris deprecationẽ meam) ꝓ malis euitandis et quia plerunqꝫ orationem ⁊ deprecationẽ deus ⁊ exaudit ⁊ deſpicit quando qđ male petunt iratus tribuit cõſequenter ſubiungit (intende mihi ⁊ exaudi me) tunc enĩ mihi dñs intendit et nõ ſolũ orationẽ meã ſꝫ ⁊ me exaudit qñ id qđ ego poſtulo ad vtilitatem anime mee tribuit. Et neceſſe eſt vt me exaudias Quia.

**Contriſtatus ſum in exercitatione mea et conturbatus ſum a voce inimici et a tribulatione peccatoris.**

Contriſtatus ſum in exercitatione mea) ſcꝫ paſſionis mee. Vñ ait: triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortẽ (⁊ ꝯturbatus ſum a voce inimici et a tribulatõe pctõris) qꝛ iudei maledicẽdo et tribulãdo me tribulauerũt Vel (ꝯtriſtat' ſuꝫ) .i. ſit aĩa cũ coꝛꝑe triſtatus (in exercitatõe mea) .i. in penis et tribulatõib' in quib' mali me exercẽt oĩs nempe malus viuit vel vt coꝛrigat' vel vt ꝑ

eum bonus exerceat (et cõturbatus ſum a voce inimici) vituꝑia loquentis (et a tribulatione peccatoris) flagella inferentis. Adhuc enim eccleſie inimici nõ ceſſant membris xp̄i aut mala facere ſi poſſunt: aut ſi nõ poſſunt vel detrahere ⁊ derogare. Deĩn reddit ſingl'a ſingul'. d.

**Quoniam declinauerũt in me iniquitates: et in ira moleſti erant mihi.**

Quoniam) ipſi inſultantes mihi (declinauerunt in me) quaſi de vaſe in vas) iniquitates (q̄ eorum erant: q2 mala ſua mihi imponebãt accuſando ⁊ criminando ⁊ qd̄ de eis iuſte dici poterat in me retrorſum ecce quomodo ꝯturbat⁹ eſt a voce inimici: ⁊ ſequit̃ quomodo a tribulatione pctõris (et in ira) id eſt ꝓpter iram ſuã nõ ob iuſtam cauſam in furore ſuo non in merito meo (moleſti erant mihi) moleſtias mihi de facto ſine ratione inferendo. Moleſti quippe mihi ſed ruinoſi ſibi. Et ꝑ hoc.

**Cor meum conturbatũ eſt in me: et formido mortis cecidit ſuper me.**

Cor meum conturbatũ eſt in me) ſm̄ hominem (⁊ formido mortis cecidit ſuper me) ſimiliter ſm̄ hoiem cepit enim tedere ⁊ triſtis eſſe ⁊ angelus dñi confortabat eum. Uel (cor meũ conturbatum eſt in me) ratione maloꝝ predictoꝝ (et formido) id eſt metus (mortis) ſc3 corꝑalis vl' ſpiritualis puta odij fraterni qd̄ ē mors anime ſicut vita eſt dilectio (cecidit) vt pondus (ſuper me) q2 timebã fraternũ odiũ incurrere eos corripiendo. Ecce quam abominabile eſt fraternum odium qd̄ hic dicitur mors. Et inde.

**Timor et tremor venerunt ſuper me: et contexerunt me tenebre.**

Timor) animi intus (et tremor) corporis foris ꝓueniens ex timore cordis (venerunt ſuper me) et me opprimunt ꝓprietas eni mortis eſt vt eam prius timeamus inde cõtremiſcam⁹ (⁊ cõtexerunt). i. circũdederũt et cooperuerunt (me tenebre) id eſt iudei tenebroſi et ceci. Uel (cõtexerunt me tenebre). i. mali homines qui ꝑſequntur eccl'iam et cõtegunt ipam odio: q2 qui odit fratrem ſuũ in tenebris eſt. Sed in hac exercitatione ⁊ infirmitate poſitus: quid ait: quid fecit oſtendit cum ſubiungit.

**Et dixi quis dabit mihi pēnas ſicut columbe: et volabo et requieſcam.**

Et dixi). i. ita patrem meum oraui reſuſcita me pater apud temetipm̄ nam (quis) alius preter te (dabit mihi) exiſtēti (ſicut columbe). i. innocenti ⁊ ſine felle amaritudinis (pennas) id ē agilitatē et poſſibilitatē (et volabo). i. tranſibo de hoc mũdo ad patrē de iudaico ꝓplo ad gentilem (et) ibi (requieſca3) et caput reclinem. Uel (et dixi). i. in corde meditãdo: et in oratõe optãdo (quis dabit mihi pennas) virtutũ et motũ deſiderioꝝ bonoꝝ (ſicut columbe) que ſimplex eſt et felle caret (et) eis habitis ac mente relictis terrenis (volabo) ꝑ celeſtiũ ꝯtemplationē a tribulationibus ⁊ ſtrepitu mundi in ſolitudinē (⁊ ibi requieſcã) in contemplatõne in ſinu ⁊ amore dei mei videns iſte vndiq3 mala eſſe ⁊ ſe malis nõ ꝓficere: malos vero ſibi officere vult ad tempus ſeꝑari a tot ſcandalis ne petã infirm⁹ augeat manens cũ eis: ſignanter autē dicit columbe columba eni a moleſtijs querit auolare ſed dilectionē nõ amittit ⁊ ſemꝑ gemit ſic ⁊ bonus vult ſe ſeparare corpore ab hijs quib⁊ nõ poteſt ꝓdeſſe ſed nõ amore amans eoꝝ correctionem ⁊ dolens preuaricatõis ruinã. Et nõ fruſtrabit̃ oratio mea. Nam.

**Ecce elongaui fugiens: et manſi in ſolitudine.**

Ecce elongaui) me fugiēs a iudeis vel a mũdo (et mãſi in ſolitudine). i. in gentilitate ſiue in celo. Illud etiam ad litterã xp̄s tangit q̄ vitabat ꝑſequentes vt occaſionē ire demeret ⁊ manebat in deſertis orans in quo docebat nos in deſerto conſcientie quieſcere cum a malis premimur. Uel (ecce) habitis pennis (elongaui) me diſtantia corporali vel ſaltē diſſimilitudine (fugiens) a malis vel a terrenoꝝ deſiderioꝝ ac carnaliũ cogitationũ tumultib⁊ ⁊ turbis (et) ſic elongatus (manſi in ſolitudine) corꝑis vel ſaltem mentis. in quiete mētis delectabit̃ requieſcens. Eſt ſolitudo loci et corꝑis que quãdoq3 eſt vtilis ſed parum, ꝓdeſt ſine ſolitudine mentis. Eſt etiam ſolitudo mentis ab amore mundi et inquietatione vicioꝝ que ſemꝑ etiam ſine precedente eſt vtilis. Eſt et ſolitudo eternitatis in quam dominus poſt reſurrectionē auolauit quando in celũ aſcendit. Et vt hoc mihi ꝯtingeret.

**Expectabam eum qui ſaluum me fecit: a puſillanimitate ſpiritus et tempeſtate**

Expectabã) patienter (eum) ſc3 dominũ id ē non confidebã in virib⁊ meis: ſed ſpem meam ponebã in domino (qui ſaluũ me fecit) et ſaluabit (a puſillanimitate) et timiditate (ſpiritus). i. ab inordinato timore qui puſillanimitas vocatur ne cederem malis ⁊ ſuccumberē in preſſuris (et tempeſtate). i. ab omni animi cõmotõne ne iraſcerer impetuoſe. Puſillanimitas eſt remiſſio animi qua timent aliqui offendere ꝓximum et offendunt deum. Tempeſtas vero eſt rigor et impetus iuſticie circa proximum et ab vtroq3 gaudebat iſte ſe ſaluatum. De reprobis

aūt et orando et prophetiſando ſubiungit. q. d. me ſaluaſti: illos aūt qui ſe male extulerūt.

**Precipita dn̄e diuide linguas eorum: qm̄ vidi iniquitatem et ꝯtradictionem in ciuitate.**

Precipita) o (domine) a turre ſupbie et deijce a ſtatu dignitatis et honoris: et (diuide linguas eoꝝ) qui male cōſpirauerunt vt penitentes recedant a ſuperba vnitate ſua nec veniant in vnitatem et concordiā contra me et malicia eorum nō habeat effectum in me. (qm̄ vidi iniquitatem) in actu (et contradictionē) in verbis (in ciuitate) id eſt in ſocietate et cōuentu prauorum vel in vnitate maloꝝ: nomini chriſtiano et veritati cōtradicentiuȝ. Ex iniquitate qua dicitur hoc meum illud tuum ꝓceſſerunt cōtradictio ⁊ litigium: ex charitate vero om̄ia cōmunia cor vnū ⁊ anima vna. Et hec iniquitas nō eſt ad horam ſed

**Die ac nocte circundabit eam ſuper muros eius iniqtas: et labor in medio eius et iniuſticia.**

Die ac nocte) id eſt aſſidue (circūdabit eam) ſcȝ congregationeȝ maloꝝ (iniquitas) exiſtens (ſup muros) id eſt maiores (eius) ſcȝ principes et prelatos qui deberent alios munire contra inimicos veritatis. Unde alibi. A ſenioribus egreſſa eſt iniquitas. Quicunqȝ enī alium fouet et defendit in pcc̄o murus eſt ciuitatis inique. (et labor) in oppreſſionibus eſt (in medio eius). i. in cōmuni plebe (et iniuſticia) in iudicijs faciendis. Ideo etiā labor ibi quia iniquitas ibi: quia iniuſticia ibi. Ubicunqȝ videris iniquitatē ibi intellige laborem. Qui iniquus eſt nunqȝ pacem habebit. torquet enī ꝯſciencia ſua et ipſe eſt hoſtis ſuus.

**Et non defecit de plateis eius vſura et dolos.**

Et non defecit) ſed ſemꝑ durauit (de platea eius) quia nō abſconduntur ſaltem quia mala ſunt ſed publice fiunt. (vſura) q: plus exigunt in iniuria et in qualibet re alia qȝ acceperint vl̓ dederint. Eſt et alia peior vſura quando nō dimittis quod tibi debetur vt tibi dimittatur (et dolos) quia alios decipiūt. In maioribus ergo et in minoribꝫ eſt iniquitas et in aperto hoc faciunt et nō abſcondūt. Deinde poſtqȝ de apertis egit inimicis conſeqnter agit de occultis q: in ipſa ciuitate ſunt non tm̄ aperti inimici ſed etiam occulti qui magis nocent

**Quoniā ſi inimicus meus maledixiſſet mihi: ſuſtinuiſſem vtiqȝ.**

Qm̄ ſi inimicus meus). i. gentilis populus (maledixiſſet mihi) ſicut iudaicus maledixit. Uel (Qm̄ ſi inimicus meus) aliquis aptus et manifeſtus (maledixiſſet mihi) iurgijs obprobria et blaſphemias inferendo (ſuſtinuiſſem vtiqȝ) id eſt patientius toleraſſem. Tolerabilius enī et minus iudicaſſem quia nō inopinatum malum eſſet. et iacula preuiſa minus ledere ſolent. et q: grauiora ſunt mala que ab amicis qȝ que ab inimicis manifeſtis inferunt.

**Etſi is qui oderat me ſuꝑ me magna locut⁹ fuiſſȝ: abſcōdiſſem me forſitā ab eo.**

Et ſi is qui oderat me) qn̄ idola adorabat vel aliter manifeſte et aperte et (ſuper me). i. aduerſum me (magna locutus fuiſſet). i. ſuperbe mihi inſultaſſet ſeqȝ ſuꝑ me magnificaret ⁊ minaretur quicquid poſſet (abſcondiſſem). i. ſubtraxiſſem (me forſitan ab eo) dans locū verbis inſanis vt nō erumperem in verba contentionis. Magna patientia: ita locum dare verbis vt ſe abſconderet ne aduerſariuȝ videret. Hec aūt de Iuda traditore ſpecialius intelligi poſſunt: quia ab iudeis aſcondit ſe Jeſus a Juda autem minime ſe abſcondit. Et dicit ambigue forſitan ſcd̄m vſum humane locutōnis. ſic enī ſolemus loqui: forſitan illuc ibo. forſitan hoc faciam.

**Tu vero homo vnanimis: dux meus et notus meus.**

Tu vero) o iuda (homo) ꝑ carnalitatē (vnanimis) ꝑ ſimulationē (dux meus) ꝑ p̄dicationē quia feci te ducem cū alijs ſuꝑ ꝑpl̄m meum et p̄mittebam ad locū quo iturus eram (et notus meus) ꝑ fidē. vel q: domeſticus et de eadē gente mecū. Uel (Tu vero homo vnanimis) olim et vnius mecū volūtatis (dux meus) qui aliqn̄ bene monuiſti et bonū cōſilium dediſti (et notus meus) qui in eadē eccleſia mecū fuiſti.

**Qui ſil̓ mecū dulces capiebas cibos: in domo dei ambulauimus cū ꝯſenſu.**

Qui ſimul) cū alijs (mecū) cōuerſans (dulces capiebas cibos) tam corꝑales qȝ ſpūales. (in domo dei). i. in eccleſia (ambulauimus cū cōſenſu) corꝑalis conuerſatōis q: in eius collegio erat. Tu inqȝ talis ꝙ perſecutus es me eſt mihi intolerabile et ad ſuſtinendum difficile. Per Judam et eius populū ſignificantur falſi fratres intra ſanctam eccleſiam de quibꝫ etiā p̄dicta intelligi poſſunt. qui cū ſimulate viuunt tāto grauius quāto interi⁹ ſunt electos p̄munt. Nulla enim peſtis efficacior ad nocendum qȝ familiaris inimicus. quos tamē exemplo ſuo dominus ſuſtinere docet: ſed ipſi penam eternam non euadent. vnde mutans perſonam de

talibus ſubiungit.

**Ueniat mors ſuper illos: et deſcendant in infernum viuentes.**

Ueniat mors ſup illos qui tales ſunt id eſt digni ſunt ꝙ moriantur morte eterna. (et deſcendant in infernū viuentes). i. ſcienter peccantes et ſcientes quia pereunt. Malum eni eſſe intelligunt quod faciunt nec tamen ab ipo deſiſtūt. Talibus multo grauior damnatio ꝙ̃ ceteris incumbit quia ſeruus qui ſcit voluntatē domini ſui et nō facit plagis vapulabit multis. Timeant ergo falſi fratres ſimulatores detractores religionē habitu oſtentantes religioſe tamē non viuentes. ad illos eni ptinet hec ſententia qua dicitur Ueniat mors ſup illos: et deſcendant in infernū viuentes. Et merito hoc eis

**Quoniam nequicie in habitaculis eoꝝ in medio eorum.**

Quoniam nequicie) multe ſunt (in habitaculis eorum). i. in corporibꝰ eoꝝ in quibꝰ temporaliter peregrinantur ⁊ militant et (in medio eorum) id eſt in corde. nihil eni tam eoꝝ ꝙ̃ cor vnde nequicia procedit. q. d. nequicias quam faciunt ex toto corde faciunt et tam ope ꝙ̃ cogitatione nequicia pleni ſunt. Uel prius ſunt (nequicie in habitaculis). i. in hoſpicijs et conuenticulis ſeu in angulis ⁊ in occulto: et poſtea (in medio eorum) id eſt cōmuniter ſeu in cōmuni et in aperto. Ita illi qui tales ſunt pereunt

**Ego autem ad deum clamaui: et dominus ſaluabit me.**

Ego aūt ad deum) patrem (clamaui) dicit chriſtus (et dñs) pater (ſaluabit me). i. ſaluabit a morte reſuſcitando. Uel (Ego autē) dicit iuſtus (ad deū) tanꝙ̃ ad ſaluatorē meum (clamaui) in conturbatōne exercitatōnis mee (et dominus ſaluabit me) ſuo diuino auxilio qđ cōſequens erat. Si te afflixerit inimicus clama ad deū et ſaluabit te. Hinc in alio pſalmo ait. Inuoca me in die tribulatōnis et eruiam te. Et quia ſaluabit iam ego vt nō ingratus

**Ueſpere et mane ⁊ meridie narrabo et annunciabo: et exaudiet vocē meam.**

Ueſpe). i. de pteritis (narrabo) et (mane). i. de futuris (annūciabo. ⁊ meridie) ꝗ̄ lux excelſior eſt in ſempiternis (et exaudiet vocē meā.) Uel (veſpe narrabo) patientiā chriſti morientis in veſpe (⁊ mane annūciabo) reſurrectōꝫ eiꝰ factā in mane. (et meridie exaudiet vocem meā) id ē ſedens ad dexteram patris vbi aſcendit in meridie et interpellat pro nobis. Moraliter (mane) hoc eſt prima et tercia ſcꝫ in pueritia (et meridie) hoc eſt ſexta ſcꝫ in iuuētute (veſpere) hoc eſt nona et vndecima ſcꝫ in ſenectute et ſenio. (narrabo). i. cōfitebor peccata (et) deinde (annunciabo) id eſt pdicabo (et exaudiet vocē meam) qua clamabo ad eum quia quacūꝙ̃ hora peccator ingemuerit. Et vere exaudiet vocem meam quia.

**Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: qm̄ inter multos erant mecum.**

Redimet). i. liberabit (aīam meam) collocādam in pace eterna (ab his qui appropinquāt mihi) ad inferendā mortem (qm̄ inter multos) credentes (erant mecum) inſidiantes vite mee. Uel (Redimet in pace) q2 amaui pacem (animam meam) de vicijs ad virtutes ſiue de hoc mundo ad patriam tranſferendo. Ipſe eſt eni pax vera (ab his qui appropinquant mihi) corpore nō mente: noīe non vita: numero nō merito ſcꝫ a chriſtianis fictis qui magis decipiunt ꝙ̃ aperti idolatre qui mecū habitant in domo et ſub imagine religionis laqueū mihi parant deceptionis (qm̄ inter multos erant mecum) multa ē palea: ⁊ pauca grana: multi ſunt vocati pauci vero electi. iſti aūt non erant de granis et paucis electis ſꝫ de paleis et multi vocatis.

**Exaudiet deus et humiliabit illos: qui eſt ante ſecula.**

Exaudiet deus) me et humiles exaltando in eternitate et nō ſolū exaudiet me p me orantem ſed etiā pro humiliandis inimicis. vnde ſequitur (et humiliabit) de ſupbia deijciendo in damnatōne (illos) ſuperbos ſe exaltantes qui erecti ſunt in diſſenſione. ille (qui eſt añ ſecula) id eſt eternus et potens oīa quod ipſi nō credunt. Quia et ſi ex tempe chriſtus deus noſter ex Maria virgine tñ in principio erat verbuꝫ: et verbū erat apud deū et deus erat verbū. Et merito humiliabit.

**Non enim eſt illis cōmutatio et non timuerunt deum: extendit manum ſuam in retribuendo.**

Non eni eſt illis cōmutatio) de malo in bonum nec mutantur in melius ſed deſcendunt in peius (et non timuerunt deū) et ideo non declinauerunt de malo in bonum. Hoc enim remedio conuertitur homo ſcilicet quia timet deum. Sicut timor dñi initiū ſapientie eſt ita nō timere deū mortis initium eſt. et p his ſequitur pena. ideo eni (extendit manuꝫ ſuā) a filii ferire volentis. et hꝰ (in retribuendo) vindictaꝫ ſcđm eoꝝ meritum: hoc eſt vt retribuat eis penā debitam p peccato quod erit in iudicio. Et nō ſatis fuit eis nō timere nec cōmutari: ſꝫ etiam.

**Contaminauerunt teſtamentũ eius: diuiſi ſunt ab ira vultus eius: et appropinquabit cor illius.**

Contaminauerũt teſtamentũ eius) quantũ ad ſe dum cõtraria agunt et ſcripturas peruertunt. id eſt legem eius deſpexerũt et ꝓphanauerunt male viuendo et ſcripturas eius ꝑuerſe interpretando: ideo (diuiſi ſunt) ꝑ mundum et hereſes ſeu errores (ab ira vultus) et ſeueritatis (eius). i. ab ipſo irato qui dimiſit eos: et diuidentur in futuro vt palee a granis (et) per hoc (appropinquabit cor illius) ſuis ad intelligendum. i. volũtas dei ſecreta que in ſcripturis cõtinetur: declarata eſt per expoſitõnes ſanctoꝝ qui prius tanꝗ̃ in pace dormiebant ſed ꝑ hereticos ſunt excitati eos pungentes. Et ita

**Molliti ſunt ſermones eius ſuꝑ oleum: et ipſi ſunt iacula.**

Molliti ſunt). i. intelligibiles facti (ſermones eius) ſcilicet dei prius obſcuri et ideo duri ad intelligendũ (ſuꝑ oleum) quia ſicut oleum fouet carnem ſic ſuauitas ſermonum dei fouet animam. Quedam enĩ in ſcripturis dura videbantur cum obſcura eſſent expoſita emollita ſunt (et) tamẽ (ipſi ſunt iacula) quia tanꝗ̃ ſagitte corda hoĩm tranſfigunt ⁊ feriunt et ad dei timorem et amorẽ inducũt dum in pectora audientium dirigunt ab inſtantibꝫ oportune importune: ſed ſi tibi puero qui lacte nutriris adhuc duri ſunt.

**Iacta ſuper dñm curam tuam et ipſe te enutriet: et non dabit ineternum fluctuationem iuſto.**

Iacta ſuꝑ dñm) non in alium (curam tuã) id eſt omnia ab ipſo expecta et a te vel ab alio nihil. Ipſum cogita in ipſum tanꝗ̃ in portum omnem ſpem pone et ſoli gratie dei innitere (et ipſe te enutriet) in fide et moribꝫ in doctrina et virtutibus: quia (nõ dabit ineternum) licet ad horam (fluctuationẽ) et ꝓcuſſionem (iuſto) qua hoĩes ſeculares in auariciam et alia vicia ꝑferuntur: quia et ſi ad tempus fluctuat et tentatur et affligitur iam tamen anchorã ſuã in celo habet fixam: et poſt tentationem fluctuũ portum quietis ineternum dñs illi ꝑparabit et in eterna quiete eum refouebit. Et ſubiũgit quid impijs erit.

**Tu vero deus: deduces eos in puteum interitus.**

Tu vero deus) qui ſanctos enutris (deduces eos) ſcꝫ impios qui nec te timent nec in te confidunt (in puteum interitus). i. in tenebras ſubmerſionis et puteum gehenne vt qui noluerunt bibere de fonte aque viue in puteum interitus et oĩm tribulationũ fluctibꝫ ſubmergantur et inde potentur. Puteum dicit infernũ ꝓpter ꝓfunditatem irremeabilem et obſcuritatẽ. Iſte locus iniquis preparatus eſt vt in eo tanꝗ̃ in ꝓfundo puteo cadant et intereãt. In quẽ deducet eos deus nõ ꝙ ipſe ſit auctor culpe eorum. ſed ꝙ ipſe ſit iudex iniquitatis eorum. Et vere deduces quia.

**Viri ſanguinum et doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem ſperabo in te domine.**

Viri ſanguinũ) id eſt ꝑſecutores et ſanguinis effuſores (et doloſi) qui per ſimulationẽ et fraudem incautas decipiunt animas (non dimidiabunt dies ſuos) ſcilicꝫ voluntarios nõ a deo conſtitutos id eſt nõ viuent ꝗ̃ diu putant nec medium ſpaciũ vite habebũt quod in malis ſe completuros ꝑ̃ſumebant: ſed infra tempus peribunt quod ſperant. Vel (Non dimidiabunt dies ſuos) vt ſi quos egerunt in malo reliquos curẽt agere in bono reuertentes ad penitentiam et redimentes tꝑus ſed cõtinuabunt omnes in malitia vſqꝫ in finem. Et hoc nõ de omnibꝫ intelligendũ eſt quia multi poſt effuſionem ſanguinis et doloſitatẽ conuerſi ſunt ad penitentiam et ſalutẽ: ſed de illis tm̃ qui nõ timuerunt deum. illi ita (ego autẽ ſperabo in te domine) id eſt non in mundo nõ in hoĩe vt illi ſed in te ſpem meam conſtituã ⁊ ideo ad eternũ diem perueniam.

Oratio

¶ Ieſu dñe qui ante ſecula manens conditoremqꝫ humanã ſuſcipiens ab vnanimo diſcipulo ꝓditus mortẽ ſubiſti pro perditis exaudi orõnem ſupplicum et preſta vt te veſpere et mane et meridie laudantes mereamur ab huiꝰ ſeculi tempeſtatibꝫ defenſari. Per d.

¶ Oratio eccleſie vel cuiuſlibet fidelis in tribulatione pro ſua liberatione ſupplicantis et pro ſua exauditione gratias agentis. ps. lv.

**Miſerere mei deus qm̃ cõculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.**

Auctor pſalmi propheta Dauid. Titulus talis eſt. In finem ꝑ populo. ⁊c̃. id eſt pſalmus iſte tendens in finẽ id eſt in chriſtũ: attribuitur ipſi dauid. i. eccleſie. Pſalmus dico habitus ꝓ ꝓplo ſcꝫ vt ipa liberetur a populo qui a ſanctis longe factus eſt in tituli inſcriptõne quia cum ſancti confiteantur Chriſtum regem iudeorum ſicut titulus dicit: populus ille cõtradicit

ſiue dictis vt iudei et pagani ſiue factis vt mali chriſtiani cum tenuerũt eum allophili id eſt alienigene ſcilicet populi longe a ſanctis facti. in Geth quod interpretatur torcular. id eſt in preſſura huius vite. Adhuc tenentur membra Chriſti in preſſuris que vtiles ſunt vt vinum iuſticie exeat ponendum in apotheca domini. hic ergo pſalmus bene ordinatur poſt precedentem q; et hic et ille monent ad idem. Materia: Oratio eccleſie vel cuiuſlibʒ fidelis ꝓ ſua liberatõne. Intentio: nos inter aduerſa cõfirmare et admonere vt cũ patientia ſuſtineamus mala huius vite: attendentes etiã illos qui nobis mala inferunt ad nos cõuerti. Sñia in generali: propheta in iſto pſalmo in ꝑſona eccleſie vel cuiuſlibʒ fidelis poſiti in tribulatõe orat deum deuote ꝓ ſua liberatõne et adeo exauditus agit grãs deo tanq̃ gratus. Sñia in ſpeciali: Eccleſia ergo vel fidelis tanq̃ vua preſſa in torculari clamat. d. (Miſerere mei deꝰ) dando patientiã et auxiliũ de maloꝝ ꝑſecutõne ne deficiam in tribulatõne. et indigeo (qm̃ cõculcauit me) pedibꝫ ſuꝑbie ſicut vuam in torculari (homo) inimicus ſcʒ primus et etiã diabolus: de quo dicitur in euangelio: inimicus homo hoc fecit. (tota die). i. toto tp̃e aſſidue (impugnauit) primus viſibiliter: et diabolus inuiſibiliter (tribulauit me) ſuis impugnatõibꝫ tanq̃ granuʒ trituratur in area. Nullus enim pie viuit in chriſto ſine tribulatõne. dicitur aũt diabolus homo a deuicto hoĩe ſicut ſcipio africanꝰ a ſubiugata affrica. Et repetit ꝓtius.

**Conculcauerũt me inimici mei tota die qm̃ multi bellantes aduerſum me.**

Conculcauerũt me) quaſi pedibꝫ vuam (inimici mei) mundus ꝑ tribulatões. diabolus ꝑ tentationes. caro ꝑ miſerias et infirmitates (tota die). i. toto tp̃e vite mee et continue. et neceſſe eſt vt miſerearis (qm̃ multi bellantes) ſteterunt (aduerſum me) ſcʒ demones ⁊ mali hoĩes et caro aduerſus ſpm̃ cõcupiſcens qui cõtinue cõtra nos pugnant vt ſaltẽ tedio vincãt. Et licet multi pugnent ꝯtra me nõ tñ timebo eos quia potentia eoꝝ ad horam eſt et parum durat. vnde ſequitur.

**Ab altitudine diei timebo: ego vero in te ſperabo.**

Ab altitudine diei) et parui tp̃is. i. a ſuꝑbia tp̃ali et a potentia eis ad horã data (timebo) q. d. non. ſed potius ſpem meã in te conſtituã. vñ ſubditur (ego vero in te ſperabo) quod eſt cauſa nõ timendi vel ſine interrogatõne licet pugnent cõtra me nõ tñ timebo eos: ſed (ab altitudine diei) et luminis tui excelſi hoc eſt altitudinem diuinitatis ſolũ (timebo) q; hic timor arrogantiam abijcit et qui nõ timet ꝑſumptuoſe agit. nec timens deſperabo immo (ego vero in te). i. tua miſericordia et nõ in mea iuſticia (ſperabo) nulli vero in te ſperanti timendũ eſt ſeruiliter. ſpes enĩ ſeruilẽ timorẽ abijcit.

**In deo laudabo ſermones meos: in deo ſperaui nõ timebo q̃d faciat mihi caro.**

In deo laudabo ſermones meos) ei q bene loquor attribuens et in his que dico nõ me ſed ipm̃ cõmendans q; ab ipſo habeo. Sermones et dei ſunt quia dat: et mei quia accipio (in deo) et eius ꝓtectione (ſperaui) et ſpem meã poſui. ideo (nõ timebo quid faciat mihi caro) id ẽ homo carnalis et fragilis. Qui enĩ habet fortem tutorem nõ habet timere debilem ꝑſecutorem. Spes fixa in deo omnẽ timoreʒ expellit et tranſitoria tormenta cõtemnit. generat enim charitatẽ et patientiam quibus calcatur mundus et ſuꝑat᷑ diabolus. Quid enĩ caro facit

**Tota die verba mea execrabantur: aduerſum me omnes cogitationes eorum in malum.**

Tota die) id eſt omni tempore ⁊ cõtinue (verba mea) bona et ad bonum informantia (execrabantur) id eſt abominabantur tanq̃ mala. et (aduerſum) id eſt contra (me) ſunt (omnes cogitationes eorum) exeuntes (in malum) meum ſcilicet culpe et pene. Cum enĩ reſpuuntur verba perſona dicentis non eſt immunis ab iniuria. Si panem ipſum abominantur quomodo parcent vaſculo in quo adminiſtratur. Reprobi enim aduerſus iuſtos non cogitant niſi malum quomodo eos et ſermonẽ eorum poſſint deſtruere et annihilare. nec ſolum extranei ꝑſequunt᷑ ſed etiã domeſtici ideo ſubiungit.

**Inhabitabunt et abſcondent: ipſi calcaneum meum obſeruabunt.**

Inhabitabunt) etiam quidaʒ mecũ in vna domo in vna eccleſia (et abſcondent) dolos et laqueos malitie ſue: fingentes ſe amicos. et ſi non ſtatim poſſunt malum facere quod cogitant (ipſi calcaneum meum) id eſt finem actionis vel vite (obſeruabunt) vt vel in fine cogitata valeant adimplere. Diabolus etiam obſeruat initia noſtrarum actionum et ſi ſic non ꝓficit obſeruat progreſſum et tandeʒ finem et cõſummationem quia ſcd̃m finem iudicamur. Semper ergo ſeruus dei debet eſſe vigilans vt nec in principio nec in fine reprehenſibilis inueniatur. Docet tamen et pro talibus orare: dicens.

**Sicut ſuſtinuerunt aīam meā ꝓ nihilo ſaluos facies illos in ira ꝓplos ɔfringes.**

Sicut) illi (ſuſtinuerūt) expectantes et cum
expectatōne querentes (aīam meā). i. vitā meā
vt auferrent et ꝑderent eam nullo meo merito
p̄cedente et ſine cauſa: ita et tu (pro nihilo). i. ꝑ
nullis coꝝ meritis ſed gratis ꝑ pietatē (ſaluos
facies illos) ſcꝫ hoc modo (in ira) paterna et di
ſciplina (ꝓplos) ſupbos (cōfringes) et humilia
bis deprimendo eos a ſupbia. q. d. terrebis et
implebis eos tribulatōnibꝰ et flagellis et ſic tri
tos et humiliatos ad te duces. Vel Cōfringet
populos in ira. i. in ɔſideratōne ire venture dū
eam p̄uident et cauent. Et ego ad coꝝ inſtitu-
tionem et correctōem o

**Deus vitā meā annūciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in cōſpectu tuo.**

Deus vitā meā) que mala fuit (annūciaui ti
bi) in ɔfeſſione nō te docens ſed me damnans
id eſt annunciabo me feciſſe multa mala et illa
mihi ꝑ ɔfeſſionē eſſe ydonata vt ipi audientes
nō deſperēt de peccatis ſuis ſed me ſequantur
et exemplo meo ꝑ cōfeſſionem medicinā ſalu-
tis cōſequant̄. et tu (poſuiſti meas lachrymas)
amaras quas ego fudi peccata mea annūcian
do (in ɔſpectu tuo) et ante oculos tuos eas tan
q̄ꝫ tibi placitas aſpiciendo. i. acceptabiles ha-
buiſti et me exaudiſti.

**Sicut et in ꝓmiſſione tua: tunc conuertentur inimici mei retrorſum.**

Sicut et in ꝓmiſſione tua) erat. i. ſicut ꝓmi-
ſiſti exaudire orantē cum lachrymis et cōdo-
nare peccata cōfitentibꝰ ſic egiſti. Inueni te mi
ſericordem in ꝓmittendo: veracē in reddendo.
et (tunc) ſcꝫ ꝑ tuam ɔfractionē et meam annū-
ciationem (conuertentur inimici) et aduerſarij
(mei) a ſuo errore et a ſua vita mala ita vt ſint
(retrorſum). i. vt ſequantur qui nūc precedere
volunt et ideo corrigi nolunt: p̄cedit homo per
ſupbiam et volens facere voluntatē ſuam re-
trorſum cōuertitur ꝑ humilitatē et paratus ad
obedientiam. Et

**In quacūqꝫ die inuocauero te: ecce cognoui qm̄ deus meus es.**

In quacūqꝫ die) ſiue in pueritia ſiue in me-
dia etate ſiue in fine vite. vel ſiue in ꝓſperis ſiue
in aduerſis (inuocauero te) nil aliud querens
niſi te (ecce cognoui) per experientiā et manife-
ſte intellexi (qm̄ deus meus es). i. oſtēdis te eſſe
deū meū me audiendo et mihi in aduerſis aſſi-
ſtendo. Non ait qm̄ deus es ſꝫ qm̄ deus meus
es. q2 et ſi oim deus eſt meus tamē ꝓprie eſt cum
mihi ſubuenit: cum eum colo: cum amo et ab

eo alienus nō ſum. Ecce magne diuitie fideliū
Mira aūt dei clementia ⁊ velox miſcōia oſten
ditur que quodlibet tꝑus nr̄e cōuerſionis ex-
pectat et qn̄cunqꝫ rogat̄: ſe indulget Et ideo

**In deo laudabo verbum: in dn̄o laudabo ſermonē: in deo ſperaui nō timebo quid faciat mihi homo.**

In deo laudabo verbū). i. doctrinā ad eum
referaꝫ (in dn̄o laudabo ſermonē). i. quicquid
loquar ei attrib nā. Verbū ꝓprie eſt p̄dicatio de
fide quomodo trinum et vnū deuꝫ debeamus
credere. Sermo eſt de moribꝰ qualiter debea-
mus viuere q̄ꝫ caſte: q̄ꝫ ſobrie: q̄ꝫ iuſte: q̄ꝫ pie. Et
hec oīa debemus ad deum referre quatenus
in eo q̄ bene credimus aut iuſte viuimus aut
recte loquimur et nos in deo et deus in nobis
laudetur et honoret̄. Et ſi quid vrget (in deo)
qui eſt potentiſſimus et liberaliſſimus (ſpera-
raui) mundana ɔtemnendo. et ideo (nō time-
bo quid faciat mihi homo) terrena ſapiens q2
exteriora tm̄ nō interiora poteſt auferre: et ideo
ſi aufert tꝑalia habeo tm̄ que deo offeram ſpi-
ritalia. quia

**In me ſunt deus vota tua: que reddam laudationes tibi.**

In me ſunt) o (deus vota tua) a te data et ti-
bi reddenda quia tu ea dediſti mihi et ego pro
beneficijs mihi impenſis debeo ipſa tibi. i. in-
tus in arca cordis habeo quod offerā nō extra
queram (que) vota (reddam laudatoines tibi)
id eſt ad laudem nois tui q2 hec vota ſunt lau-
dationes et graꝝ actōnes deo reddende et hic
et in eterna beatitudine Hec ſunt vera dona et
grata ſacrificia que a nobis exigit dn̄s ſcꝫ pia
vota: ſancta deſideria: et voluntas bona: fides
recta: ſpes certa: et charitas ꝑfecta. Quiſquis
talia dona ꝑſoluit laudes omipotenti dn̄o red
dit. Ideo aūt laudabo hic

**Qm̄ eripuiſti aīam meā de morte: et pedes meos de lapſu: vt placeam corā deo in lumine viuentium.**

Qm̄ eripuiſti aīam meaꝫ de morte) culpe et
gehenne q2 ꝑ ſe mortua erat ⁊ per te viuit (et pe
des). i. affectus (meos de lapſu). i. a ꝓnitate ca-
dendi in peccatū (vt placeam) hic (corā dn̄o). i.
in cōſpectu dn̄i (in lumine viuentiū) ſcꝫ in lu-
mine fidei et gr̄e qua viuitur. Vel ideo lauda-
bo in futuro. (Qm̄ eripuiſti). i. eripies (animaꝫ
meā de morte) eterna (et pedes meos de lapſu)
id eſt a cadendi ꝑiculo q2 ibi nullo modo mo-
uebitur ad malū mea affectio. (vt placeam) ꝑ-
fecte (coram dn̄o) et in p̄ñtia eius (in lumine vi
uentiū) eternaliter ſcꝫ in lumine ſpeciei et glorie

quod eſt lumen ſanctoꝝ. Et hoc erit quādo im-
mortales ⁊ ſine pctō illic apparebimus vbi eſt
lumen verum ⁊ vita eterna. Oratio

Bellorꝝ inuiſibiliū optime ꝓpugnator eter-
ne deus qui in te ꝯfidentes ab inimicis obrui
non ꝑmittis exterge precamur ab oculis nr̄is
peccati lachrimas vt dum nos carnalia bella
comprimimus placere tibi in lumine viuentiū
mereamur. Per do.

Pſalmus de chriſti incarnatione paſ-
ſione: reſurrectione: aſcenſione: et ora-
tio eius vel eccceſie et cuiuſlibet fidelis
ꝓ liberatione a malo ꝑ ꝑſecutōe.

ps. lvi.

Miſerere mei de-
us miſerere mei: quoniā in te confi-
dit anima mea.

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulus hic eſt
In finem ne diſꝑdas ⁊c̄. Hoc eſt pſalmꝰ iſte di-
rigens nos in finē.i. in chriſtū admonet te qui-
cūqꝫ es ne diſꝑdas dauid.i. ne dehonores chri-
ſtum in tituli inſcriptōe ſcꝫ negando chriſtū re-
gem eſſe qḋ tituli inſcriptio affirmabat. Non
ideo diſꝑdas nec hoc te moneat cū fugeret.i. qꝛ
fugit dauid.i. chriſtus a facie ſaul.i. a cognitōe
iudeoꝝ in ſpeluncā carnis vl' ſepulchri ⁊ qꝛ ſo-
lam humanitatē chriſti cognouerūt ⁊ in ſepul-
chro mortuū viderūt quidā tituli inſcriptionē
mutauerūt negantes chriſtū eſſe regē iudeorū:
hic pſalmꝰ recte poſt precedentē locū habet qꝛ
ad idem ad qḋ ille inuitat. Materia chriſti vel
eccl'ie et cuiuſlibet fidelis ꝑſecutio et liberatio.
Intentio monere fideles vt aduerſa patienter
ſuſtineant ⁊ in dn̄o fiduciā ponant. Sententia
in generali ꝓpha in iſto pſalmo in ꝑſona chri-
ſti vel eccl'ie ⁊ cuiuſlibet fidelis in afflictōe po-
ſiti ꝑmittit humilē orationē: ſubiungit orōnis
piam exauditionē ⁊ annectit ꝓ exauditōe de-
uotam gratiarū actionē. Sententia in ſpeciali
chriſtus ergo ſcd̄m ꝙ homo ad prēm orās di-
cit (Miſerere mei deus) dando ꝯſtantiā in paſ-
ſione (miſerere mei) faciendo me reſurgere. vel
(miſerere mei) in merito ⁊ in pn̄ti infundendo
gratiā (miſerere mei) in premio ⁊ in futuro con-
ferendo gloriā. Geminādo quoqꝫ oratōnē ma-
gnum oſtendit ꝑiculū ⁊ magnā inſinuat neceſ-
ſitatem magnāqꝫ notat affectus intentōnē. Et
miſereri (quoniā in te) ⁊ in tua miſericordia nō
in ſe ſuiſqꝫ viribus vel in alio (confidit anima
mea) et ꝓprium eſt tibi preſtare grām et miſeri-
cordiam illis qui habent in te fiduciā.

Et in vmbra alarū tuaꝝ ſperabo: donec
tranſeat iniquitas.

Et in vmbra alarū tuarū) i. in munimine
tue miſcōie ⁊ potentie (ſperabo) ſcꝫ ꝓtegi a te ſi-
cut pullus ſub alis matris ſue: qꝛ his alis qua-
ſi quodā materno affectu ꝓtegis ⁊ ab eſtu ꝑſe-
cutionum vicioꝝ defendis ſperātes in te (do-
nec tranſeat iniquitas) ⁊ inſultatō iniquoꝝ: qḋ
iam completū eſt in capite: ſed in fine penitus
complebit in membris. Modo ergo in hoc ſe-
culo quādiu durat iniqtas vnicuiqꝫ iuſto ſpes
eſt neceſſaria vt ſperando bona eterna patien-
ter mala ſuſtineant tꝑalia. Et interim in tribu-
latione conſtitutus.

Clamabo ad deum altiſſimū: deum qui
benefecit mihi.

Clamabo) corde et ore.i. intenſe orabo) ad
deum altiſſimuꝫ) magnificentia ⁊ ꝑ ꝯſequens
potentiſſimū ad me ſaluandū. Clamor ad deū
eſt deſideriū noſtrū: quanto plus quiſqꝫ deſide-
rat tanto amplius clamat (deum) dico (qui be-
nefecit mihi) de preterito ⁊ ſpero qḋ faciet in fu-
turo. q.d. expertus ſum ꝙ ante mihi benefecit et
experientia preſtat fiduciā ꝙ et clamantē audiet.
Audi quāta beneficia vt amplius deū diligas
et deuotius clames.

Miſit de celo et liberauit me: dedit i ob-
probrium conculcantes me:

Miſit mihi de celo) auxiliū ⁊ ꝑ hoc (libera-
uit me) ſuſcitando ⁊ exaltando (dedit cōcul-
cantes me) qui mihi mortuo inſultauerunt (in
obprobriū) ſcꝫ diſperſos vbiqꝫ nuſquā haben-
tes ſtabilitatē ⁊ certā ſedem ⁊ maxime cum vi-
dent eius reſurrectionē adorari quē putabant
ſe extinxiſſe. Vel (miſit) pater (de celo).i. de ex-
celſo de ſecreto ſuo ⁊ ꝑ hoc (liberauit me) de pe-
riculis (dedit in obprobriū conculcantes me)
ſcꝫ malignos ſpiritus ⁊ homines vt me cōcul-
cantes a deo ꝓpter me conculcarent.

Miſit deus miſericordiā ſuā et veritatē
ſuam: et eripuit animā meā de medio ca-
tulorum leonū: dormiui conturbatus.

Miſit deus) ꝑ me (miſericordiā ſuā) gētibꝰ
(et veritatem ſuam) iuxta ꝓmiſſa iudeis (et eri-
puit animā meā: de medio catuloꝝ leonū) id ē
populi ſeuientis qui imitator erat principū: eri-
puit inqꝫ de morte quia (dormiui) facile excitā-
dus ſicut dormiens (cōturbatus) opinione eo-
rum vel ſcd̄m carnem prius in paſſione. Vel.
(miſit deus) pater (miſericordiā ſuā et veritatē
ſuam) id eſt chriſtū filiū ſuū in quo miſericordi-
ter egit ⁊ ꝓmiſſiones impleuit: chriſtꝰ eſt dei mi-
ſericordia: nobis cōpatiens qꝛ peccata dimit-
tit: chriſtus eſt veritas nobis retribuens qꝛ im-

ꝑlet quod ꝓmiſit (et eripuit animã meã de medio catuloꝝ leonum) .i. inimicoꝝ ferociũ q2 de peccato: de ptãte diaboli ⁊ de inferno (dormiui cõturbatus) q2 in eis nõ ſine turbatõe detineri et quaſi dormire videbar. Et oſtendens q̃ ſunt illi conturbantes ſubiungit.

**Filij hominũ dentes eorum arma et ſagitte: et lingua eorum gladius acutꝰ.**

Filij hoim) .i. hoſtes mei qui ſunt filij hoim q. d. leones ⁊ catuli ꝑdicti nõ ſũt bruta animalia ꝑ naturã ſed filij hominũ ⁊ ſtat ille nominatiuꝰ filij abſolute vt locũ habeat ſequẽs relatõ cum dicit (dentes eoꝝ) .i. corroſiones ⁊ mordẽtes locutões ipoꝝ ſunt (arma ⁊ ſagitte) q2 eis tã quam armis et ſagittis modo de prope: modo de longe: modo manifeſte: modo occulte vulnerare moliti ſunt (⁊ lingua) eſt (gladiꝰ eoꝝ acutꝰ) q̃ velociter et cito necat. Deinde ꝓpha videns in ſpiritu dñm vſqȝ ad mortẽ humiliatũ ⁊ poſt tantam humiliationẽ eum reſurrecturũ exultans et gaudens exclamat dicens.

**Exaltare ſuper celos deus: et in omnem terram gloria tua.**

Exaltare) vt qui pendẽs in cruce tm̃ homo videris in maieſtate cum patre regnare cognoſcaris (ſup celos deꝰ) ad litterã qm̃ ſedet ad dexteram patris ⁊ ſup celos etiã ſpirituales q2 angelos habet ſubiectos (et) ſic (in omnẽ terrã) dilatetur (gloria tua) et vbiqȝ extendat qđ modo completũ eſt: dño enim reſidente in celis vbiqȝ terrarũ ꝑdicata eſt gloria reſurrectõis eius ⁊ diuinitatis vel laus tua exaltet ⁊ tranſcendat celos ⁊ ſpiritꝰ celeſtes et vbiqȝ manifeſtet gloria tua ꝑdictos malos humiliando vt omnes habitatores terre te glorificent adorãdo. Deinde ad verba paſſionis redit ⁊ in ꝑſona dñi .d.

**Laqueũ parauerũt pedibus meis et incurrauerũt animã meã.**

Laqueũ) quaſi latenter (parauerũt) filij hominũ (pedibꝫ meis) .i. deceptõꝫ actibꝫ meis ꝑtẽderunt ponendo inſidias ad me ſupplantãduꝫ et capiendũ (⁊ in curuauerũt animã meã) id eſt incuruare ⁊ flectere conati ſunt a rectitudine veritatis ⁊ iuſticie. Laqueũ etiam pedibꝫ noſtris maligni ſpiritus et coꝝ miniſtri parant q2 occulta tentamenta bonis noſtris actibꝫ ꝑtendũt vt impediant. Anima vero curuat: cum de bono ad malũ reflectit cum deſiderio ſupnoꝝ relicto terrenis deſiderijs implicat pudeat ḡ terrena cõcupiſcere ⁊ dorſa mentiũ malignis ſpiritibus aſcendere ⁊ tranſire volentibus curuãdo prebere hoc fecerunt ſed non me ignorante Nam.

**Foderũt ante faciem meam foueã: et inciderunt in eam.**

Foderunt ante faciem meam) et me ſciente (foueam) querẽtes me decipere ⁊ perdere: ⁊ hoc agendo nõ mihi ſed ſibi nocuerunt. Unde ſequitur et ipſi (inciderũt in eam) q2 volentes me decipere decepti ſunt ⁊ parantes mihi mortem ſe ipſos interius occiderũt. Nemo prius peccat in alteꝝ: q̃ȝ in ſe ipm: fouea pctõris eſt mala cõſcientiã ibi neceſſe eſt omnes malos cadere. Et bene ait ante faciem meam: q2 non eum latuit ſciens eſt traditus volens occiſus. Et quibus verbis vera nobis inſinuat dñi noſtri patientia. Unde et ſubdit. Ita illi parauerũt foueã et mortem ad opprimendũ. Sed.

**Paratũ cor meũ deus paratũ cor meũ cantabo et pſalmum dicam.**

Paratũ) eſt (cor meũ) o (deus) amore tui ad omnia libenti animo ſuſtinenda. Item (paratum) eſt (cor meum) ad te laudandũ ⁊ tibi gr̃as agendũ: vel repetit ad confirmationẽ vt perſeuerantiã notet in patientia: poſſet enim ad horam ſuſtinere ⁊ poſtea deficere. Illi inciderunt in eam: ego autem (cantabo et pſalmũ dicam) id eſt verbis gratias agam ⁊ opibus ⁊ gloriabor in tribulationibꝫ. Ad dei laudem cantus cum pſalmo debet concordare vt quod ore ꝓfertur cõmendet ⁊ ope. Et hec duo predicte geminationi reddidit q2 ad vtrunqȝ paratus fuit deinde expleta paſſione carnem ſuam denunciat ſuſcitandã cum ſubiungit.

**Exurge gloria mea exurge pſalteriuꝫ et cithara: exurgam diluculo.**

Exurge) potenter o (gloria mea) id eſt caro mea glorificata et que es cauſa glorie mee. Et repetendo aliud addens ſubdit (exurge pſalterium (id eſt caro diuina operans (et cithara) .i. caro humana patiens: pſalteriũ enim a ſuperiori reddit ſonũ cithara ab inferiori: ꝑ pſalteriũ ergo et citharã vna caro chriſti itelligit et duo factoꝝ genera ſcilicet miracula que deſup fuerunt: ⁊ ſignant per pſalteriũ. Ac paſſiones ⁊ neceſſitates que ab inferiori fuerunt et ſignant ꝑ citharã. Et hec duo genera factoꝝ ſurrexerũt et euangeliũ impleuerunt vtraqȝ in gentibꝫ predicantur et domino confitent: declarat etiam ſue reſurrectionis horam cum addit (exurgam diluculo) id eſt mane: mane enim ꝑma ſabbati reſurrexit dominus ieſus: vel in perſona eccleſie ⁊ fidelis. Vel (exurge gloria mea) id eſt in me laus diuina excitetur ꝓpter beneficia mihi diuinitus exhibita (exurge pſalteriũ ⁊ cithara) id eſt laus de ſuperioribꝫ dei factis ⁊ inferiori-

bus (exurgam diluculo) id eſt, ꝓmpte et volen
ti animo. Et ſic.

**Confitebor tibi in populis domine: et
pſalmū dicam tibi in gentibus.**

Confitebor) confeſſione laudis (tibi) o (do
mine) id eſt ad honorē tuū hoc eſt laudabo te
(in populis) id eſt in iudeis (et pſalmū dicam
tibi) id eſt laudem ⁊ bonam operationē predi-
cabo non ſolum in iudeis ſed etiam in gentibꝰ
id eſt inter gentes vt ⁊ ipſi ad hoc ꝓuocent̄ ⁊ ce
leſtem actū tota tibi ꝓſoluat eccleſia. Ecce fru-
ctus paſſionis et reſurrectionis. Et attende ꝙ
ipſe filius dei ex tanta iuſticie actione nō que-
rit gloriam ſuā ſed eius qui miſit eum vt non
glorietur in ſe omnis caro, ſed qui gloriatur in
domino glorietur. Et merito confitebor tibi et
pſallam.

**Quoniā magnificata eſt vſ𝔮 ad celos
miſericordia tua: et vſ𝔮 ad nubes veri-
tas tua.**

Quoniam magnificata eſt vſ𝔮 ad celos mi
ſericordia tua) id eſt vſ𝔮 ad angelos ⁊ celeſtes
alias virtutes. Omnipotens enim deus ꝑ mi-
ſericordiam ſuam peccatores homīes leuauit
vſ𝔮 ad angelos quibus miſeri homines ꝑ mi
ſericordiam in reſurrectionē fiēt pares et ideo
miſericordia dei nobis exhibita vſ𝔮 ad celos
id eſt vſ𝔮 ad angelos aſcēdit (⁊ vſ𝔮 ad nubes)
id eſt homines predicatores veritatis de quibꝰ
deus tonat p̄ceptis: choruſcat miraculis pluit
doctrinis (veritas tua) venit q2 cognitio veri-
tatis que prepollet in angelis deſcendit etiam
ad homines Gloria deo noſtro q2 nec deſeruit
nos facere beatos nec fraudauit veritate ſed ſa
nauit oculū cordis noſtri vt eum nunc fide et
poſtea facie ad faciem videre valeamus, p tan-
to ergo gaudio et vtilitate repetit pſalmiſta ver
ſum quem dicit.

**Exaltare ſuper celos deus: et ſup omnē
terram gloria tua.**

Exaltare ſuper celos deus: ⁊ ſuper omnem
terram gloria tua) Iterat quod ante dictū erat
vt fidem noſtrā confirmet: et quia circa hunc
verſum maxime intentio ⁊ vtilitas pſalmi ver
ſatur: hoc enī dicit ꝓpheta ante tot annos hoc
modo videmus nos. Agentes ergo gratias di
camus et nos cum ꝓpheta (Exaltare ſuper ce-
los deus) quod factū eſt in aſcenſiōe chriſti (et
ſuper omnem terrā gloria tua) quod factū eſt
cum in omnē carnem effudit donū ſpiritꝰ ſan-
cti. Exaltatur deus in paſſiōe in cruce: plus in
reſurrectione plus in aſcenſione plus in ſpiri-
tus ſancti miſſione plurimū cum venerit ad iu

dicium. Exaltatur etiam in nobis per incom-
prehenſibilitatem ⁊ quando laudibus extolli-
tur ſcd̄m noſtrum poſſibilitatem.

Oratio.

Transfer domine iniquitatē familie humi-
lis ſub tuarum alarū vmbra ſperantis vt miſ-
ſa de celo miſericordia tua ſempiterna a neq̄ſ-
ſimis inſidiatorum foueis ⁊ laqueis eruamur.
Per dominū.

**Pſalmus de malicia et miſeria ini-
quorum iuſtos ꝑſequentiū et de leticia
et fectu iuſtorū in vltione et punitione
peccatorum.**

Ps. lvij.

**SI vero vti𝔮 iu-**
ſticiam loquimini recte iudicate fi-
lij hominum.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus talis
eſt. In finem ne diſperdas vel corrumpas da-
uid in tituli inſcriptione id eſt pſalmus ille di-
rigens nos in finem id eſt in chriſtū hoc agit
ne tu diſperdas vel corrumpas dauid id eſt de
honores chriſtū in tituli inſcꝑtōe hoc eſt ne mi
nuas regnū chriſti te ipſum regno eius ſubtra
hendo vel ipſum regem negando quem titulꝰ
regem dicit et affirmat. Quia ergo ſupra mo-
nuit vt boni patienter aduerſa ſuſtineant et in
bonis perſeuerent monet nunc vt mali a mali-
cia deſiſtant ne damnatōnem incurrant. Ma
teria: miſeria maloꝝ bonos perſequentiū ⁊ le-
ticia iuſtorum in vltione peccatorū. Intentio
monere vt mali et iniqui a malicia ſua deſiſtāt
ne eternā damnationē ex diuina iuſticia incur
rant. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſal
mo in perſona chriſti ad iudeos ⁊ in ꝑſona ec-
cleſie ad omnes loquens malitiam iniquorū
deteſtatur ⁊ exprobrat penam debitam ꝑ cul-
pa ipſoꝝ cōminatur narrat vtviſa ⁊ malorum
damnatōne terreamur ab eorū imitatione ſub
iungit𝔮 de leticia iuſtoꝝ ac correctōe ⁊ ꝑfectu
ipſorum cum vltionē viderint peccatoꝝ vtvi-
ſa leticia bonorū alliciamur ad imitationem
ipſorū. Et ſpecialiter intelligit̄ de iudeis chri-
ſtum multipliciter ꝑſequentibꝰ. Sententia in
ſpeciali chriſtus ergo loquens contra iudeos
vel eccleſia contra omnes ait. (Si vere) ⁊ non
falſe (vti𝔮) et certe (iuſticiam loquimini) id eſt
ſi eſt in corde quod eſt in ore ⁊ ſi nō aliud in la-
bijs aliud in corde geritis vt ſit iuſticia non la
biorum ſed factoꝝ ergo (recte iudicate) id eſt vi
uite (filij hominū) diſcernentes bonū a malo
ſcd̄m iuſticiā quam loquimini vt labia cogno

ſcantur in factis: nam bona loqui et mala agere iudicium eſt damnationis quaſi diceret ſi veritatem iuſticie habetis ĩ corde ⁊ loquimini in ore exequimini etiam in opere cuius contrariũ facitis quia vobis eſt iniquitas in corde in manu ⁊ in ore.

**Etenim in corde iniquitates operamini in terra: iniuſticias manus veſtre concinnant.**

Etenim in corde) ⁊ in intentione cordis veſtri (iniquitates operamini) malã gerendo voluntatem: ⁊ bene dicit operamini quia voluntas praua apud deum ꝓ facto reputabit̃ (in terra) id eſt terrenis inherentes nam cum in terra cor figitur inde iniquitas in corde generat̃ (iniuſticias manus veſtre concinnant) id eſt iniuſtas actiones iniuſtis voluntatibus apponunt et aggregũt et aliud pcc̃m alij ſuꝑaddunt. Eſt enim cõtinuare ex multis partibus iniquitatẽ adunare. Ecce iniqui ſunt et corde et manu. Deinde oſtendit vnde hoc eis cõuertens ſe ad auditores vt eos cautos faciat. Quia.

**Alienati ſunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero: locuti ſunt falſa.**

Alienati ſunt peccatores) a veritate ⁊ iuſticia a deo ⁊ bono ⁊ h̃ ſtatim (a vulua) .i. ab ipſa egreſſione ⁊ natiuitate ex vtero (errauerunt) ſtatim (ab vtero) id eſt ab ipſa conceptione ⁊ natiuitate in vtero: nõ quia ex tunc peccauerũt ſed quia deus antequam naſcantur precognoſcit qui peccaturi ſunt atq̧ in errore et falſitate permanſuri (locuti ſunt falſa): ⁊ mendaciũ: ſpernẽdo ⁊ relinquendo veritatem: non ab vtero ſed a principio quo ſciuerunt diſcernere inter bonũ et malũ. Ecce etiam iniquitas in ore et de hoc ſunt inexcuſabiles quia noluerunt veritati credere.

**Furor illis ſcd̃m ſimilitudinẽ ſerpentis ſicut aſpidis ſurde et obturantis aures ſuas.**

Furor) id eſt furioſus error eſt (illis ſcd̃m ſimilitudinẽ ſerpentis) qui iratus venenũ effundit ſic illi contra chriſtũ ⁊ ſuos faciunt exceuirus et venenũ inuidie in illorum furore. Qui etiam ex pertinacia penitentiã negligunt. Unde ſequitur (ſicut aſpidis ſurde) que obturãdo ſurda efficitur ideo additur (et obturantis aures ſuas) terra ⁊ cauda: dicitur enim alterã aurem terre affigere alterã cauda obſtruere ne carmen incantatoris audiat per quod ſe cogi ſentit ad exeundum de cauerna in qua ſe abſcondit vnde ſubditur.

**Que non exaudiet vocem incantantiũ et venefici incantantis ſapienter.**

Que) ſcilicet aſpis quia obturat aures (nõ exaudiet vocem incantantis) vt ad lucem exeat (et venefici) id eſt incantatoris (incantantis ſapienter) quantum ad artem ſuam. Sic ⁊ illi obturãt aures ſuas terra id eſt peccatis preſentibus ⁊ cauda id eſt peccatis preteritis quibus homo delectatur: alteram enim aurem cordis terre id eſt preſenti delectationi apponũt alteram vero cauda id eſt memoria preteritarum delectationũ obturant nolentes audire vocem chriſti ⁊ fidelis predicatoris ſeu ammonitoris vt de viciorum tenebris educantur ad lucem veritatis. Ecce obſtinatio in malis. Ita illi cõtemnunt. Sed.

**Deus conteret dentes eoꝝ in ore ipoꝝ: moles leonũ confringet dñs.**

Deus conteret dentes eorum) id eſt verba eorum detractoria et doloſa quibus tanquam dentibus mordent faciet inutilia (in ore ipſorum) quia verbis ſuis capiet eos vt ipſi videant verba ſua eſſe falſa ⁊ ab ipſis retractanda (moles leonum) id eſt verba ſuperba hominũ iniquorum ad modum leonum ferociũ quibus tanquam dentibus maioribus nituntur innocentes conterere (cõfringet dominus) ne ad effectum veniant. Ecce que eis fit retributõ. Quod apertius exponit ſubdens.

**Ad nihilum deueniẽt tanq̃ aqua decurrens: intendit arcum ſuum donec infirmẽtur.**

Ad nihilum deuenient) ipſi peccatores ⁊ ſubito deficient (tanq̃ aqua decurrens) que defluit ⁊ cito tranſit et ſi modo videantur torrentes ad ſaxa ſuperbie ſue ſonantes quia (intendit) ſcilicet dñs (arcum ſuum) id eſt vindictam ꝑparat ad eos inter ſe puniendos (donec infirmentur) id eſt penitus a ſuis viribꝫ debilitent̃ vt vlterius nõ valeant nocere bonis: tm̃ enim permittit deus malos in bonis deſeuire quantum hoc bonis nouit prodeſſe vel ad correctionem morum vel ad augmentũ virtutũ.

**Sicut cera que fluit auferentur: ſupercecidit ignis et nõ viderunt ſolem.**

Sicut cera que fluit) ⁊ diſſoluitur a facie et ardore ignis (auferentur) ab omni virtutũ conſtantia vel de preſenti vita morte repentina (ſupercecidit) ſuper eos (ignis) concupiſcentiarũ et viciorum: vel (ignis) infernalis et eternus (et non viderunt ſolem) iuſticie veri luminis viſione priuati et hic et ibi. De quo illi dicturi ſunt in futuro et ſol non ortus eſt nobis tranſierunt omnia illa tanquam vmbra errauimus in via

veritatis et iuſticie lumen non luxit nobis. Et
conuertens ſe ad ipſos peccatores vt attentio=
res faciat ſubiungit.

**Priuſq̃ intelligerent ſpine veſtre ran/
num: ſicut viuentes ſic in ira abſorbet
eos.**

Priuſq̃ ſpine veſtre) o miſeri peccatores id
eſt punctões male conſcientie (intelligerent) et
perciperēt (rannum) id eſt peccatuʒ ranno eſſe
ſimile. Rannus enim eſt herba prius mollis.
Deinde cū matureſcit acutiſſimos aculeos ha
bet ſic peccata nunc mollia ⁊ delectabilia ſunt
ſed poſt grauiſſime pungunt dum ergo dele=
ctant ſi quis nō intelligit, ⁊ cogitat futurā pun=
ctionem non intelligit rannū. Spine vero ran
num intelligent cum impij docebunt̃ penaruʒ
experimento quod eos nunc preſens impedit
ſcire delectatio. Et iterum conuertens ſe ad au
ditores ſubdit (ſicut viuentes) id eſt ſubito qua
ſi viuos qui ſcʒ non vere viuunt ſed viuere vi=
dentur (ſic in ira) id eſt ad ſimilitudinem irati
in quo tamen ira non cadit (abſorbet) domin⁹
(eos) ſcilicet peccatores miſeros auferendo de
preſenti vita dum ad huc ſperant de ea hoc au
tem non eſt ſine fructu bonorum ſed ideo ſub=
ditur.

**Letabitur iuſtus cum viderit vindictā:
manus ſuas lauabit in ſanguine pecca/
toris.**

Letabitur iuſtus) ⁊ ſi moleſtijs preſſus (cuʒ
viderit vindictā) et punitionē peccatoꝝ preſen
tem ⁊ intellexerit etiam futuram motus nō ze=
lo vindicte ſed diuine iuſticie nec gaudet ꝑ ma
lorum pena ſed quia non eſt in ea ⁊ (manus ſu
as) .i. opa ⁊ actōnes (lauabit) ab immūdicia et
purgabit a peccatis ſi indigent: vel mūda tan=
quam lota eſſent ſeruabit et magis iuſtificabit
(in ſanguine peccatoris) id eſt ex conſideratio=
ne vindicte ⁊ pene reproboꝝ. Ex hoc enim ꝓ=
ficit ipſe monitus morte peccatoris ⁊ mors al=
terius valet ad vitam eius. Unde ſalomon ſtul
to pereunte ſapiens aſtutior erit.

**Et dicet homo ſi vtiq; eſt fructus iuſto
vtiq; eſt deus iudicans eos in terra.**

Et) viſa vindicta peccatoris (dicet) apud ſe
(homo) qui ſua ratōne vtitur (ſi) id eſt quia (vti
q; eſt fructus) iuſticie ſue etiam in hac vita ipſi
(iuſto) licet hic preſſo quia eſt ſibi fructus in fi
de in tentatione: et tribulatione in patientia et
caritate et ſimilibus ideo (vtiq; eſt deus iudi=
cans eos) ſcilicet malos id eſt iuſte retribuens
eis ſcđm merita nondum in extremo iudicio
ſed etiam hic (in terra) vbi florere videntur: ꝓ=
bat ab oppoſito ac ſi dicat. Sicut dominus iu
ſte dat pro ſuis meritis ⁊ bonis operibꝫ vt fru=
ctificet ac proficiat ⁊ amplius iuſtificetur ſicq;
conſequatur vitam eternam ita iuſto iudicio ꝑ
mittit malo vt deficiat et a peccatis abſorbeat̃
ac ſordibus magis ſordeſcat ſicq; de iniquita=
te ⁊ iniuſticia reportet penam eternam.

Oratio.

Iuſtiſſime domine concede populo tuo ſe=
qui iuſticiam ⁊ legem diligere rectam: ne a ve=
ritate tua auditū ſuū auertens venefici ſerpen=
tis morſibus ſaucietur. Per do.

**Pſalmus de oratione chriſti vel ec/
cleſie et cuiuſlibet fidelis in tribulatio/
ne pro ſua liberatione ac de gentium et
iudeoꝝ conuerſione et gratiarū pro his
omnibus actione.**

ps. lviij.

**Eripe me de ini/
micis meis deus meus et ab inſur=
gentibus in me libera me.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid Titul⁹ hic eſt
In finem ne diſperdas dauid ⁊c̄. hoc eſt pſal=
mus ille tendens in finem id eſt in chriſtū mo=
net ne tu q̃cunq; es diſperdas dauid id eſt chri
ſtum in tituli in ſcriptione contradicendo ei et
non ideo diſperdas quando id eſt q̄ miſit ſaul
id eſt regnum iudeorum et cuſtodiuit domum
eius id eſt ſepulchrū chriſti vt interficeret eum
id eſt nomen ⁊ famam eius tolleret: ne credere=
tur in eum quia fruſtra tentauerūt. Q vero iſti
tres pſalmi continui in titulo habent ne di=
ſperdas non vacat a myſterio regalem enim il
lum titulū conſtat tribus linguis fuiſſe notatū
ſignificante hoc ſpiritu ſancto per chriſti paſ=
ſionem totū mūdū fidei chriſtiane eſſe ſubijci=
endum. Materia: oratio chriſti vl' eccleſie ⁊ cu
iuſlibet fidelis poſiti in afflictione ꝓ ſua libera
tione ⁊ infidelium conuerſione. Intentio: mo=
nere fideles vt perſecutōnes ⁊ queecunq; aduer
ſa patiēter ſuſtineāt et de diuino adiutorio ſem
per confidant. Sententia in generali ꝓpheta
in iſto pſalmo loquitur in perſona chriſti vl' ec
cleſie ſeu alicuius fidelis in anguſtia ⁊ perſecu
tione exiſtentis et pro ſua liberatione ac genti=
um ⁊ iudeorum conuerſione orantis. Supra
enim egit de chriſti ⁊ ſuorum perſecutoribus et
ideo nunc petit liberari ab eis oratq; pro infi=
delibus conuertendis. Sententia in ſpeciali:
Totus itaq; chriſtus quaſi ab inimicis obſeſ=
ſus clamat dicens. Eripe me ⁊c̄. et nota q̄ hic
in duobus verſibus ſequentibus per ordinem

diſtinguuntur quattuor genera perſecutorum
ſeu aduerſariorum chriſti qui quotidie ad huc
chriſti corpus non ceſſant ꝑſequi quos tamen
exemplo chriſti et patienter oportet tolerare et
dei auxilium continue implorare. Unde dicit
(Eripe de inimicis meis) qui me odiunt ⁊ odi
um in corde tegentes nocendi votum habent
(deus meus) quaſi diceret ab his non poſſum
eripi ſine tuo adiutorio (et ab inſurgentibus in
me) id eſt contra me (libera me) qui iam cōmo
ti in verba erumpunt atqꝫ aperta voce veritati
reſiſtunt ⁊ verbis nocent.

**Eripe me de operantibus iniquitatem:
et de viris ſanguinum ſalua me.**

Eripe me de operantibus iniquitatem) qui
iam durata mente: malicioſe perſequendo et
manus iniiciendo ſcelus opere complent (⁊ de
viris ſanguinū ſalua me) qui magis ſeuiendo
etiam occidunt et ſanguinem innocentem fun
dunt: facta ſunt hec in chriſto ⁊ quibuſdam eius
membris et quotidie fit in alijs. Et neceſſe eſt
vt eripias.

**Quia ecce ceperunt animam meam ir-
ruerunt in me fortes.**

Quia ecce ceperunt animam meam) ſcꝫ vi-
tam corporalem ⁊ ponit partem ꝓ toto neqꝫ eniꝫ
animam ſine corpore tenere potuerunt (quia ir
ruerunt) cum impetu (in me) humilem (fortes)
in malicia vel ſua preſumptione ⁊ ſuperbia vt
me morti traderent. Et merito debeo liberari
quia in me culpam nō inuenerunt. Unde ſub
dit.

**Neqꝫ iniquitas mea neqꝫ peccatum me
um domine: ſine iniquitate cucurri et di
rexi.**

Neqꝫ iniquitas mea) quantum ad proximuꝫ
et quam in eos fecerim (neqꝫ peccatum meuꝫ)
quantum ad me ⁊ quod in me habeam o (do-
mine) cauſa eſt vel fuit quare me perſequerent
ſed (ſine iniquitate cucurri) viam huius mun-
di vel (cucurri) id eſt bene operatus ſum ſine ad
mixtione mali: aliter enim deo bonum nō pla
ceret (et direxi) alios quantum in me fuit ad be
ne operandū verbo ⁊ exemplo. Non ait ambu
laui ſed cucurri quia non ſolum bene operan-
dum eſt ſed et ipſo greſſu boni operis feſtinan
dum. Et ideo.

**Exurge in occurſum meum et vide: et
tu domine deus virtutū deus iſrael.**

Exurge) qui videris dormire (in occurſum
meum (ad me iuuandū id eſt mihi currenti ad
te occurre per ſubſidij ⁊ conſolationis accele-
rationem (et vide) id eſt fac alios videre ⁊ co-
gnoſcere meam exaltationem vt qui me vide-
runt depreſſum videant exaltatum. Deinde ſe
quitur oratio ꝓ gentibus conuertendis cuꝫ ait
(et tu domine deus virtutum) celeſtium (deus)
populi (iſrael) qui videris tantum deus vnius
gentis que te colit.

**Intende ad viſitandas omnes gentes
non miſerearis omnibus qui operantur
iniquitatem.**

Intende ad viſitandas om̄es gentes) vt eas
que infirme ſunt ⁊ peccatis onerate viſitare di
gneris dando gratiam ſanitatis ⁊ mittendo tu
os predicatores vt ſicut tu es deus angelorum
et deus iſraelitarū ita eſſe digneris ⁊ deus gen-
tium quatenus eas conſortes facias ⁊ angelo-
rum ⁊ iſraeliticorum fideliū ⁊ (non miſerearis) i.
nō miſereberis vel ſit ꝑdictio nō imꝑcatio (oībꝫ
qui operant̄) pertinaciter (iniquitatem) ſcꝫ qui
in iniquitate ꝑſeuerant. Ergo ſi dei miſericor-
diam querimus neceſſe eſt vt peccata noſtra pe
nitendo puniamus. Et vere intendes quia te
aſpirante.

**Conuertentur ad veſperam et famem
patienter vt canes: et circuibunt ciuita-
tem.**

Conuertentur) ipſe gentes ab idolatria ad
cultum dei (ad veſperam) id eſt in hac vltima
etate ſeculi (et famem) conuertendi alios (pati-
enter) omnes ſibi incorporari et vniri ꝑ fidem
deſiderantes (vt canes) ſcꝫ latrando contra ho
ſtes (⁊ circuibunt ciuitatem) id eſt mundū vbi-
qꝫ euangelizantes hoc poteſt exponi de illis q
ſero conuertuntur et tamen feruentiores ſunt
illis qui primo venerunt (Conuertentur ad ve
ſperam) ſenectutis dicentes mane nobiſcū do-
mine quoniam aduesperaſcit et ſic conuerſi (fa
mem patienter) orandi ieiunandi bene agendi
(vt canes) qui immoderatum ⁊ ardentem ha-
bent appetitum nam ſubitus calor longū vin-
cit teporem. Et qui tarde exijt quandoqꝫ celeri
tate moram compenſat.

**Ecce loquentur in ore ſuo et gladius in
labijs eorum quoniam quis audiuit.**

Ecce loquentur) et manifeſte predicabunt
(in ore ſuo) id eſt libere ⁊ audacter cum aucto-
ritate ad informatōnem fideliuꝫ ⁊ depreſſionē
hereticorum (et gladius) ſancti ſpiritus quod
eſt verbum dei (in labijs eorum) erit. Ideo au-
tem frequens predicatō erit in labijs eorum et
indignabuntur dolentes ſi non poterūt alios
conuertere quoniam erunt multi qui non au-
dient aure audiendi et hoc eſt qđ ſubdit̄ (quo-
niam quis audiuit) quaſi diceret: pauci audi-

ent eos hinc eſt ꝓpheta ait Quis credidit au
ditui noſtro.

**Et tu domine deridebis eos: ad nihilũ deduces omnes gentes.**

Et tu domine deridebis eos) qui in iniqui=
tate pſeuerantes non audient id eſt dignos de=
riſione oſtendes illos ſcilicet in iudicio cum di
ces eis ite in ignem eternum quoniam (ad ni=
hilum deduces) tunc (om̃es gentes) tales et in
pertinacia perſeuerantes eorum ſupbiam de=
ſtruendo et ad nihilum redigendo qui veritati
non conſentiunt ⁊ deuenerari nolunt. Illi ſunt
fortes de ſe preſumentes et ideo ceciderũt quia
ad te fortitudinem ſuam nõ cuſtodierũt. Ego
autem fortis in te.

**Fortitudinem meam ad te cuſtodiam: qꝛ deus ſuſceptor meus: deus meus miſericordia eius preueniet me.**

Fortitudinem meam) id eſt omnes virtutes
et vires meas nõ ad me ſed (ad te cuſtodiam)
quia ſemper in ipſis tibi non meis viribus lau
des referam non recedam a te pſumens de me
quia ſi recedo cado ſi accedo fortior ſis. Et me
rito (quia deus ſuſceptor meus) ſcilicet es ſuſce
ptor nature in incarnatõne penitentie in iuſtifi
catione anime in glorificatõne ⁊ etiam ad alia
beneficia participanda: deinde mutans perſo
nam ſubdit (deus meus) eſt ſpiritualiter quia
(miſericordia eius preueniet me) in donis ⁊ be
neficijs qui nihil attuli cur miſerer: nullus enĩ
dona dei meret. Ecce quare non debeo de me
preſumere quia non preceſſerunt merita mea
ſed preuenit me diuina miſericordia. Et hoc.

**Deus oſtendit mihi ſup inimicos meos ne occidas eos nequando obliuiſcantur populi mei.**

Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos)
ſiue de inimicis meis id eſt quantam circa me
miſericordiam habuit demõſtrauit in illis cir=
ca quos non habuit. Deus enim ad oſtenden
dum maiorem in ſuis miſericordiam. Exercet
quandoqꝫ in alijs iuſticiam in ramis ſuperbie
preciſis in ſerto miſericordiã ſuam oſtendit ole
aſtro. Et tu noli ſuperbire ne precidi merearis
et ideo. D (deus ne occidas eos) Delendo o=
mnino (nequando obliuiſcantur populi mei)
ſcꝫ fideles gratiam ⁊ miſericordiam dei ſi non
ſint teſtes legis ⁊ mortis chriſti viuũt ergo an=
te oculos eorum vt per illos dei miſericordiaꝫ
recognoſcant ⁊ quantas gratias deo ꝓ ſe agere
debeant Sed.

**Diſperge illos in virtute tua: et depone eos ꝓtector meus domine.**

Diſperge illos) in toto mundo ꝑ omnes gen
tes (in virtute tua) et tue potentie qua potes vt
ſaltem ſic emendati ſuperbire deſiſtant ⁊ ſcelus
ſuum penitendo deplorent vel vt eccleſia ab in
imicis teſtimonio veteris legis habeat quia co
dices nobis portant (⁊ depone eos) ab elatõne
et tumore ſuperbie vt humilient ⁊ ſint obpro=
brium omnibus (protector meus domine) qui
me protegis ⁊ defendis vt habeam teſtimoniũ
miſericordie tue. Deinde oſtẽdit quid in eis de
poni velit dicens.

**Delictum oris eorum ſermonem labiorum ipſorum et comprehendãtur in ſuperbia ſua.**

Delictum oris eorum) depone id eſt dimitte
et (ſermonem labiorum ipſorum) improperia
de chriſto dicentiũ depone et deſtrue ac de ore
et labijs eorũ tolle. Sic fecit reſuſcitando chri
ſtum quem perdere voluerunt quia hunc viue
re expauerũt ⁊ in celo adorari ab omnibꝰ gen=
tibus mirati ſunt (et comprehendantur in ſu=
perbia ſua) id eſt conuincantur et conuertant
cognoſcentes ⁊ dolentes ſe ſuperbe ⁊ male egiſ
ſe ⁊ cõfitentes peccata ſua vt ille ignoſceret qui
venerat peccata ſoluere. Et factum eſt hoc iaꝫ
in quibuſdam ⁊ poſtmodum fiet in pluribus.
Ideo ſubiunctum eſt.

**Et de execratõe et mendacio annunciabuntur in conſũmatõne: in ira conſũmationis et non erunt.**

Et) ſic (de execratõe ⁊ mendacio) id eſt de eo
ꝙ dominũ execrabantur ⁊ de eo mentiti ſunt ꝑ
penitentiam ⁊ confeſſionem inde educti (annũ
ciabuntur) a predicatoribus (in conſũmatõne)
et perfectione id eſt predicabuntur eſſe perfecti
et alijs in exemplum vite. De ipſa enim magni
tudine peccati plus humiliabuntur ⁊ ea humi
litate plus erigi merebuntur ⁊ eo magis perfe=
cti erunt quia tam execrabile peccatuꝫ ſe com=
miſiſſe dolebunt vt vbi abundauit delictum ſu
perabundet ⁊ gratia. Et pertinuit ad medici=
nam humilitatꝭ infirmitas hominis: nihil enĩ
ſic impedit perfectõnem vt ſuperbia ⁊ hoc fiet
(in ira conſũmationis) id eſt in tali ira ⁊ vindi=
cta dei que corripiendo et emendando conſu=
met eos et ꝑficiat non in ira cõſumptõnis que
vindicat vt conſumet et damnet: ⁊ ita conuer=
ſi (non erunt) tales quales ante extiterant Un
de alibi Dicitur verte impios et non erunt.

**Et ſcient quia deus dominabitur iacob: et finium terre.**

Et) tunc (ſcient quia deus dominabitur iacob) id eſt iudeorum de iacob deſcendentium et non tm̄ eorum ſed (⁊ finium terre) id eſt gentium que in finibus terre erant reſpectu iudeorum que erant in medio quas iudei vt canes contempſerunt. Tunc agnoſcent eundem deū et iudeorum et gentium eſſe et ꝙ non debeant gentes contemnere: omnes enim peccauerunt et gratia dei egent deponent ſuperbiam et ſaluti gentium non inuidebunt quia parem ſuam et illorum infirmitatem cognoſcent ⁊ in angulari lapide copulati ſimul deum adorabūt: dicitur ergo nunc de iudeis quod ſupra dictū eſt de gentibus.

**Conuertentur ad veſperam et famem patientur vt canes et circuibunt ciuitatem.**

Conuertentur) ſcilicet iudei plenarie (ad veſperam) in vltima ſeculi etate ⁊ fine mundi (et) eſuriendo ac ſitiendo iuſticiam (famem verbi dei (patientur vt canes) ideſt ſicut peccatores cognoſcentes ſe infirmos vt poſſint fieri ſani. nemo enim inſanabilior eſt eo qui ſibi ſanus videtur (et circuibunt ciuitatem) dei: et eccleſiam ſanctorum vitam ⁊ mores inueſtigando ex quibus ciuitas dei conſtructa eſt. Vel (ciuitatem) id eſt mundum circuibunt euangelizando. Unde apte ſubiungitur.

**Ipſi diſpergentur ad manducandum: ſi vero non fuerint ſaturati et murmurabunt.**

Ipſi) conuerſi iam digni (diſpergentur) vbiqꝫ de loco ad locum (ad manducandum) id eſt ad alios lucrandum ⁊ incorporandum ſibi in fide (ſi vero non fuerint ſaturati) fide populorum id eſt ſi non fuerit impletum deſideriū eorum et predicatio ad votum eorum non fructificauerit (et) ipſi ſicut et gentes (murmurabunt) id eſt dolebunt quomodo ſuperius dictum eſt quoniam quis audiuit. Iſte verſus tāgit prelatos qui diſperguntur per dioceſes ſuas non ad predicandum ſed ad manducandū (ſi vero non fuerint ſaturati) id eſt ad libitum ſuum bene procurati murmurant pre impaciencia et forte huius occaſione extorquentur pecuniam. Sic et clauſtrales qui diſperguntur per cameras ad manducandū ibi dimiſſo refectorio (ſi non fuerint ſaturati) id eſt ad delectationem procurati (murmurabunt) cōtra ꝓuiſorem ſuum. Sed tota iam eccleſia de vtroqꝫ pariete iuncta gaudens et gratias agens ſubiungit.

**Ego autem cantabo fortitudinem tuā et exaltabo mane miſericordiam tuam.**

Ego autem) iam tota eccleſia (cantabo) ſ. cū cantico laudabo vel cum voce laudis predicabo (fortitudinem tuam) qua diabolum viciſti qua infernum ſpoliaſti (et exultabo) corde id ē cum exultatione magnificabo vel laudabo ne laus ſit tm̄ in ore (mane) id eſt ſine dilatione ac prompte ⁊ ſtudioſe (miam tuam) qua humanū genus redemiſti ⁊ pctā dimiſiſti vel mane. i. in reſurrectione quando tranſactis huius ſeculi tenebris et tentationibus apparebit ſol iuſticie exultabo id eſt exultando ſuſcipiam (miſericordiam tuam) que erit in remuneratione.

**Quia factus es ſuſceptor meus: et refugium meum in die tribulationis mee.**

Quia) in preſenti vita in qua tribulatur omnis qui iuſte viuit (factus es) ab ipſa tribulatione (ſuſceptor meus ⁊) ab inſtantibus periculis (refugium meum) tutum (in die tribulatōis mee) quando ſcilicet gratum eſt: niſi enim tu ſuſcepiſſes ⁊ ſaluaſſes nemo eſſet qui inter tot ⁊ tanta mala ſubſiſtere potuiſſet. Et ideo adhuc amplius deum ꝑ beneficijs ſuis laudare deſiderans ſubiungit.

**Adiutor meus tibi pſallam: quia deus ſuſceptor meus deus meus miſericordia mea.**

Adiutor meus) id eſt cooperator in bonis (tibi pſallam) id eſt bona opera que te aſpirante ⁊ auxiliante geſſi tibi aſcribam ⁊ merito (q;) tu (deus ſuſceptor meus es) nunc ad gratiam et tandem ad gloriam qui etiam ſuſceptū deificas ⁊ hoc non imputo meritis meis ſed miſericordie tue quia tu ipſe (deus meus) qui me creaſti es (miſericordia mea) q̄ me ſaluaſti quaſi diceret vt pro multis vno verbo ſingula beneficia tua et te plenius explicem tu es miſericordia mea quia totum gratis das cui ꝓprium eſt miſereri ſemper ⁊ parcere. Cum multa dixit non tamen omnia ſed in hoc vno omnia cōprehendit. Attendēs enim omnia bona quecunqꝫ habere poſſumus ſiue in natura ſiue in conuerſione in fide: in ſpe in charitate in iuſticia in timore domini in bonis moribus totum non eſſe niſi ex illius donis et miſericordia: ita

concluſit deus meus miſericordia mea: nō inuenit impletus bonis dei quid appellaret deū niſi miſericordiam ſuam. O dulce nomen ſub quo nemini deſperandū eſt omnes conſolans omnes ad conuerſionē inuitans. Si peccata noſtra nobis tm̄ dimiſiſſet vtiqꝫ miſericors recte dici potuiſſet. Nunc quia ⁊ peccata dimiſit et inſuper dona addidit et quod incredibile erat etiam celeſtem gloriam immeritis peccatoribus donauit non ſolum iam miſericors dicitur ſed ipſa miſericordia digne appellatur. Dicat ergo voce et corde eccleſia dicat vnaqueqꝫ fidelis anima deus meus miſericordia mea.

Oratio.

Omnipotens domine cuius virtutem ⁊ miſericordiam matutino laudamus in tempore fortitudinem noſtram oramus vt cuſtodias et ab omni obſcuritate tenebrarum eruti matutino lumine decoremur. Per do.

Pſalmus de oratione ꝓphete pro regni iſrael reformatōne et eccleſie pro celeri iudeorum et gentium de peccato ad iuſticiam commutatione.

pſ. lix.

# Deus repuliſti nos et deſtruxiſti nos: iratus es et miſertus es nobis.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus talis eſt. In finem pro his qui commutabuntur ⁊c. Et eſt ſenſus pſalmus ille dirigens nos in finem id eſt in chriſtum agit pro his id eſt de his qui commutabuntur de veteri vita in nouam in tituli inſcriptione ſuſcepta per fidem ſcilicet quia credunt chriſtum regem iudeorū et tranſeunt in regnum chriſti, a regno diaboli: commutabuntur dico non ſibi ſed ipſi dauid id eſt chriſto vt iam ei viuant et ſeruiant ⁊ hoc eundo et tranſeundo in doctrinam id eſt in precepta eius bene viuendo et bene docendo ſcd̄m ea: cōmutabuntur autem per hec cum id eſt qr̄ ipſe dauid id eſt chriſt⁹ ſuccēdit igne dei et charitatis meſopotamiam ſyrie id eſt mundum vocatione ad fidem eleuatum ⁊ ſublimem in virtutibus factum: meſopotamia enim alta vocatio ſyria vero ſublimis interpretatur: et tamen prius in eo ſuccendit et humiliauit ſyriam ſobal id eſt ſublimilitatem vane venuſtatis: ſobal nanqꝫ vana vetuſtas interpretatur. Qui enim prius erat ſublimis altitudine vana ⁊ venuſta incenſa humiliatur vt melius exaltetur et innouetur. Et ita conuertit ab errore Joab: id eſt inimicum ſcilicet iudaicum populum et percuſſit id eſt commouit de infidelitate ad fidem edom id eſt terrenum ſcilicet gentilem populum terrenis deditum ⁊ hoc in valle ſalinarum id eſt in humilitate que eſt condimentum omnium virtutum ſicut ſal ciborum percuſſit dico duodecim milia id eſt omnes de quatuor mundi partibus ad fidem ſancte trinitatis cōgregatos: per mille perfectio intelligitur: et per duodecim milia totus mundus percuſſus deſignatur. Materia: commutatio conuerſorum de peccato ad iuſticiam ⁊ eorundem ꝓpter culpam repulſorum receptio ad gratiam. Intentio: monere vt nemo contempnat iſtas percuſſiones ſed patienter aduerſa huius mundi ferat quia per hoc habebit commutationem de peccato ad iuſticiam ⁊ etiam de mortalitate ad immortalitatem. Sententia in generali propheta in iſto pſalmo in perſona ſua lamentatur de multiplici deſolatōne terre ⁊ populi iſrael propter peccata ſua deprecans deum deuote pro reformatione ⁊ liberatōe a miſeria. Vel in perſona cōuerſorum ad deum precatur pro culpe remiſſione et gratias agit pro vocatione referens deuote poſt tantam ſue dampnationis miſeriam quantam ſint conſecuti miſericordiam. Poſtquam ergo ſupra orauit ꝓ gentium ⁊ iudeorum conuerſione nunc tam de iudeis q̄ȝ gentibus vocati gratias referunt et poſteris exemplum deo gratias referendi ſe proponunt. Sententia in ſpeciali propheta ergo in voce percuſſorum in melius mutatorum ait D.

Deus repuliſti nos) et proieciſti extra protectionem tuam in manus hoſtium (et deſtruxiſti nos) id eſt deſtrui permiſiſti propter peccata noſtra (iratus es) ſcilicet contra nos vindictam exercendo (⁊ miſertus es nobis) in pte cōſeruando.

**Commouiſti terram et conturbaſti eā ſana contritiones eius quia commota eſt.**

Commouiſti terram) ſcilicet iſrael id eſt habitantes in ea terrore aduerſariorum (et conturbaſti eam) permittendo hoſtes occupare loca eius ſed nunc oro (ſana contritiones eius) id eſt miſerias ⁊ afflictiones (quia cōmota eſt) et conturbata fugientibus habitatoribus pre timore.

**Oſtēdiſti populo tuo dura: potaſti nos**

**vino compunctionis.**

Oſtendiſti populo tuo dura) afflictiones ſcilicet ⁊ flagella quibus dure caſtigaſti eum propter peccata ſua (potaſti) et repuliſti (nos vino compunctionis) id eſt meroris ſcilicet tribulatione ⁊ dolore quibus purgatur patiens vt vulnus vino.

**Dediſti metuentibus te ſignificationē: vt fugiant a facie arcus.**

Dediſti metuentibus te ſignificationē) id eſt aliqualem noticiam per has ꝑcuſſiones vt his exercitati (fugiant a facie arcus) id eſt a preſentia iuſticie tue que extenta eſt ad ꝑcuciendū peccantes vt metuāt te qui tam grauiter punis delinquentes Et.

**Vt liberentur dilecti tui: ſaluum fac dextra tua et exaudi me.**

Vt liberentur) ab oppreſſione et deiectione ſua (dilecti tui) ſcilicet populo iſrael qui dicitur deo dilectus. Vnde oro (ſaluum fac) ipſum populum iſrael (dextera tua) id eſt per dexteram tuam ſcilicet per fauorem tuum vel potentiam (et exaudi me) pro me ⁊ populo meo deprecantem. Deinde conuertit ſe ad auditores ſuos vt confirmet eos dicens.

**Deus locutus eſt in ſancto ſuo: letabor et partibor ſichimam: et cōuallem tabernaculorum metibor.**

Deus locutus eſt in ſancto ſuo) id eſt de oraculo vel in ꝓpheta nathan promittendo mihi qꝫ ego dauid (letabor) proſperitate in regno qꝛ (et partibor ſichimam) id eſt terram ſichen ſcilicet reſtituendo eam antiquis habitatoribus qui expulſi ſunt per alienigenas (et conuallem tabernaculorum) ſcilicet ſochot que nunc occupata eſt a philiſteis (metibor) id eſt ſcdm mēſuras debitas reſtitutam iſraelitis. Et hoc bene poſſuꝫ facere quia fortiſſimos populos habeo mihi fauentes et obedientes Nam.

**Meus eſt galaad et meus eſt manaſſes: et ephraim fortitudo capitis mei.**

Meus) et in adiutorium mihi (eſt galaad) id eſt ille populus ſic dictus habens poſſeſſionem terre galaad transiordanem qui famoſus erat robore propter iepte galaaditem iudicem iſrael (et meus eſt manaſſes) qui etiam erat populus famoſus robore propter gedeonem et abimelech iudices iſrahel qui de hoc populo erant (et effraim fortitudo capitis mei) id eſt fortitudo mea capitanea ⁊ principalis eſt effraim que inter ceteras tribus robuſtior ⁊ populoſior erat.

**Iuda rex meus: moab olla ſpei mee.**

Iuda rex meus) eſt ⁊ legifer cui competit inter alias tribus vt habeat ducatum et regnum propter reges qui ſunt ex ea nec tm̄ populi iſraelite mihi adherent ſed etiā extranei populi mihi ſeruiunt ⁊ cōfederati ſunt Vnde ſubdit (moab olla ſpei mee) id eſt ſpero in deo: quod terra moab erit mihi ſubdita ad ſeruiendū ſicut olla ad ſuum miniſterium.

**In idumeam extendam calciamentum meum mihi alienigene ſubditi ſunt.**

In idumeam extendam calciamentū meū) id eſt calcabo eam incedendo pede calciato ac ſubiiciam et ſuppeditabo eam per plenam victoriam (mihi alienigene) ſcilicet paleſtini et cetere natōes in circuitu regni mei (ſubditi ſunt) et ſubiecti. Ita dixi ibo in idumeam ⁊ ſubiiciā eam Sed.

**Quis deducet me in ciuitatem munitā quis deducet me vſqꝫ in ydumeam.**

Quis deducet me) in aliquam (ciuitatē munitam) ſcilicet idumee vt ſubiiciam eam immo (quis deducet me vſqꝫ in idumeā) vt audeā aggredi ad eam ſubiiciendam vbi multi fortes et bellicoſi erant.

**Nonne tu deus qui repuliſti nos et non egredieris deus in virtutibus noſtris.**

Nonne tu deus) deduces quaſi diceret nullus alius nec etiam aliquis de fortibus populis quos nominaui poteſt hoc facere ſed tu ſolus deus (qui repuliſti) et proieciſti (nos) a protectione et defenſione tua ſinendo tribulari (et non egredieris deus) nobiſcum (in virtutibus noſtris) ſed in tua virtute vt protegas nos In ſua enim virtute non in noſtra deus operatur. ſcdm hiſtoriam futurum ponitur pro preterito id eſt nō egreſſus fuiſti immo ſic ꝓieciſti nos vt non egrederis (in virtutibus noſtris) ⁊ exercitibus noſtris id eſt ne protegeres nos ab hoſtibus ſicut ſolet dux egrediens. Et ideo.

**Da nobis auxilium de tribulatōe: et vana ſalus hominis.**

Da nobis auxiliū) quo liberemur (de tribulatōe qua ab hoſtibꝫ vexamur (et) id eſt qꝛ ſine auxilio tuo (vana eſt ſalus hominis) id eſt que ſperatur ab homine et ideo maledictus homo qui ponit hominem brachium ſuum. Et conuertens ſermonē ab homines loquitur de deo in tercia perſona dicens.

**In deo faciemus virtutem: et ipſe ad ni**

hilum deducet tribulantes nos.

In deo) id eſt auxilio ⁊ fauore dei non in viribus noſtris (faciemus virtutem) id eſt virtuoſa facta contra hoſtes (et ipſe ad nihilum deducet) conculcando et ſubijciendo in ſeruitutem (tribulantes nos) ⁊ aduerſantes nobis vt ꝓ nihilo eos habeamus. Myſtice autem legitur ſic D.

**Deus repuliſti nos et deſtruxiſti nos: iratus es et miſertus es nobis.**

Deus repuliſti ⁊ deſtruxiſti nos) nobis auxilium ſubtrahendo ac tentari ⁊ peccare permittendo (iratus es) propter peccata noſtra iuſtā vindictam in nos exercendo (⁊ miſertus es nobis) ꝓpter bonitatem tuam cum ad te reuertemur penitendo ad hoc iraſceris vt miſerearis ipſa ira tua miſericordia eſt: et exponit quomodo ſit miſertus dicens.

**Commouiſti terram et conturbaſti eā: ſana contritiones eius quia commota eſt.**

Commouiſti terrā) id eſt terrenos vomere predicationis (et cōturbaſti eam) ſalubriter ad penitentiam. prius cōmouetur a timore domini: deinde conturbatur ex dolore peccati (ſana contritiones eius) id eſt remoue ab ea miſerias quas ſuſtinet vel peccata pro quibus cor cōtritum habet ⁊ dignum eſt vt ſanes (quia commota eſt) ⁊ gratie tue cōmouenti per liberū arbitrium conſenſit. Sic autem mutato in melius homine iam dura ⁊ aſpera ſubſequuntur vnde ⁊ ſubditur.

**Oſtēdiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis.**

Oſtendiſti populo tuo) ſic in melius mutato (dura) et aſpera vt te attentius quereret. Unde ſcriptum eſt omnes qui volunt pie viuere in chriſto perſecutionem patiuntur (potaſti nos vino compunctōnis) id eſt delectari nos feciſti poculo paſſionis et tribulationis ſicut vinum delectat potantem quia tribulationes per charitatem ſunt delectabiles et ſi per infirmitatem carnis graues Uel (potaſti nos vino compunctionis) id eſt ſuauitate lachrymarum penitentie ⁊ confeſſionis iſte autē paſſionis potus non perdens eſt ſed medicina vrens vnde ſubiungitur.

**Dediſti metuentibus te ſignificationē: vt fugiant a facie arcus.**

Dediſti metuentibus te ſignificationem vt fugiant a facie arcus) id eſt per tribulationes temporales ſignificaſti tuis fugere a preſentia futuri minantis iudicij et ab ira ignis eterni. Iſtum arcum fugit qui a peccatis cauet. Bene autem iudiciū arcus dicit̄ quia arcus quanto plus retro tenditur tanto impetuoſius ferit: ita ⁊ iudiciū quanto magis differtur tanto grauius non conuerſis erit. Cuius nobis fit ſignificatio per penitentiam quia ſi hic tam aſpere deus nos punit quid in futuro faciet. Et.

**Ut liberentur dilecti tui: ſaluum fac dextra tua et exaudi me.**

Ut liberent̄ dilecti tui) in die ire ad hoc ꝙ ꝓpe ſignificationes preſentium malorū dantur vt ab eternis malis domini dilectores liberentur ⁊ vt hoc fiat exorat dicens (ſaluū) me (fac) dicit generalis iuſtus collocando in (dextera tua) id eſt in potioribus bonis tuis in beatitudine perpetua vbi eſt ſalus vera quaſi diceret: qui ſic in preſenti nos ad ſalutem erudis perfice ponendo ad dexteram tuam ſalubriter percuſſos (et exaudi me) quia non temporalia ſed eterna peto que tu precipis petere. Ex hoc autem ſcio ꝙ ſaluabit dextera ſua quoniā.

**Deus locutus eſt in ſancto ſuo: letabor et partibor ſichimam: et cōuallem tabernaculorum metibor.**

Deus) pater (locutus eſt in ſancto) id eſt in filio (ſuo) in quo promiſit hanc ſaluationem nouiſſime diebus iſtis. In qua locutōne ego fidelis populus ſeu eccleſia (letabor) de his quos aſſumam in partem mei: quia (⁊ partibor ſichimam) id eſt diuidā gentes ſeu gentiles q̄ deſignant̄ ꝑ ſichimā vbi habitāt gētes: nō eni oim eſt fides ſed alij credūt alij nō credūt ⁊ eoꝝ qui credūt alij viuūt bn̄: alij male. diuidunt̄ g̊ nūc fide ⁊ moribꝰ diuident̄ in iudicio oues ad dexteram hedi ad ſiniſtram (et conuallem tabernaculorum) que fecit ibi iacob id eſt gentem iudeorum ab iacob deſcendētiū que ꝑ illam vallem intelligitur etiam (metibor) et diuidā quia alij crediderunt alij non nam tranſierunt inde qui crediderunt foris reliquie remanſerunt. Hec iam diuiſio demonſtratur cum ſubinfertur.

**Meus eſt galaad ⁊ meus eſt manaſſes: et ephraim fortitudo capitis mei.**

Meus eſt galaad) id eſt mee ſocietatis eſt numerus martyrum: galaad enim interpretatur aceruus teſtimonij ⁊ per aceruū teſtimonij mltitudo martyrū deſignatur quia martyres grece teſtes dicti ſunt latine (et meus eſt manaſſes) qui oblitus prioris vite et ſtatus in anteriora cum apoſtolo ſe extendit. Manaſſes etenim interpretatur apud nos: obliuio ſeu oblitus.

(et effraim) id eſt hĳ qui bonos fructus et in ſe et alĳs faciunt ſcʒ doctores eccleſie: effraim enim interpretatur fructificatio: ſunt (fortitudo capitis mei) id eſt chriſti dicit eccleſia quia chriſti membra infirmiora ſuſtentant.

**Juda rex meus: moab olla ſpei mee.**

Juda rex meus) id eſt confeſſores rectores erunt mei ſcʒ eccleſie: iudas enim interpretatur confeſſio vel chriſtus qui eſt de tribu iuda naſciturus erit rex meus (moab) qui interpͥtatur abutens lege ſcʒ gentiũ populus eſt olla buliens quia infert tribulationeʒ que eſt (ſpei mee) quia facit me plenius ſperare non deficere: tribulationes enim maxime non oriuntur aduerſus eccleſiaʒ niſi a malevtentibus lege. Sicut autem in olla cibi ſic in tribulatõe excocti ſunt ſancti. Apte vero dicitur olla ſpei in eo qꝛ ſpes ſanctorũ venit a tribulatione. In hac olla tribulationũ conſtituta quantã ſpem habeat eccleſia audiamus.

**In ydumeam extendam calciamentuʒ meum mihi alienigene ſubditi ſunt.**

In ydumeam) que interpretatur terrena ſiue ſanguinea (extendam calciamentũ meũ) id eſt euangeliũ quo munitur vita gradientiũ in mũdo. q. d. buliat olla quantũ poteſt ſeuiat mundus quantũ valet ego vſqꝫ ad terrenos et ſanguineos extendã predicationẽ meam ⁊ ſic mihi etiam (alienigene ſubditi ſunt) illi qui non pertinent ad genus meũ ad hereditatẽ meam. Multi enim veniunt ad fidem qui nõ pertingunt ad hereditatẽ: multi adorant chriſtuʒ qui nõ ſunt regnaturi cum chriſto: quia multi ſunt vocati pauci vero electi. Et ne hoc videretur viribus ſuis attribuere cõmendat gratiã dei deducentem eum ſubiungit.

**Quis deducet me in ciuitatem munitã quis deducet me vſqꝫ in ydumeam.**

Quis deducet me in ciuitatem munitaʒ) id eſt in iudeam que munita recte dicitur videlicʒ patriarchis et ꝓphetis legibus quoqꝫ et varĳs inſtitutionibꝰ ad hanc primũ predicatũ eſt euangeliũ (quis deducet me vſqꝫ in ydumeaʒ) id eſt in vniuerſam gentilitatem vt multi ex gentibus mihi incorporent̃ et ſocietate membroruʒ ciuitas amplietur. Negat hoc ab homine fieri poſſe. hoc eni a ſola fieri poterat deitate. Unde ſubdit.

**Nonne tu deus qui repuliſti nos et non egredieris deus in virtutibus noſtris.**

Nõne tu deus) facies hoc ꝗ (repuliſti nos) exponens nos ꝑiculis et ſinens tribulari. Tu ipſe qui repuliſti deduces: tu ipſe qui iratus es miſereberis: non enim cõtinebis in ira tua miſericordias tuas. Deduces ergo ⁊ tamen ſeuiẽte mundo non (egredieris) o (deus in virtutibꝰ noſtris) quando fortiter facturi ſumus pro defenſione fidei id eſt non oſtendes potentiã tuã qualem oſtendiſti olim patribus quando eorũ fortitudini ceſſerunt gentes. Tamen diuerſis tormentis nos extra cruciantibus nõ deſeres ſed tunc nobis intus operaberis ⁊ ſic magis ⁊ melius deduces quia ſic videmur non ꝑ temporali vita pugnare ſed ꝑ eterna. Tu ergo deꝰ qui non egredieris in virtutibus noſtris quia non dabis temporale auxiliũ da ſempiternũ: hoc eſt quod ſubdit.

**Da nobis auxilium de tribulatõe: et vana ſalus hominis.**

Da nobis auxiliũ) ſempiternũ in futuro (de tribulatõe) .i. ꝓpter tribulatõeʒ quã hic ſuſtinemꝰ nõ petimꝰ vt amoueas tribulatõʒ ſʒ vt ipſa tribulatio ſit nobis fructuoſa ⁊ in auxiliũ vt inde ſubuenias. Uñ deſerere videris. Et ideo nõ petimus hanc ſaluteʒ humanã (⁊) id eſt quia (vana) et fallax eſt (ſalus hominis) trãſitoria ⁊ temporalis. Audiant hec qui ſpem ſuam in potentatibus hominũ vel in terrenarum diuitiarum ſplendoribꝰ ponunt quia (vana) eſt (ſalus hominis) et deus ſolus oportunũ tribulationibꝰ noſtris preſtat auxiliũ. Merito ergo ſubdit eccleſia.

**In deo faciemus virtutem: et ipe ad nihilum deducet tribulantes nos.**

In deo faciemus virtutem) vincendo inimicos non in gladio: non in equis: non in potentatu exercitus: quia deus erit exercitus ⁊ victoria noſtra. Unde ſubdit (et ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos) et impugnantes et a ſpe eternitatis reuocare conantes tam vicia ꝙ̃ inimicos viſibiles ⁊ inuiſibiles reprimendo ⁊ eorum ſeuiciam annihilando faciemus ⁊ nos virtutem in domino vt ab omni tribulatõne et tentatione liberi eſſe mereamur. In ipſo ſit fortitudo noſtra in ipſo ſit omnis noſtra gloria et nulla preualebunt aduerſa. Nam ſi deus pro nobis quis contra nos.

Oratio.

Omnipotens mitiſſime deus humani generis reſtaurator et rector: qui fideles tuos ſic deponis vt erigas: ſic humilias vt ad celorum regnum perducas: in te credentium corda pia miſeratione cuſtodi: vt ad confeſſionis tue remedia fugientes ſanatis contritionibus eterna felicitate te largiente perfrui mereantur. Per dominum.

¶ Pſalmus de oratõne eccleſie vndiqꝫ preſſe et de gratiarum actione pro multiplici beneficio iam recepto et in futurum recipiendo.

ps.lx.

Exaudi deus deprecationem meam intende orationi mee.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus talis eſt. In fine in hymnis pſalmus dauid: hoc eſt pſalmus iſte dirigens nos in finem id eſt in chriſtū eſt in hymnis id eſt in laudibꝫ exhibendis dauid id eſt chriſto. Materia oratio laus ⁊ gratiarū actio eccleſie ꝓ multiplici beneficio recepto ⁊ in futurū recipiendo. Intentio: monere fideles ad faciendū iſta ſemꝑ et ad perſeuerandū in eis vſqꝫ in finem. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona eccleſie humiliter exaudiri petit: beneficia recolit: et ꝓ beneficijs laudes ꝓmittit: poſt ſupradictam ergo gratiarū actionē vocatoꝝ ad fidē admonet nunc ſuo exemplo eccleſia auditores vt ꝓ dei beneficijs in gratiarū actione ꝑmaneant qꝛ ⁊ in preſenti peccatoꝝ veniam ⁊ virtutū gratiam ſunt conſecuti ⁊ in futuro premiū beatitudinis habituri. Sententia in ſpeciali. Eccleſia ergo de tota ore quaſi vnus hic clamat. (Exaudi deus deprecationē meaꝫ) mala a me amouendo ⁊ auertendo (intende oratõni mee) bona mihi conferendo et in me conſeruando. Deprecatio eſt que aſſidua eſt: et hominibꝫ etiā offertur: oratio eſt que tm̄ deo offertur: poſtqꝫ dixit exaudi, ꝓtinus addidit intende vt videlicet gratãter ⁊ vtiliter dignetur exaudire. Nam oratõni noſtre intendit deus cum gratanter ſuſcipit qđ oramus. Non nullos enim aliquando exaudit iratus nō tam ad ſalutē qꝫ ad damnationē. Et qꝛ eccl'ia toto orbe terrarū diffuſa ē vndiqꝫ ſe clamare inſinuat cum ſubiungit.

A finibus terre ad te clamaui dū anxiatetur coꝛ meum: in petra exaltaſti me.

A finibus terre) id eſt vndiqꝫ ex omnibꝫ partibus mundi (ad te) non ad alium (clamaui) te deuote inuocando (dum anxiaretꝛ coꝛ meum) id eſt in anxietate ⁊ moleſtijs ꝑ quas tamen fit noſter ꝓfectus. Clamoꝛ noſter ad deum eſt noſtrum deſideriū. Quanto quiſqꝫ plus deſiderat tanto plus clamat deinde ſequitur clamoris exauditio. q. d. anxiatur coꝛ ſed nō ideo vincoꝛ quia (in petra) id eſt in chriſto ⁊ in fidei ſoliditate (exaltaſti me). ⁊ fundaſti qꝛ ſuper hanc petram edificata eſt eccleſia. Et bene ait exaltaſti quia iuſtus qui ex fide viuit cuncta temporalia tranſcendit et in celis conuerſationē habet. Exaltatum quoqꝫ.

Deduxiſti me quia factus es ſpes mea turris fortitudinis a facie inimici.

Deduxiſti me) de virtute in virtutē ⁊ de bono in melius (quia factus es ſpes mea) de vita et gloria eterna habenda ⁊ (turris fortitudinis) id eſt fortis defenſio tuorum (a facie) id eſt a preſentia et impugnatione (inimici) viſibilis ⁊ inuiſibilis. Talis munitio eſt nobis deus in qua ⁊ ab inimico ſecuri eſſe ⁊ ipſum inimicū etiam iaculari poſſimꝰ. Non ſic eſto in iſta turri vt vaces ibi ⁊ ſufficiat tibi quia hoſtis tela nō perueniunt ad te. Age ibi aliquid non ceſſent manus: verba dei: fides tua: ſpes tua: ⁊ opera tua bona tela ſunt ⁊ gladij interficientes inimicum. Tali ergo munitione confortatus perſeuerare ſe ꝓmittit dicens. Et ego hac turre munitus.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula: ꝓtegar in velamento alarū tuaꝝ.

Inhabitabo in tabernaculo tuo) id eſt i cõcoꝛdia permanebo in vnitate fidei pugnabo et tibi militabo (in ſecula) id eſt vſqꝫ dum ꝑaguntur ſecula ſcilicet vſqꝫ in finem ſeculi quia eccleſia vſqꝫ in finem ſeculi eſt duratura et deo militatura. Non enim q̄ ceperit ſed qui ꝑſeuerauerit vſqꝫ in finem hic ſaluus erit. Et ſi impugnatio tentationū occurrat ego (ꝓtegar) id eſt tua ꝓtectione muniar ⁊ defendar ab eſtu tentationum (in velamento) ⁊ in vmbra (alarū tuarū) id eſt in munimine tue miſericoꝛdie et potentie que omnem auertunt leſionē. Vel ale iſte ſunt paterna ſeueritas ⁊ materna pietas illa ad caſtigandum hec ad conſolandū ergo per vnam iuſte punit contra preſumptionē: per alterā miſericoꝛditer parcit cõtra deſperationē. Et ideo certus ſum de ꝓtectione.

Quoniam tu deus meus exaudiſti orationem meam: dediſti hereditatē timentibus nomen tuum.

Quoniam tu deus meus exaudiſti) orationem meam) de percipiendis bonis qua a finibus terre ad te clamaui quia (dediſti hereditatem) eternā ſcꝫ regnū beatitudinis quibuſcūqꝫ (timentibꝫ nomen tuum) non enim eſt diſtinctio ſed in omni gente qui timet deum acceptꝰ eſt illi et dicit dediſti in preterito quia iam dedit in ſpe vel quia iam in quibuſdam eſt inceptum in re: beneficia autem collata argumentum ſunt futuroꝝ: vel ponit preteritū ꝓ futuro ꝓpter nimiā certitudinē. Admonemur h̄ nō ceſ

ſare orando quamdiu tempus eſt tentationū. Oratio frequens diaboli iacula ſubmouet et hec prima eſt virtus aduerſus tentationum incurſus. Nihil vtilius poteſt facere ſeruus dei in hoc ſeculo ꝙ̄ orare deum. Oratō ſerenat cor. Abſtrahit a terrenis mundat a vicijs: ſubleuat ad celeſtia: reddit capacius ⁊ dignius ad accipienda bona ſpiritalia: perſeueremus ergo in oratione ⁊ timore nominis dei quatenus celeſtem promereri poſſimus hereditatem. Deinde exponit quam hereditatem daturus eſt deus dicens.

**Dies ſuper dies regis adijcies: annos eius vſqꝫ in diem generationis et generationis.**

Dies) ſcꝫ eternitatis ſeu eternos (adijcies) id eſt appones (ſuper dies) temporales (regis) noſtri chriſti quibus ſi chriſtus in preſenti regnat in eccleſia et ipſi viuunt in chriſto vt poſt hos dies tranſeuntes etiam regnet in ſanctis ⁊ ipſi cum eo in diebus illis qui non habent finem. Deinde alijs ṽbis idem repetit dicens ⁊ adijcies (annos) ſcꝫ eternitatis ſuper (annos eius) tpales quibus in preſenti nobiſcū eſt: adijcies inquam (vſqꝫ in diem generationis) preſentis et tpalis (et generationis) future et eterne qꝛ hi dies ⁊ anni ſunt vnus dies qui continet ⁊ tranſcendit ſecula preſentis ⁊ future generationis. Et hec dies eſt eternitas. q. d. eandem hereditatem dabis eis in qua eſt chriſtus rex noſter vt regnet cum eo in eternū. Ipſe enim rex cum generatione ſua.

**Permanet in eternum in conſpectu dei miſericordiam et veritatem eius quis requiret.**

Permanet) poſt annos preſentes (in eternū in conſpectu dei) id eſt in manifeſta dei viſione vbi preſto eſt ad miſerendū omnibus ſic et illi ibidem ꝑmanebunt: hoc eſt autē ſanctoꝝ merces ſcꝫ gloria viſionis dei. Et quia tanta eſt dei remuneratio ⁊ tanta eſt beatitudo ergo miſericordiam eius qua in preſenti peccata dimittit: (et veritatem eius) qua in futuro ꝓmiſſa reddit quis (reqret) id eſt iterū et iterū queret. ſ. ad hoc vt imitet̄ eum. q. d. pauci miſericordia dicit̄ qꝛ nō noſtra merita attendit deus ſed bonitatem ſuam vt peccata noſtra nobis dimitteret ⁊ vitā eternā ꝓmitteret: veritas autem qꝛ nō fallit reddere quod ꝓmiſit. agnoſcamus ⁊ nos hic eam et faciamꝰ hic miſericordiā circa infirmos circa egentes circa etiā inimicos noſtros: veritatē vero nō peccando nec adijciendo pctm̄ ſuper peccatū. Ideo autem ſub interrogatione quaſi inuitādo dicit quis requiret quia quāuis hoc ineffabile bonū ſit pauci ſunt tamen qui requirant aut requirentes ꝑſeuerent. Tanta eſt humana miſeria in tantū abūdat iniquitas vt in requirenda vanitate ⁊ mendacio ſint multi: in requirenda miſericordia et veritate ſint pauci. Nos autem de paucis his eſſe ſtudeamꝰ vt cū electis dicere poſſimus quod ſubdit̄.

**Sic pſalmum dico nomini tuo in ſeculum ſeculi: vt reddam vota mea de die in diem.**

Sic pſalmum dico ⁊c̄). q. d. ſub hac ſpe poſitus qꝛ ſpero te daturū mihi hereditatē in futuro ⁊ me manſurū in eternū in conſpectu tuo (ſic pſalmū dico nomini tuo) id eſt ſic bn̄ operabor ad honorē nominis tui. Vel (ſic pſalmū dico) predicando ⁊ opere complendo ſeu hymniſando ⁊ bene operando (in ſeculū ſeculi) id ē quādiu durabit hoc ſeculū qꝛ non ad tempus hoc eſt agendū (vt reddā vota mea) bonoꝝ operum que voueo vl̄ meipm̄ quem deuoui in baptiſmo (de die in diem) id eſt aſſidue ꝑ ſinglos dies vt tandem ꝑueniam ad illū diem vbi in eternū tibi pſallam. Si vis in eternuꝫ pſallere redde vota tua in iſto die donec ꝑuenias in illum diem vbi pſallas ſine fine.

Oratio.

Anxietatū noſtrarū miſericordiſſime cōſolator deus: ꝓtege familiā tuā a facie inimici vt a te turre fortitudinis ꝓmunita inhabitare tabernacula mereamur eterna. Per do.

**¶ Pſalmus de obedientia deo debita et in tribulatione patientia ac de confidentia in deo bona ſed in hominibus et terrenis omnibus vana.**

Pſ. lxi.

**Nonne deo ſubiecta erit anima mea ab ipſo enim ſalutare meū.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus hic ē In finem pro ydithun pſalmus dauid. id eſt pſalmus iſte eſt dauid ꝓphete qui hic loquitur habitus ꝑ ydithun id eſt agens de trāſiliente. tranſiliente dico in finē id eſt in chriſtū et inuitante nos ad ſūmum bonū. Quia enim vocati ad fidem auditores ad permanēdū in gratia rum actōne ſua monuerunt iam tanquā tranſilientes ⁊ ſuperiores effecti ſuos inferiores ad exemplum ſue humilitatis et patientie ac contemptus diuitiaꝝ et temporaliū hortant̄. Materia obedientia deo debita et in tribulatōe patientia in deo ꝯfidētia bona ſꝫ in hoibꝰ ⁊ terre

nis omnibꝰ vani. Intentio: nos admonere vt ſpernendo et tranſiliendo iſta temporalia vana et caduca per obedientiā ⁊ patientiā ſperemus eterna et nulla tribulatione vel perſuaſione impediamur qui terrenis dimiſſis ad ſola celeſtia tendamus. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo loquitur in perſona tranſilientis et cuiuſlibet iuſti qui ex obedientia ad deum perſecutiones iniuſtas patienter tolerat hortans vniuerſos fideles vt in domino confidant arguitq́ȝ errantes ⁊ perſecutores de vanitate q̄ in caduca huius mundi felicitate ſperant ſubiungitq́ȝ fixam ⁊ immutabilem de punitione maloꝝ ⁊ premiatōne bonoꝝ ſententiā. Sententia in ſpeciali. Tranſilens ille videns tot impedimenta ſeculi deo ſe ſubdit ⁊ inferioribus ſe inuidis tranſiluiſſe cum dolentibꝰ et ruinam ei imminātibꝰ quaſi de alto increpando reſpondet dicens. (Nonne deo) qui eſt ſuper omnia (ſubiecta erit anima mea).i. obediens et mandata eius obſeruans eiq́ȝ fideliter ſeruiens ⁊ nihil preter eum cupiens. q.d. erit omnino: ⁊ ſi agitis vt mouear: ⁊ ſi multa trāſilio hoc dicit ne tranſiliendo ſuꝑbiat non elatus ex his que infra ſunt ſed humilis ex deo qui ſupra eſt ſciens quoniā qui ſe exaltat humiliabit̄ ⁊ iuſtū eſt vt ei ſubijciar (ab ipſo enī eſt ſalutare meū).i. ſalus ⁊ ſaluatio mea in corpore ⁊ in anima. Et hoc ꝓbat dicens.

**Nam et ipſe deus meus et ſalutaris meus: ſuſceptor meꝰ nō mouebor ampliꝰ.**

Nam et ipſe) eſt (deus meus) qui me creauit (et ſalutaris meꝰ) q̄ me ſaluauit (ſuſceptor meꝰ) qui me de morte ad vitam de pena ad gloriā ſuſcepit ideoq́ȝ (nō mouebor amplius) ⁊ de cetero ab ipſo contra eius voluntatē faciendo: licȝ enim aliquando motus fuerim nunc ſuſceptꝰ et ſanatꝰ ab auctore ⁊ redemptore meo iam vlterius nō mouebor. Et q꞉ tantū habeo ſaluatorem ⁊ ab eo ampliꝰ nō mouebor ergo o ſtulti ⁊ miſeri peccatores.

**Quouſq́ȝ irruitis ī hominem: interficitis vniuerſi vos tanq́ȝ parieti inclinato et macerie depulſe.**

Quouſq́ȝ irruitis).i. quā diu irrationabiliter impetū facitis (in hominē) exteriorē q̄ vſq́ȝ ad animā pertingere nō poteſtis ſed vos in eo q̄ agitis veſtrū cogitate interitū q꞉ in hoc (interficitis vniuerſi vos) ipſos in anima. Quicūq́ȝ bonos a ſuo ꝓpoſito nitimini remouere ſiue diſſuadendo ſiue ꝑſequendo vos ipſos in hoc intus occiditis: animas veſtras damnatis. Irruitis inquā incūbentes ei (tanquaȝ parieti inclinato) ad ruinā (⁊ macerie) que eſt conſtructō ſaxoꝝ ſine cemēte ligamine: vt fit circa hortos et vineas (depulſe) ſcȝ a ſtatu ſuo ⁊ caſum minanti q꞉ ſic nos putatis faciles ad cadendū et pronos ad ruinā tāquā omni deſtituamur auxilio ſed nō eſt ita. Et q̄uis ita admoniti.

**Verūtamen preciū meū cogitauerūt repellere: cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant et corde ſuo maledicebant.**

Verūtamen) nō ideo ceſſant mali ſed (cogitauerunt) abſcōdentes venenū in corde ⁊ ſi nō audent ꝓferre (preciū meū repellere) a me.i. deum meū ⁊ gloriā quā ſpero futurā meritūq́ȝ laboris mihi auferre ideo (cucurri) in via p̄ntis vite ad preciū meum obtinendū nō vt piger et faſtidioſus ſed (in ſiti) ſancta hoc eſt in ardore et deſiderio magno tanquā ſitiens iuſticiā ⁊ eorum ſalutē ſed ipſi quaſi ſyrene diaboli nitentes curſuȝ meū impedire (ore ſuo benedicebāt) vt adulatōis me verbis deciperent (⁊ corde ſuo maledicebant) iniquitatē ⁊ mortē machianantes. Iniqui enim q̄n aperte bonos nō audent ꝑſequi ore loquunt̄ bonū ſed intus in corde latet venenū. Ideo animā ſuā inter tot ꝑicula exhortans ſubdit.

**Veruntamen deo ſubiecta eſto aīa mea: quoniā ab ipſo patientia mea.**

Verūtamen) quicquid illi faciant me impugnando (deo ſubiecta) ⁊ obediens (eſto anima mea) ſicut cepiſti recognoſcēs te ab eo accepiſſe bona que habeo humilia te illi quantū potes: et merito debes ſubijci (quoniā) inter tot ſcandala (ab ipſo) eſt (patientia mea) tanquā a cauſa exemplari ⁊ etiā efficiente ipſe enim eſt exemplar totius patientie ⁊ etiaȝ ipſe patienter facit in tribulatōe. Nemo enim ꝑ ſe tanta vel aperta bella vel occultas inſidias tolerare poſſet niſi omnipotens deus vires patiēdi tribueret. Idō etiam anima mea debet eſſe deo ſubiecta.

**Quia ipſe deus meus et ſaluator meus et adiutor meus non emigrabo.**

Quia ipſe) eſt (deus meus) q̄ vocauit me ad fidem ⁊ cultū diuinitatis ſue (⁊ ſaluator meus) qui me redemit et iuſtificat et per viam ſalutis ducit (adiutor meus) ad bene operanduȝ ⁊ me per opera meritoria ad patriam ꝑducendo ac glorificando et ideo (nō emigrabo) id eſt non recedam a dei ſubiectōne nec ab eo ſeparabor vita vel morte. vtile eſt conſiliū in omni tribulatione deū noſtrū ſaluatorē atq́ȝ adiutorē reminiſci quatinus ab eo nullis tentationibꝰ valeamus emigrare. Unde ad huc ſubdit̄.

**In deo ſalutare meũ et gloria mea: deꝰ auxilij mei et ſpes mea in deo eſt.**

In deo) eſt hic (ſalutare meũ) .i. ꝑ deum habeo ſaluationẽ et ſaluus ero .i. iuſtus ex impio (et gloria mea) eſt in deo. i. in nulla re glorioꝛ niſi in deo vt qui gloriat̃ in dño gloriet̃. Vel (in deo) erit ĩ futuro (ſalutare meũ) .i. ſalus ⁊ ſalutio qꝛ tunc liberabimur ab omni miſeria ⁊ malo (⁊ gloria) .i. gloriatio (mea) qꝛ ꝑ ipſm̄ gloria eterne vite tribuit̃. q. d. ſaluus et glorioſus ero in eo. Interim nunc inter tentatões ipſe eſt (deus auxilij mei) in certamine. Dat enim auxiliũ certantibꝫ: hoc dicit ne quid ſibi homo deputz (et ſpes mea in deo eſt) donec veneritres. Igit̃ exemplo meo.

**Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coꝛam illo coꝛda veſtra: deus adiutoꝛ noſter in eternũ.**

Sperate in eo) tranſilientes eos qui in vanitate ſperant (omis ꝯgregatio ꝑpli) ſcꝫ fidelis id eſt omnes qui congregati eſtis in vnitate fidei ⁊ vt digne in illo poſſitis ſperare (effundite coꝛã illo coꝛda veſtra) .i. occulta coꝛdiũ ei reſerate ⁊ coꝛda ab omni ſoꝛde viciorum euacuate plangendo: cõfitendo: deꝓcando: nam qui nõ habet coꝛ vacuũ a malo ſi ſperat nõ eſt ſpes ſꝫ preſumptio qꝛ (deus) eſt (adiutoꝛ noſter in eternum) nõ ſolũ tꝑaliter ſicut homines adiuuant ſed etiã ad eternitatẽ ꝓmerendã ⁊ preſtandã et quãuis deus debeat eſſe ſpes noſtra et ſic opet̃ nobis.

**Verũtamen vani filij hominũ: mendaces filij hominũ in ſtateris vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.**

Verũtamen filij hominũ) .i. imitatores carnaliter viuentiũ qui nõ attendunt ſed ſunt (vani) .i. dediti vanitatibꝫ ſperando in rebus tranſitorijs ⁊ caducis ſunt etiã (mendaces filij hominũ in ſtateris) .i. in libꝛa iuſticie in boni maliqꝫ deliberatõe malũ bono ꝑponderantes vel iuſti videri volentes cum ſint fallaces vel ad litteram iniquis ponderibꝫ vtentes (vt decipiant ipſi de vanitate) .i. de rebus vanis (in idipſuꝫ) id eſt inter ſe ſeu inuicẽ. ſ. vnuſquiſqꝫ aliũ. Vel (vt decipiant) alios (ipſi) exiſtentes ⁊ cõuenientes (in idipſm̃) .i. in vnũ (de vanitate) qꝛ ⁊ ſi varij ⁊ diuerſi in ſtudijs ꝑuerſi ſunt in malicia tñ et vanitate in vnũ ſunt ⁊ ꝯueniunt. Sciens ergo conuertit ſe ad eos. d.

**Nolite ſperare in iniquitate: et rapinas nolite cõcupiſcere: diuitie ſi affluant: nolite coꝛ apponere.**

Nolite ſperare in iniquitate) deceptõis ſed in deo meũ ſperate (⁊ rapinas nolite concupiſcere) auferendo ꝑ violentiã aliena. q. d. nec ſperetis nec cupiatꝭ que rapiant̃ alijs etiã ſi nõ habetis ⁊ quaſi ex neceſſitate rapturi ſitis ⁊ (diuicie ſi affluant) aliunde ꝙ̃ ꝑ fraudẽ ⁊ rapinas. i. ſi habundent ⁊ exundent tanquã de fonte currant (nolite coꝛ apponere) ardenter eas amando et tenaciter cuſtodiendo in eis cõfidendo et ſperando inde ꝑſumendo et ſupbiendo. Non damnat diuicias ſed coꝛ vetat apponi ⁊ in eis figi. Et vt magis eos a vanitate diſſuadeat ꝓponit duo quoꝝ alterũ deterret alterũ demulcet. d.

**Semel locutus eſt deus duo hec audiui: qꝛ ptãs dei eſt et tibi dñe miſericoꝛdia: qꝛ tu reddis vnicuiqꝫ iuxta opa ſua.**

Semel) id eſt firmiter ⁊ immutabiliter (locutus eſt deus) quaſi vnica locutione vt retractatione nõ indigeat qꝛ qđ loquit̃ deus eſt vnũ et inuariabile. Vnde li ſemel nõ ad numeꝝ referendũ eſt ſed ad ſententie firmitatẽ (duo hec) valde neceſſaria que vobis dicturꝰ ſum ibi (audiui) auditu interioꝛi in alto quo trãſiliui. i. ſpiritu inſpirante ⁊ reuelante intellexi nõ ex me loquoꝛ. Audiuit forte alia multa ſed nõ eſt opus dici nobis. Illa duo ſunt ptãs ⁊ miſcđia deqꝫ bus ſunt omnes ſcripture qꝛ docent ꝙ potens eſt vt penã infligat et miſericoꝛs vt remuneret. Unde ſequitur (qꝛ ptãs) iudicandi ⁊ puniendi (dei eſt) omnia eñi poteſt ⁊ omĩs ptãs a deo eſt et mutãs ꝑſonã adiungit aliud. d. (et tibi dñe) eſt (miſcđia) remunerãdi: ptãs ergo timeat̃: miſericoꝛdia amet̃: nec ꝓ miſcđia ptãs cõtemnat̃ nec ꝓ ptãte de miſcđia deſperetur (qꝛ tu reddis vnicuiqꝫ iuxta opa ſua) bonis quidẽ ex miſericoꝛdia ꝓmiũ malis ꝟo ex iuſta ptãte ſuppliciũ.

Oratio.

Subde tibi dñe animas noſtras quoniã tu es patientia nr̃a vt renuentes incerta diuiciaꝝ delectamenta te ſolũ ꝯtempta omni mundi vanitate ſequi mereamur. Per d.

Pſalmus de diuina conſolatione eccleſie in ariditate huiꝰ ſeculi velut in deſerto vel veri anachoꝛite in loco ſolitario.

Pſ. lxij.

**DEus deus meꝰ ad te de luce vigilo.**

Auctoꝛ pſalmi ꝓpha dauid. Titulus talis eſt pſalmus iſte cõuenit ⁊ attribuit̃ dauid. i. eccl̄ie que hic loquit̃ habitus de his que ſuſtinuit ipſa eccl̄ia cum eſſet in deſerto ydumee id eſt in ariditate huius ſeculi et vite vbi ſitit et miſcđiam expetit donec eterna capiat. Eccl̄ia

enim fideliū de qua ſupra dicitur inſtruit nos hic ſuo exemplo in erumnis et tentationib⁹ huius ſeculi quanto ſuperne patrie deſiderio debeamus eſtuare et ad deum feſtinare quantāq₃ vigilantiam in eius voluntate adimplenda habere vt in futuro dei laudem mereamur acquirere. Materia diuina cōſolatio eccl'ie in ariditate huius ſeculi velut in deſerto ſitientis ⁊ miſericordiā a deo expetentis Intentio monere fideles vt ſolū deū ſibi eligant ⁊ ad eum omni deſiderio feſtinent ac recte ⁊ bene cōuerſari in medio hui⁹ ꝑuerſe ⁊ praue natōis ſtudeant. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo loquit̄ in perſona eccleſie quomō in deſerto huius ſeculi et vite ſe habeat quia deū videre deſiderat quem ⁊ laudat et id ampli⁹ agere optat vel etiā mea eſt diuina cōſolatio veri anachorite in loco ſolitario Intētio: monere fideles fugere mūdum prauū ⁊ ꝑuerſum ⁊ ꝓpter cōſolatōes diuinas petere deſertū. Sentētia in generali ꝓpħa loquit̄ in ꝑſona cuiuſlibet veri anachorite: qui ſcilicet mundum fugiens petit deſerta vt diuina ꝑcipiat beneficia ⁊ hoſtiū euadat machinamenta. Sententia in ſpeciali. Eccl'ia ergo neceſſitatibus huius vite eſtuans clamat D.

Deus) cōmunis omniū ꝑ potentiā ⁊ creationem qui es (deus me⁹) ſpecialiter ꝑ redemptionem et vocationē ⁊ ſignanter ꝑ cultū ⁊ ſingularem dilectionē (ad te de luce vigilo) ad litteram .i. ſūmo mane ad tuas laudes cōſurgo ſc₃ diluculo et matutinali hora qñ chriſt⁹ reſurrexit et nos ad ſurgendū et laudandū exemplo ſue reſurrectōis animauit vñ inſtitute ſūt laudes nocturne vt ſemꝑ ſim⁹ ꝑati memores iudicij ſ̄m quoſdā hora q̄ chriſt⁹ reſurrexit affuturi ꝓ qua reſurrectōne laudes decantant̄ matutine. Vel moraliter (vigilo) .i. diligent̄ ſtudeo ⁊ curioſus ſum vt bene opari incipiā (ad te) ꝓmerendū et ad tuas volūtates exequendas ⁊ hoc (de luce) gratie .i. ex quo ſuborta eſt mihi lux gratie que nos excitat ⁊ ad deum vigilare facit Vel (de luce) .i. ꝑ puritatē bone cōſcientie. De qua vigilatione dictu₃ eſt in euangelio: beatus ille ſeruus quem cum venerit dominus inuenerit vigilantem: huius aūt vigilie cauſā oñdit cū ſubiūgit.

Sitiuit in te anima mea: ꝙ multipliciter tibi caro mea.

Sitiuit in te aīa mea) .i. in te ſolū cōſolari et ad te venire tibiq₃ inherere beatifice ardēter deſiderat: deſideriū enī ſitis anime eſt. Anima quidē deſiderat deū multis de cauſis ſed ad deſiderati finē ꝑuenitur laborib⁹ carnis que deū deſiderat cauſis plurib⁹. Vñ ſubditur (ꝙ multipliciter) id eſt multo amplioꝛib⁹ cauſis ꝙ anima: ſubijciā enim amplioꝛib⁹ miſerijs (tibi caro mea) ſitiuit vt videlicet in ea reſurrectōe atq₃ immoꝛtilitate quam ꝓmiſiſti tibi appareat q₃ ⁊ ei ꝓmittitur reſurrectio quomodo ⁊ anime beatitudo caro itaq₃ multiplices defectus patitur et ꝙ multipliciter fatigat̄ tam multipliciter ſitit a deo infatigabilē incoꝛruptionē ⁊ ideo mł'tis modis deo deſeruit vt ad deſideratū finem et ipſa et anima ꝑuenire poſſit. Deinde ſubdit vbi ſitiat.

In terra deſerta et inuia et inaquoſa ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam et gloꝛiam tuam.

In terra deſerta ⁊ inuia ⁊ in aquoſa) 'ex ſe .i. in hoc preſenti ſeculo qd̄ eſt terra deſerta quantum in ſe eſt ab omni bono et (inuia) id eſt ſine via nō habens viam veritatis (⁊ in aquoſa) id eſt ſine aqua nō habens refrigeriū vere ſalutis (ſic in ſancto (ſcilicet deſiderio vt habitum eſt id eſt ꝑ ſanctū deſideriū (apparui tibi) id eſt vidiſti me (vt) ⁊ ego (viderem virtutē tuam ⁊ gloꝛiā tuam) id eſt te: nemo enim videt deū niſi prius deo appareat .i. a deo videat̄. Ergo in ſancto deſiderio appareamus deo vt et ipſe appareat nobis. Ad hoc etiam anachoꝛite loca deſerta ⁊ inuia querunt vt deo ꝑfectius inhereant et conſolationes diuinas melius percipiant Ideo hec omnia ſic ago.

Quoniā melioꝛ eſt miſericoꝛdia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.

Quoniam melioꝛ eſt miſericoꝛdia tua) diuina (ſuꝑ vitas) humanas. Multe ſunt ſanctoꝝ vite in hoc ſeculo alius deo ſeruit in ꝯiugio alius ꝑ continentiā alius ꝑ cōmunē vitam alius per ſolitariā alius ꝑ actiuā alius ꝑ contemplatiuam diuerſi diuerſo modo ſcd̄m mēſurā gratie que vnicuiq₃ data eſt a deo. Quantūcunq₃ quiſq₃ ꝑfecte viuat: ꝙ ſancte ⁊ pure deo deſeruiat: tamen ad celeſte regnū non ꝑducitur niſi diuina miſericoꝛdia cum bonis operib⁹ adiūgatur ideo (labia mea laudabunt te) id eſt laudabilem te alijs predicabo: De tanta enim pij domini miſericoꝛdia ne ingrati ſimus laudes et gratias quas poſſumus referre debem⁹. Et ſicut labijs laudo.

Sic benedicam te in vita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas.

Sic) etiam (benedicā te in vita mea) ſc₃ tota id eſt bene viuendo. Sic enim digne quiſq₃ laudat quando cum labijs vita cōcoꝛdat (⁊ in nomine tuo) id eſt ad honoꝛē ⁊ gloꝛiā nominis tui (leuabo manus meas) ad te in ꝑcib⁹ ⁊ oratio=

nibus ad litterã. Uel (manus meas) id eſt ope
ra bona (leuabo) ab appetitu fauoris reſpectu
ſuperne patrie bona opera exercendo et nõ me
am ſed dei gloriam in eis querendo. Et vt la-
bijs digne laudare et recte viuẽdo ac bene ope
rando deũ benedicere valeat impinguari do-
no ſue gratie poſtulat cũ ſubiungit. Et vt hoc
poſſim vtinam.

**Sicut adipe et pinguedine repleaẗ ani
ma mea: et labijs exultationis laudabit
os meum.**

Sicut adipe ⁊ pinguedine repleaẗ) ⁊ reficia
tur (anima mea) tua gr̃a hic vbi ſitis ẽ. Adeps
ꝓprie vocatur pinguedo illa que eſt circa vita-
lia et inteſtina ſed pinguedo diciẗ que eſt in car
ne ⁊ membris exterioribꝫ. Sicut adipe ergo et
pinguedine anima repleẗ quando ⁊ charitas ẽ
in mente et foris alacritas ſpiritalis apparet in
in actõne: hilarẽ enim datorẽ diligit deus. Uñ
et ſubdit (⁊ labia exultatõis laudabit os meũ)
.ſ. te ⁊ nomẽ ſanctũ tuũ qꝛ in dñi ſeruitute ⁊ ipiꝰ
laude nõ triſticia ſed gaudiũ haberi debet. nec
ſolum laus dei debet eſſe in ore ſed etiã in me-
ditatione ⁊ ope. Unde ⁊ ſubdit.

**Si memor fui tui ſuper ſtratum meum
in matutinis meditabor in te: quia fuiſti
adiutor meus.**

Si) .i. qꝛ (memor fui tui ſup ſtratũ meũ) .i.
in quiete ne ipſa diſſolueret et faceret obliuiſci
deum (meditabor) etiã (in te in matutinis) .i. in
opibus lucis ⁊ actibꝫ bonis. Digna eni ⁊ bo-
na debemus opari tanquã in luce ⁊ filij lucis
ſepe quãdo quieti ſunt hoĩes p quietẽ diſſoluũ
tur ⁊ obliuiſcunẗ deũ hec ſancta anima in q̃ete
ſua deũ reminiſciẗ. vnde cõſtat qꝛ et in actõibꝫ
ſuis in deo meditabiẗ (qꝛ fuiſti adiutor meus)
niſi enim adiuuet hic deus bona implere non
poſſumus. Uel p ſtratũ in quo quieſcimus ac
cipe ꝓſpera in quibꝫ ille eſt memor dei qδ vix
homo facit ⁊ p matutinas noctẽ ⁊ aduerſa.

**Et in velamento alarum tuarum exulta
bo: adheſit anima mea poſt te: me ſuſce-
pit dextera tua.**

Et) ſi quid occurrit (in velamento alarum
tuarũ) .i. in ꝓtectõe potentie ac viſceroſe chari
tatis ⁊ clemẽtie tue (exultabo) .i. hilareſco in bo
nis opibus nihil timendo nec ſolũ exultabo ſꝫ
iam feruenti deſiderio ⁊ charitate (adheſit ani-
ma mea poſt te) vt ſit poſt te .i. vt te ſequaẗ quo-
tidie ⁊ obediat tibi ⁊ qꝛ ſic adheſit (me ſuſcepit)
alis ꝓtegendũ a piculis et ad regendũ (dextera
tua) .i. ꝓpiciatio tua diuina. Uł (me ſuſcepit dex
tera tua) .i. virtus ⁊ gr̃a tua in magnã dignitatẽ

a deiectõe in qua ꝓpter pctm̃ erã me ſuſtulit.

**Ipſi vero in vanũ queſierunt animam
meam: introibunt in inferiora terre: tra-
denẗ in manus gladij: ptes vulpiũ erũt.**

Ipſi vero) ſcꝫ pſecutores ⁊ inimici (in vanũ)
et fruſtra (queſierunt animã) ⁊ vitã (meã) pdere
qꝛ ardenter tibi adherẽdo euaſi et nõ potuerũt
implere qδ voluerunt nec intentũ habuerunt
ideo (introibunt in inferiora terre) .i. in infernũ
vbi damnabunẗ (tradenẗ in manus gladij) .i.
in poteſtatẽ ⁊ ꝑpetuitatẽ tormentoꝝ quibꝫ ſunt
detruncari (partes vulpiũ) .i. doloſorum (erũt)
hoc eſt ꝑticipes erunt pene doloſorum in infer
no ſepultoꝝ qꝛ modo ſe doloſis praua volũta-
te cõiungunt. Uel (partes vulpiũ) .i. demonũ
(erunt) ſortẽ coꝝ ſuſcepturi qꝛ ſicut boni annu
merantur iuxta merita diuerſis ordinibꝫ ange
lorum ita mali ordinibꝫ demonũ tranſformari
in illos.

**Rex vero letabitur in deo: laudabuntur
omnes qui iurant in eo: quia obſtructũ
eſt os loquentium iniqua.**

Rex vero) ſcꝫ quilibet iuſtus ⁊ bonus bene
regens anime ſue regnũ motus carnales terre-
nos ⁊ quicquid vicioſum eſt reprimendo (leta-
bitur in deo) malis vt dictũ eſt ſepultis in infer
no ⁊ (laudabunẗ) .i. in fine laudabiles appare
bunt (omnes qui iurant in eo) .i. qui fidem dei
ꝓmittũt ⁊ ſeruant q̃ ſacramenta eius inuiolabi
liter cuſtodiũt qui animas ſuas et bonã vitam
illi vouent et reddunt ⁊ vere laudabunẗ q̃ mo-
do ab iniquis vituperanẗ (quia obſtructũ eſt)
id eſt obſtruetur in iudicio vbi omnis iniqui-
tas victa obmuteſcet (os loquẽtiũ iniqua) .i. cõ
tra bonos qꝛ iã quid dicere valeat nõ habebit.
Unde nullo omnino contradicente boni lau-
dabuntur. Oratio.

Ad te de luce vigilantibꝫ lumen largire ꝑpe
tuum auctor lucis eterne deus: vt te laudent la
bia noſtra: vita benedicat te meditatio noſtra
in matutino glorificet. Per do.

Pſalmus de oratõe chriſti in ſua paſ
ſione ne cedat inimicis et vt conſtantiã
habeat libereturq; finaliter ab eis.

ps. lxiij

**Exaudi deus oratio-
nem meam cum deprecor a timo
re inimici eripe animã meã.**

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulus hic eſt
In finem pſalmus dauid hoc eſt pſalmus ille
cõuenit vero dauid .i. chriſto qui hic loquiẗ ad
iuncta ſibi voce corporis dirigens nos in finẽ

id eſt in ſui conformitatem. Docet enĩ nos ſuo exemplo qualiter in deſerto hui⁹ ſeculi de quo ſupra dictuꝫ eſt inter ꝑſecutores nos debeam⁹ habere ⁊ qualiter orantes debemus in tribulationibus ꝑſeuerare hoc attendentes quia quãto fuerit aſperior et iniquior tribulatio nr̃a tanto in futuro maiorẽ habebimus ꝓfectũ illi vero maiorem defectũ. Materia: tribulatio a iudeis chriſto nequiter illata ⁊ ab ip̃o dulciter tolerata. Intentio: monere nos ad imitandũ chriſtum in conſtantia et tolerantia paſſionuꝫ ⁊ in paſſionibus orandũ ⁊ in dño ſperandũ. Sententia in generali: ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona chriſti orat ad deũ prẽm petendo ab aduerſarijs liberationẽ deſcribendo eorum malignitatem et fruſtrataꝫ intentionẽ ⁊ ſequentẽ ex his fructũ ⁊ vtilitatẽ. Orat autem in paſſione ad inſtructõnem fideliũ vt ſi ipſe qui preſcius erat futuri orare voluit multo magis qui incerti ſunt ſedule dent operã orationi ⁊ maxime in tribulatione. Sicut enim caput noſtrũ ſic et nos in tribulationib⁹ hic rogamus. Sententia in ſpeciali. Orat ergo chriſt⁹ in paſſione dicens (Exaudi deus orationẽ meã cũ deprecor) id eſt de corde ⁊ totis virib⁹ precor. Nunc te pater dep̄cor nunc exaudi orationẽ meam que autem ſit iſta oratõ declarať cum ſubdiť (a timore inimici) id eſt inimicoꝝ ſcꝫ iudeoꝝ (eripe animã meam) non quidã vt non moriar ſed vt eos nõ timeam qui tm̃ corpus poſſunt occidere ſed te q̃ animã ⁊ corpus poteſ ꝑdere. Non igitur orat vt non occidatur ſed vt occidentẽ nõ timeat ne forte timendo ſuccumbat nec hoc ideo poſtulat vt timore aliquo frangi valeat ſed vt exemplo ſuo infirmantib⁹ membris orandi formaꝫ atqꝫ in paſſione ⁊ tribulatione conſtantiaꝫ tribuat. Et ꝙ de exauditione ſecurus ſit oſtendit dicens.

**Protexiſti me a conuentu malignantiũ a multitudine operantiũ iniquitatẽ.**

Protexiſti me a conuentu malignantiũ) voluntate ⁊ cõſilio id eſt a collectione mala de me cogitantiũ ⁊ malum in corde machinantiuꝫ et non ſoluꝫ a conuentu malũvolentiũ ſed etiam (a multitudine operantiũ) in actu in me (iniquitatem) illã ſingularem ſcꝫ crucifixiõꝫ. Iniquitas fuit occidere eum qui tot bona eis fecerat: ſed quomodo ꝓtectus ſit eſt aduertendũ. Ipſi enim intendebant inferre chriſto mortẽ perpetuam ſed tertia die reſurrexit delere famam ſed diuulgata fuit: auferre fidem a ſuis ſed dilatata inualuit. Exaudi inquit ⁊ neceſſe eſt vt exaudias.

**Quia exacuerũt vt gladiũ linguas ſuas intenderunt arcum rem amarã: vt ſagittent in occultis immaculatũ.**

Quia exacuerunt) id eſt valde acuerunt (vt gladiũ linguas ſuas) id eſt ſicut gladius acuiť vt magis ĩcidat ita ipſi acutiſſime excogitabãt quid in me peius dicere potuiſſent ⁊ verba acuta aperte mortẽ inclamando ad me occidendũ ꝓtulerunt et ita ſi nõ manib⁹ linguis tamen occiderunt (intenderunt arcum) id eſt dolos ⁊ occultas inſidias parauerunt: arcus enim occulte: gladius aperte ferit (rem amaram) ſcꝫ vt diſcipulus ⁊ cõuiua ꝓditor fieret (vt ſagittent immaculatũ) id eſt quaſi ignorantẽ occidãt innocentem ⁊ hoc (in occultis) id eſt latenter quantum ad ſuam opinionẽ. Ad hoc queſierũt quomõ a diſcipulo tradereť a iudice romano dãnaretur ab ipſis romanis crucifigereť. H̄ fuit acumen lingue: hoc arcus hoc ſagitte ſic per alios chriſtũ ſagittauerunt ſic gladio ꝓprie lingue occiderunt. Unde ⁊ ſubditur.

**Subito ſagittabunt eum et non timebunt: firmauerunt ſibi ſermonẽ nequã.**

Subito) id eſt inſidioſe quaſi inopinate et improuiſe (ſagittabũt eum) id eſt occident quaſi neſcientẽ vt eis videtur ⁊ ſcelus implebunt et inde (non timebunt) deum vel iudiciũ eius qꝛ (firmauerunt) obſtinatione non veritate nullo modo volentes obmittere (ſibi) id eſt ad maluꝫ ſuum dicendo ſanguis eius ſuper nos et ſuper filios noſtros: non dño cui nõ nocuerunt (ſermonem nequã) vel malignũ ſcꝫ quo prelocuti ſunt vt eũ interficerent ⁊ poſtea obſtinate mortem eius petierũt dicentes: expedit vt vnus homo moriať ꝓ populo: ⁊ reus eſt mortis: ⁊ crucifige crucifige ⁊ huiuſmodi.

**Narrauerunt vt abſconderent laqueos dixerunt quis videbit eos.**

Narrauerunt) ⁊ apud ſe diſpoſuerũt (vt abſconderent laqueos) et pararent occultas fraudes inter ſe tractantes quomodo doloſe et abſconſe chriſtũ caperent et occiderent tradendo eum per diſcipulũ iudicando per principẽ romanum interficiẽdo ꝑ milites eius. Talis fuit abſconſio laqueoꝝ de quibus etiam (dixerũt quis videbit eos) ſcꝫ laqueos iſtos et fraudes id eſt quis poterit ꝑcipere vel cauere. q. d. nullus. Necqꝫ enim hoc ab aliquo dep̄hendi poſſe putauerũt nam ita effronite mortem chriſti querebant ac ſi deum lateret et ipſe nõ videret vt putabant ſed non profuit illis. Nam ſequitur.

**Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt**

**ſcrutantes ſcrutinia.**

Scrutati ſunt)id eſt inquiſierunt (iniquita
tes) ſcꝫ quomodo ꝑ falſos teſtes iuſtū accuſa=
rent ⁊ quomodo doloſe eum ꝑderent ſed(defe=
cerunt)ab intento:ipſi(ſcrutantes ſcrutinia).i.
acerba ⁊ acuta cōſilia hoc eſt in ea,ſubtili et fre
quenti inquiſitōe nihil potuerunt ꝓficere: que
rebant enim extinguere chriſti nomen qđ ma=
gis clarificatū fuit per ſuam paſſionē. Quan=
to acutius et ſubtilius dolos cogitauerunt tan
to plus et grauius a veritate ⁊ equitate defece=
rant ⁊ in tenebras mergebant̃. Quia enim nō
videbant deū putabant ſe nō videri a deo ſcru
tati igitur ſunt ſed fruſtra qꝛ.

**Accedet homo ad cor altum:et exaltabi
tur deus.**

Accedet)ſponte ad paſſionē(homo)ſcꝫ chri
ſtus qui nō pateretur niſi homo eſſet(ad cor al
tum)id eſt ꝓfundum et ſecretū in hoc habebit
vel ei erat quia hoc faciebat ſcđm altū et ꝓfun
dum dei conſiliū Uel (accedet homo)ſcꝫ chri
ſtus in paſſione(ad cor altū)id eſt ꝓfundū et ſe
cretum dei conſiliū nam voluntarie accedens
ad paſſionē ꝑfecit ꝓfundum ſecretūqꝫ diuinū
myſteriū quo diſpoſuerat deus filiū ſuum pa=
ti pro redemptiōe mundi(et exaltabitur deus)
in reſurrectione.q.d.occiditur vt homo in paſ=
ſione ⁊ ipſe idem exaltatur vt deus in reſurre=
ctione et acquiret nomen quod eſt ſuper omne
nomen. Audi quomodo exaltatus ſit deus et
hi qui ꝑſequebantur humiliati.

**Sagitte paruulorꝫ facte ſunt plage eo=
rum et infirmate ſunt contra eos lingue
eorum.**

Sagitte)humiles(paruulorū) et ſimpliciū
ſcꝫ apoſtolorū(facte ſunt plage eorum)qui ſa=
gittabant ⁊ non timebant quia iam verbis eo=
rum feriuntur ⁊ proſternuntur. Infirma enim
mundi elegit deus vt confundat fortia(⁊ infir=
mate ſunt lingue eorum) id eſt ſermones eorꝫ
facti ſunt caſſi virtute reſurrectōis ſue in omni
bus que contra eum dixerūt ⁊ hoc (cōtra eos)
id eſt in malum et verecundiam eorum qui fir=
mauerūt ſibi ſermonē neqꝫ. Ceſſauerunt enim
mine ⁊ blaſphemie:cognouerunt ſua ſcrutinia
non valere atqꝫ a tanto ſtrepitu verborꝫ ſilue=
runt. Talis eſt mutatio dextre excelſi: deo igit̃
ſic exaltato ⁊ viſis miraculis.

**Conturbati ſunt omnes qui videbant
eos:et timuit omnis homo.**

Conturbati ſunt)ad penitentiā ⁊ compun=
cti corde(omnes)id eſt ex omni genere homi=
nes(qui videbant)⁊ intelligebant(eos)ſcꝫ iu=
deos defeciſſe ⁊ confuſos ⁊ in efficacem eorum
eſſe fallaciā. O cor durum alij de illis turbant̃
et tamen ipſi nō penitent(et timuit omnis ho=
mo)ratōalis deum ⁊ ſibi iudiciū imminere di=
uinum id eſt omnis vtens ratōne ad intelligen
da q̃ facta erāt timori domini ſe ſubdidit. Qui
ergo non timuit non fuit homo id eſt vſus ra=
tione. Sed ſi timet homo deum non eum ter=
ret homo quin annunciet ſicut apoſtoli ꝓhibi
ti predicare de chriſto non ideo deſtiterunt et
ideo iſti ſic eruti a timore inimici ſed deum ti=
mentes vna cum apoſtolis.

**Annunciauerunt opera dei: et facta eius
intellexerunt.**

Annunciauerunt)alijs predicando (opera
dei) ſcilicet neceſſitatē paſſionē reſurrectōnem
aſcenſionē miſſionē ſpiritus ſancti humanita=
tem ⁊ diuinitatē virtuteſqꝫ ⁊ miracula (et facta
eius) in celis eſſe,diuina non puri hominis et
cur eſſent facta qꝛ factam noſtram eſſe per deū
redemptionē ⁊ ſalutē cognouerunt qui prius
vtilitatem operum eius non intellexerunt. In
telligamus ⁊ nos eum per facta nos redemiſſe
et ſtudeamus non ſolum verbis ſed etiam ope
ribus ipſum benedicere ⁊ laudare ⁊ inde ſcꝫ ꝓ
huiuſmodi operibus.

**Letabitur iuſtus in domino et ſperabit
in eo:et laudabunt̃ omnes recti corde**

Letabitur iuſtus) per chriſtum redemptus
et per fidem operū domini iuſtificatus(in do=
mino)non in ſe ipſo non in mundo (et ſpera=
bit in eo)vitam eternam in futuro ⁊ tunc quan
do damnabunt̃ peruerſi( laudabuntur) id eſt
laudabiles apparebunt adepta gloria (omēs)
et quicunqꝫ ſine perſonarꝫ acceptione(recti cor
de)qui recte credunt ⁊ bene viuunt. Illi ſunt re
cti corde qui propria voluntate relicta volun=
tati penitus ſe ſubijciunt diuine qui rectam et
iuſtam intententionē habentes per amorem re
cte tendunt in deum et quibus per omnia pla=
cet deus. Sed curui corde ſunt quibꝫ nō pla=
cet quicquid deo placet.

Oratio.

¶ Tutela omnium credentiū deus cuſtodi ec
cleſiam tuam a conuentu malignantiū,qui caꝫ
occultis iaculis impugnare nituntur vt te ſalu
bri rectoqꝫ retinens intellectu iuſtorum meri=
tis ꝑpetualiter letetur. Per do.

**¶ Pſalmus de laude dei ac potentia
eius et virtutibus necnon de multipli=
cibus dei beneficijs in preſenti collatis
et in futuro conferendis.**

Ps.lxiiij.

**TE decet hymnus deus in ſyon: et tibi reddetur votū in hieruſalem.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus talis eſt. In finem pſalmus dauid ꝛc̄. Hoc eſt pſalmus iſte diriges nos in finem id eſt in chriſtū et cōſūmationē eſt dauid ꝛ eſt canticū id eſt exultatio: hieremie ꝛ aggei quia exponit nobis illud vnde exultauerunt illi reditū populi iſrael de babylonia in hierl'm ꝓphetantes canticū in q̄ habitū de verbo peregrinationis id eſt de reuelatione que facta eſt eis a deo ꝑ captiuoꝝ peregrinatōne cum inciperent ꝓficiſci id eſt reuerti de babylonia in hierl'm. Hoꝝ enī exultatio p̄figurauit noſtrā ꝑegrinationē quā habem⁹ cū ſpiritualiter ꝓficiſci de hac ꝑegrinatōe incipimus et huic babylonie nō intendentes deum amare intendimus. Eſt enim conceptio amoris initium ꝓficiſcendi ꝛ incipit exire qui incipit amare. Exeuntiū pedes ſunt cordis affect⁹ charitas facit ciues hierl'm cupiditas babylonis ꝛ ſi corpore ad huc ſunt permixti deſiderio tamen ſunt ſeparati. Materia: laus dei: multiplex ꝙ eius beneficiū et acceptū ꝛ accipiendū. Intentio: excitare ad dei laudem pro multimodis beneficijs ſue bonitatis nobis in redeūdo ad celeſtē patriā collatis ꝛ in ꝑuentione ꝓmiſſis. Quia enim vt ſupra dictuꝫ eſt letatur nunc iuſtus in dn̄o ꝛ deinde laudabilis comparebit in futuro. Intendit hic ꝓpheta cūctos in eccleſia futuros admonere vt attendentes q̄d eis diuina miſericordia in redeundo ad celeſtem patriam conferat quid in peruentiōe ꝓmittat nō ingrati exiſtant ſed diuinis laudibus et gratiarum actionibus decenter inſiſtant. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo in perſona eccleſie vel cuiuſlibet fidelis ſuam orationē exaudiri poſtulat potentiā ꝛ virtutes ac bona ꝛ multiplicia bn̄ficia dei enūciat ꝛ cōmēdat. Sententia in ſpeciali: in voce ergo reuertentiū ꝓpheta letus cantat dicens. (Te) o (deus) non deos gentiū (decet hymnus) id eſt laus dei cum cantico quem cantat qui vere deum amat ꝛ hoc (in ſyon) id eſt in eccleſia preſenti nam ſyon interpretatur ſpeculatio et in eccleſia gloriam dei a longe ſpeculamur quaſi diceret decet ꝛ iuſtum eſt vt eccleſia ſancta te laudet ꝓpter multa beneficia ſibi collata (et tibi) de bonis operibus (reddetur) perfecte (votum) id eſt laus pro gratiarum actione (in hieruſalem) id eſt in viſione pacis ſcꝫ in patria celeſti nam hieruſalem viſio pacis interpretatur que ibi perfecte habebitur hic ergo in preſenti vouemus bene operando et cogitando ibi reddemus pro vtroꝙ deum laudando. Tunc noſtrum deſideriū adimplebitur tunc reddetur et perficietur votum quod hic agere incipimus ſed ex toto adimplere non poſſumus. Ad hoc ſuſpirat eccleſia vnde et ſuppliciter exorat dicens. Etiam nunc hic.

**Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.**

Exaudi orationem meam) parcendo mihi de omnib⁹ offenſis meis vt mundus ꝛ ſine macula ſecurus ad te veniam ꝛ in illa celeſti hieruſalem votum meum perſoluam quia (ad te omnis caro) id eſt omnis homo bonus et malus ꝛ de omni genere ſtatu ꝛ conditione hominum (veniet) in iudicio finali vt referat vnuſquiſꝙ quod geſſit quia non es perſonarū acceptor. Ubi aperte propheta reſurrectōnem generalem annunciat. Et neceſſe eſt vt exaudias Quia.

**Uerba iniquorum preualuerunt ſuper nos: et impietatibus noſtris tu propiciaberis**

Uerba iniquorum) ſcꝫ diaboli ꝛ primorum parentum iniqua ſuadentiū (preualuerunt) vt mare mergens (ſuper nos) id eſt ꝑiecerūt nos in hoc exilium ꝛ in peccatū dimerſerunt ꝛ cum (impietatibus noſtris tu ꝓpiciaberis) ignoſcendo et condonando eas ac veniam dando nobis. Primum peccatū per verbum factum eſt et per verbum multa mala quotidie fiunt. Cauendum eſt igitur malum lingue ne loquamur quod noceat nec a verbis impiorum deprauemur. Cuiuſlibet enim ſereuicij conciliatrix eſt lingua. Unde hieronimus nullū membrū ita ab ineunte etate perhorruit que modicū membrum eſt ꝛ iniquietū Et.

**Beatus quem elegiſti et aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis.**

Beatus) eſt omnis ille (quem elegiſti) id eſt per gratiam de maſſa peccatoꝝ ſegregaſti predeſtinando ꝛ ad fidem vocando vnde dicit nō vos me elegiſtis ſed ego elegi vos (et aſſumpſiſti) in adoptionem filij ꝛ in ſortem tuam iuſtificando quia (inhabitabit) non amplius mouendus (in atrijs tuis) id eſt in celeſti hieruſalem quam dicit atria ꝓpter amplitudinē ꝛ pluraliter quia ibi ſunt diuerſe manſiones et quilibet manſionem ꝓ ſuo accepturus eſt merito et tunc ibi.

**Replebimur in bonis domos tue: ſan-**

**Sanctum eſt templū tuum mirabile in equitate.**

Replebitur) vſq; ad ſūmum (in bonis) eternis (domus tue) celeſtis ſcʒ hierl'm que ſunt mira et ineffabilia q: nec ocul' vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcenderunt. Oportet igitur ea nūc eſurire et ſitire vt tantis poſtmodum bonis mereamur repleri. Et ſubiungit que ſit hec domus dicens (ſanctum eſt templum tuum (celeſte et celeſtis glorie quia ſanctificatur ꝑ deum a quo inhabitatur (mirabile) non in exteriorib⁹ vt domus terre que columnis et marmoribus ac ceteris vanitatib⁹ nitent ſed (in equitate) ⁊ iuſticia nam ibi apparent iudicia dei iuſtiſſima que modo videntur diſtorta quam iuſticiā modo debemus eſurire vt tūc ea ſatiemur. ſancta electoꝝ eccl'ia domus dicit̄ q: a deo inhabitat̄ tēplū q: ꝑ deū ſanctificat̄ h' tēplū ſctm̄ eſt in ſe ⁊ mirabile in eq̄tate q̄ ad alios. Nā hec equitas in his duob⁹ preceptis eſt qđ tibi nō vis fieri alij ne feceris et q̄ vultis ne faciant vobis homines ⁊ vos facite illis: Ex vt illis bonis repleamur.

**Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finium terre et in mari longe.**

Exaudi nos) o (deus) qui es (ſalutaris noſter) ſcʒ ieſus chriſtus per cuius incarnationē ſaluati ſum⁹ ⁊ ſine cui⁹ auxilio nihil boni poſſumus vt ab iſta terrena domo ad illam celeſtē tranſeamus tu qui es (ſpes) non tm̄ iudeoꝝ ſed (omniuʒ finium terre) et etiam eorum qui ſunt (in mari longe) id eſt omniuʒ fideliū qui vbiq; habitant in terra ⁊ in mari. In illo enī ſperant etiam illi qui in vltimis terre partibus habitāt et illi qui longe in remotiſſimis inſulis maris conſiſtunt. Quomodo autem tam longe ſit factus ſpes oſtendit̄ cum ſubiungit̄.

**Preparans mōtes in virtute tua accinctus potentia: qui conturbas ꝓfundum maris ſonum fluctuum eius.**

Preparans) id eſt diſponens ad agendum et ad vſus competentes (montes) id eſt ap'los et p̄dicatores altitudine vite terrena omnia trāſcendentes (in virtute tua) non ipſorum ſcʒ vocando iuſtificādo gratia: doctrina: ⁊ moribus informando ⁊ per eos miracula faciendo ⁊ bene potes eos preparare quia tu es (accinctus) et munitus (potentia) magna ſcʒ deitatis vt qđ homo ex ſe non habuit deitas daret (qui) ſic accinctus (cōturbas) ad penitentiā per illos mōtes (ꝓfundum maris) id eſt corda impiorū ꝓfundius merſa in peccatis ⁊ tunc ex conturbatione: quod in imo eſt ad ſūmum reducit̄ quando malum quod in corde iacebat oris cōfeſſione aperitur ⁊ (ſonum fluctuū eius) id eſt ſonantes cōtradictōe ⁊ fluctuantes ꝑſecutōe quia.

**Turbabunt̄ gentes et timebunt qui habitant terminos a ſignis tuis: exitus matutini et veſpere delectabis.**

Turbabunt̄) primo (gentes) prope exiſtentes ad penitentiā ⁊ pro peccatis voce apoſtolica ⁊ predicatorū audita ac viſis miraculis (et) deinde (timebunt) deum vt credentes ſalui fiāt etiam (qui habitāt terminos) ⁊ in extremis terre ſcʒ longe poſiti (a ſingnis tuis) id ē a miraculis que facta audient ⁊ ſi non videant et poſtea (exitus matutini ⁊ veſpere) id eſt illius qui tempore iuuentutis ⁊ tempore ſenectutis exit ꝑ penitentiam a peccatis (delectabis) id eſt delectabiles facies tibi ⁊ angelis vl' etiam ipſi qui exit a peccatis Uel (exitus matutini ⁊ veſpere) id ē ꝓſperitatis ⁊ aduerſitatis huius ſeculi (delectabis) id eſt delectabiles facies homini: dans ei exire inde ne capiatur ⁊ extollatur ꝓſperis cui diuitie ſunt deus ne etiam terreatur et frangat̄ aduerſis pro quo paſſus eſt chriſtus ſed cūcta forti mente pertranſeat ac letus et alacer ad finem tendat: delectare in domino et erit tibi mūdus faſtidio. Qualiter autem hoc ſit factū ſubdit quia.

**Uiſitaſti terram et inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.**

Uiſitaſti terram) id eſt hoīem pctōrem ⁊ terrenum eum per tuam gratiā aſpirando ⁊ a peccatis reuocando (⁊ inebriaſti eam) gratiam infundendo ⁊ tanto amore tui replendo vt vita et moribus ad meliora immutetur: ſolet eniʒ per ebrietatē bibentiū ſenſus mutari Quedam enī quaſi ebrietas videt̄ contemptis diuitijs paupertatem amare: ſe ipſum contemptui habere tribulationib⁹ gaudere mortem magis q̄ vitā diligere ad ea que nō apparēt totis deſiderijs anhelare hoc modo inebriata terra non poteſt eſſe ſterilis Unde ſequitur (multiplicaſti locupletare) ⁊ ditare (eam) id eſt multipliciter ⁊ multimodis donis et bonis ſpiritualib⁹ ditaſti ⁊ honoraſti. hoc autem vnde factum ſit declarat cū ſubiungit.

**Flumen dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illorum quoniam ita eſt preparatio eius.**

Flumen dei) id eſt populus dei prior ſcʒ fideles primitiue eccleſie profundi ad recipienduʒ egredientes a chriſto tanq̄ flumen a fonte (re-

pletum eſt aquis) id eſt ſpiritus ſancti donis et
gratijs. Unde alij potentur ⁊ irrigentur. Dein
de poſt potum ſubdit de cibo dicens. tu (para=
ſti cibum illoꝝ) ſcꝫ fideliū in cōmunione cor=
poris ⁊ ſanguinis tui (quoniam ita) id eſt per te
(eſt preparatio eius) cibi ⁊ ſicut a te diſponitur
ſine quo nihil fit. Eſt etiā ſcriptura ſacra cibus
noſter ac panis vite ⁊ intellectꝰ quo quotidie re
ficimur ne deficiamus in huius pegrinatōnis
deſerto. Unde ſcriptū eſt nō in ſolo pane viuit
homo ſed in omni verbo qđ ꝑcedit de ore dei
Sed quia hec fragilis homo ſuſcipere nō va=
let nec meretur niſi deus per miſericordiaꝫ dei
ideo exorat.

**Riuos eius inebrians: multiplica geni=
mina eius: in ſtillicidijs eius letabit̄ ger
minans.**

Riuos eius) fluminis ſcꝫ doctores q̄ de eius
plenitudine biberunt ⁊ per quos ſpiritus ſan=
ctus ad audientiū corda decurrit (inebrians)
donis ſpiritus ſcꝫ ſapientie et gr̄e vt ſibi ⁊ alijs
ſufficiat. Sed vnde p̄dicatores deus inebriat
inde fideles multiplicat vnde ſequitur (multi=
plica genimina eiꝰ) id eſt ſucceſſionē inde pul=
lulantem ſcꝫ filios ad fidem cōuerſos id eſt da
imitatores ꝑuectos ex riuis in fide generatos
vt ex credentibꝫ alij credant ⁊ per ſucceſſiones
predicatio non deficiat ⁊ (in ſtillicidijs eius) flu
minis id eſt in guttis doctrine parue et tenuis
ſcꝫ in verbis interpolate et modeſte cadentibꝫ
a maioribꝫ illius fluminis (letabitur) ſpiritua=
liter quia inde ꝑficit (germinans) ſcꝫ incipiēs
et rudis in fide nouiter exortus qui magna ad
huc capere non poteſt ſed minora que audit li
benter ſuſcipit atqꝫ eos quos preualet fructus
bonorum operum ⁊ virtutū ꝑferre ſtudet.

**Bn̄dices corone anni benignitatis tue
et campi tui replebuntur vbertate.**

Benedices) gratiam infundendo (corone
anni benignitatis tue) id eſt collectioni ⁊ mul=
titudini fideliū de mundi circulo acquiſite ipe
gratie in quo benignus mundo apparuiſti ⁊ di
citur corona qꝛ gloria victorie eſt vincenti dia
bolum ⁊ dicitur benignitatis dei ne quis glo=
rietur de meritis ſuis deinde hanc bn̄dictionē
corone exequit̄ p ptes dicēs (⁊ campi tui) id eſt
homines equitate ⁊ iuſticia plani ſcꝫ iuſti (reple=
buntur vbertate) bonorū operū vel imitatoꝝ.

**Pingueſcent ſpecioſa deſerti: et exulta=
tione colles accingentur.**

Pingueſcent) etiam dulcedine gratie (ſpecio
ſa deſerti) id eſt peccatores dei gratia deſerti et
ſteriles vt vbi abundauit peccatū ſuperabun=
det gratia qui a ſordibus exeunt viciorꝫ ac ſpe=
cioſi ſunt fide morum honeſtate et decore vir=
tutū (⁊ colles) a terra ſe eleuantes vel quos deꝰ
erigit propter humilitatē (accingent̄) id eſt pre
parabuntur ad ſpirituale preliū vel conforta=
buntur ad predicandū alijs ⁊ hoc in (exulta=
tione) quia veniunt ad regnū.

**Induti ſunt arietes ouiū: et valles abū
dabunt frumento: clamabūt eteni hym
num dicent.**

Induti ſunt) etiam exultatione gaudentes
de fructibꝫ ſuis. Uel (induti ſunt) veſte nuptia=
li id eſt charitate erga deum ⁊ ſubditos (arietes
ouium) ſcꝫ duces gregū ⁊ prelati alioꝝ (⁊ val=
les) id eſt humiles populi doctrina de monti=
bus fluente irrigati (abundabūt frumento) id
eſt cibo ſpirituali ⁊ fruge boni opis ⁊ ꝑpter iſta
beneficia eis collata (clamabunt) pre deuotio
ne deum laudantes (etenim hymnū dicent) in
gratiarum actione: dei beneficijs non ingrati.
Uel accipiendo de futuro (Benedicens coro=
ne anni benignitatis tue) id eſt ſanctos tuos re
munerabis que vt corona palme ⁊ victorie cir=
ca te ſtabunt ⁊ victorie ſignū erunt ⁊ exequitur
per partes dicens (⁊ campi tui) id eſt eccleſie iu
deorū quos ſpiritualiter extollebas ſicut cam
pos (replebunt̄ vbertate) id eſt eterna refectōe
(Pingueſcent) interna ſacietate (ſpecioſa deſ=
ti) id eſt eccleſie gentiū quia omnia perfecte ha
bebūt ⁊ (colles) id eſt martyres: qui campis id
eſt iuſtis virtute preminent paſſionis (exultatio
ne accingent̄) id eſt ex omni parte tam in ani=
ma q̄ꝫ in corpore ea circūdabunt̄ (Induti ſūt)
id eſt induentur ſtola iocunditatis et exultatōe
(arietes ouiū) id eſt duces animaꝝ quia ſimul
cum grege ſuo gaudebunt in eterna pace (⁊ val
les abundabunt frumento) quia obedientes et
humiles anime celeſti reficient̄ alimēto. Ipſe do
minus erit frumentū eorum: ipſe eſt enim vere
cibus animaruꝫ. Et ibi omnes non tam voce
et verborū ſtrepitu q̄ꝫ mente ⁊ cordis affectu in
leticia ineffabili (clamabunt) et eorum clamor
non niſi laus dei erit ideo ſubdit (eteni hymnū
dicent) id eſt laudes perpetuas pro diuerſoruꝫ
munerū donis. Unde alibi dicitur. Beati qui
habitant in domo tua dn̄e: in ſeculū ſeculi lau
dabunt te. Ergo incipiamus hic hymnū dice
re deo noſtro quatenus perfecte illum laudare
mereamur in futuro. Qui enim modo non in
cipit nec poſtmodū laudabit.

Oratio.

Tribue rex celeſtis vt nos erepti ab aridita
te peccati flumine miſericordie tue copioſi⁹ ir=
rigati pingueſcere mereamur vel hymnū cum
ſanctis tuis decantare poſſimus. Per do.

¶ Pſalmus de laude et gratiarū actio=
ne ꝓpter opera dei mirabilia ac ꝓ glorio
ſa martyrū et tribulatoꝝ victoria ac con
ſolatione diuina. ps.lxv.

# IUbilate deo om=
nis terra pſalmū dicite nomini eius
date gloriam laudi eius.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus hic ē
In finem canticū pſalmi reſurrectōnis canti=
cum quia eſt exultatio de reſurrectione capitis
que preceſſit: et corporis que futura eſt. pſalm⁹
quia ꝓ reſurrectione monet bene operari diri=
gens in finem id eſt in chriſtum vel in conſum
mationem future reſurrectōnis ſeu beatitudi=
nis. Materia: laus dei operaqꝫ ipſius mirabi
lia ac glorioſa martyrū victoria. Intentio: mo
nere fideles ad dei laudem ⁊ gratiarūʒ actionē
pro ſupradictis ⁊ vt corde voce et opere deum
laudent predicent ⁊ glorificent pro ſuis bene=
ficijs. Sententia in generali propheta in iſto
pſalmo in perſona eccleſie ſeu cuiuſlibet perfe
cti. inuitat vniuerſos fideles ad agenduʒ gra=
tias et ad laudanduʒ deum ꝓpter opera ipſius
mirabilia ⁊ pro glorioſa martyruʒ victoria lo=
quiturqꝫ de eorum muneruʒ oblatione ac poſt
martyrij triumphū diuina eorum conſolatio=
ne. Igitur ſicut ſupra ita et hic monet ad inſi=
ſtendum diuinis laudibus ⁊ gratiarū actioni=
bus alijs ⁊ alijs tamen ratōnibus ꝓponens ſe=
ipſum in exemplū ⁊ p̄dicans que bona ſibi fe=
cit dominus ⁊ quia ad illū ore ⁊ corde ſine ini=
quitate clamauit ꝓptera deus exaudiuit in quo
nos hortatur vt ſimiliter faciamus quaten⁹ ab
ipſo exaudiri atqꝫ eius miſericordiaʒ conſequi
mereamur. Sententia in ſpeciali. Eccleſia er=
go ſpe reſurrectionis leta vniuerſos ad canti=
cum ⁊ pſalmū inuitans ait (Iubilate deo) inef
fabili affectu ⁊ mentis exultatōe (omnis terra)
id eſt non ſolum iudea ſed de omni terra popu
li ad deum conuerſi quaſi diceret in vocem erū
pite gaudioꝝ ſi non poteſtis verboꝝ: nō enim
verbis iubilatur ſed ſolus gaudentiuʒ ſonitus
reddit̄ q̄ſi parturientis ⁊ parientis cordis. Eſt eni
iubilus gaudiū ineffabile quod nec taceri nec
exprimi poteſt. Et ſi iubilatis ꝙ (deus) audiat
(pſalmum dicite) id eſt pſallite ⁊ operamini ꝙ
homines opera veſtra bona percipiant et hoc
(nomini eius) vt in bono opere laudem domi
ni non veſtrā requiratis (date gloriā laudi eius)
nō induſtrie vr̄e vt ſicut ei iubilatis ⁊ opamini
ita ꝓ his in eo nō in vobis gloriamini. Et.

¶ Dicite deo q̄ꝫ terribilia ſunt opa tua do
mine: in multitudine virtutis tue men=
tientur tibi inimici tui.

Dicite deo laudando eum (q̄ꝫ terribilia ſūt
opera tua domine) deus ſcʒ myſteria incarna=
tionis id eſt ꝙ deus eſt homo factus ꝙ paſſus
ꝙ mortuus et huiuſmodi que feciſti et alia que
adhuc facere non ceſſas que poſſunt dici ama
bilia: ſed terribilia dicit vt non ſuperbiant ho=
mines ſed terreantur ⁊ timeant ſeqꝫ in vita emē
dent. Unde ſcd̄m conſiliū hieronimi quilibet
colligat ſibi in faſciculum a principio mundi
opera domini ſuauia in ſaluatione ⁊ retributō
ne bonorum ac terribilia in punitione ⁊ dāna
tione maloruʒ. Sed licet magnus et terribilis
ſis (in) tanta tamen (multitudine virtutis tue)
id eſt in multis virtutibꝫ ⁊ miraculis tuis (men
tientur) ⁊ mentiri non pertimeſcunt (tibi inimi
ci tui) qui nec ꝓmiſſa ſoluunt nec mandata ſer
uant. Illis ergo relictis.

¶ Ois terra adorat te et pſallat tibi: pſal
mum dicat nomini tuo.

Omnis terra) id eſt omnis generis homo
habitans in terra (adorat) id eſt adorando fi=
dem colat (te) qui verus es deus. Sed quia fi=
des ſine operibus mortua eſt recte ſubditur (et
pſallat tibi) id eſt bene operetur ad honorē tuū
(pſalmuʒ dicat) id eſt bonam operationē alijs
et ad aliorum inſtructionem predicet et hoc nō
ſibi ſed (nomini tuo) hoc eſt ad laudeʒ ⁊ gloriā
nominis tui vt quicq̄d boni fecerit ad hoc re=
ferat. Tunc quippe vtiliter deū adoramus quā
do culture fidei bonum opus in quo deus ho
noretur adiūgim⁹ atqꝫ alios nobiſcū q̄s poſſu
mus ad ſeruitutē dei v̄bo et exēplo trahimus.
Quod videt̄ hic facere cū ꝓtinus adiungit.

¶ Uenite et videte opera dei: terribilis in
cōſilijs ſuper filios hominum.

Uenite) omnes populi id eſt accedite paſſi
bus mentis affectibus amoris (et videte) id eſt
intelligite diligenter conſiderando (opera dei)
que fecit ſcʒ opera creatōnis: recreationis: retri
butionis et alia huiuſmodi vt habeatis mate=
riam laudis: qui eſt (terribilis in conſilijs) ha=
bitis (ſuper filios hominū) vt cuʒ mala bonis
et bonis mala concedit: vnum ex pura miſeri=
cordia ſaluat aliū ex iuſticia damnat iſti iraſci
tur illi parcit: vnuʒ ꝑ grauiſſimi martyrij penā

aliū magis leuiter ad regnū celoꝝ ꝑducit: vnꝰ
ex virtutibꝫ in finē ad vicia tendens ad infernū
ꝑ elationē corruit alius ex vicijs in virtutibꝫ fi
nem ꝯcludens ad celū ꝑ humilitatē leuat̄. Sȝ
quid fecit terrore cōſilij ſui declarat ſpecialiter
cum ſubiungit.

**Qui cōuertit mare in aridā: in flumine ꝑtranſibunt pede: ibi letabimur in ipſo.**

Qui cōuertit mare).i. mundū amarū (in ari
dam) vt aquā dulcē ſitiat qui ſalſa plenus erat
Vñ et dicit alibi aīa mea ſicut terra ſine aqua
tibi et illi ipſi qui in aridā ſunt cōuerſi cum eſ=
ſent antea amari (in flumine).i. in huius ſeculi
fluxibilitate vbi alij veniunt alij ſuccedunt (per
tranſibūt) delectatōes ⁊ preterfluentia rerū pe=
ritarū (pede) ſicco.i. facile et tute chriſto duce et
cum ꝑtranſierimus (ibi) iam flumine tranſacto
finita mortalitate ⁊ recepta incorruptōe (letabi
mur) vere et perfecte (in ipſo).i. in deo nr̄o quo
duce trāſiuimus quoniā videbimus eum ſicu
ti eſt et ipſe erit omnia in omnibꝫ id eſt ſufficien
tia omnium.

**Qui dominatur in virtute ſua in eternū oculi eius ſuper gentes reſpiciūt: qui ex aſperant nō exaltentur in ſemetipſis.**

Qui dñatur) omnibꝫ ⁊ hoc (in virtute ſua)
id eſt ꝓpria ita ꝙ nihil poteſt ei reſiſtere (in eter=
num nō tꝑaliter qꝛ ptās eius eſt eterna que nō
auferṫ (oculi eius ſuꝑ gentes) ſaluandas (reſpi
ciunt) miſericorditer.i. illuminat gentes. ꝙ eni
gentilitas credidit diuine mīe reſpectꝰ egit: que
cum eligiṫ iudea reprobaṫ. Vñ ⁊ ſubdiṫ (q̄ ex=
aſperant) deū vel ꝓuocant in iram ſcȝ iudei (nō
exaltenṫ) ⁊ deſināt gloriari (in ſemetipſis) in ge=
nere ⁊ in carnalibꝫ obſeruantijs ſed humilienṫ
in ſe vt exaltenṫ in chriſto. Et aſperitas iudeoꝝ
fuit ipſa infidelitas: fuit ſuꝑbia: ⁊ inuidia: fue=
runt praui mores et ꝟba aduerſus chriſtū ⁊ ec
cleſiā ȝ qui qm̄ in ſe elati fuerūt nō exaltari ſed
deijci a dño meruerūt. Cognitis iſtis oꝑibꝫ at
ꝙ acceptis tantis beneficijs admonet ad deū ȝ
benedicendū dicens.

**Benedicite gentes deum noſtrum et au ditam facite vocem laudis eius.**

Bñdicite gentes deū noſtrū) ipm̄ laudando
et ei grās rependendo ꝓ multis ⁊ magnis ſuis
bñficijs. Et nō ſolū apud vos ipos eū laudate
ſed ⁊ alijs (auditā facite) palā.i. ꝑdicādo annū
ciate et facite vt alij audiant (vocē laudis eius)
qua ſcȝ laudaṫ a vobis vt ⁊ ipi ad laudē ſil'em
inuitenṫ vt qui diligit deū diligat et ꝓximū an
nunciando ei qđ vtile eſt: ꝑtinet ḡ ad religionē
nr̄am ⁊ fidei culturā toto corde toto affectu de=
um noſtrū bñdicere laudare ꝑdicare. Et enu=
merat cauſas quare ꝑdicari debeat Ipe eſt eni

**Qui poſuit animā meā ad vitam: et nō dedit in cōmotionem pedes meos.**

Qui poſuit animā meaȝ) in ſe pctīs mortuā
(ad vitā) eam ſua morte viuificando ⁊ ꝑ grām
iuſtificando ne eam ꝑpetua mors ꝯſumeret et
vt in ipo viuat ⁊ qꝛ opus eſt ꝑſeuerātia ideo vt
ꝑſeuerē vſq ȝ in finē (nō dedit).i. nō ꝑmiſit dari
(in cōmotōeȝ) vt mouerenṫ in malū (pedes me
os) ⁊ affectus. Minus dicit nō dedit (in cōmo
tōnem pedes meos) ⁊ plus ſignificat.i. dedit vt
nō cōmoueanṫ pedes mei. Qui poſuit animā
meā de vita nature ad vitā grē in vitā glorie ipe
regit pedes meos ne nutēt ne a bono cepto bo
ni moueanṫ affectꝰ. Et neceſſe erat vt pedes no
ſtros regeret multa eni paſſi ſumus.

**Quoniā ꝓbaſti nos deus: igne nos exami naſti ſicut examinatur argentū.**

Qm̄ ꝓbaſti nos deꝰ) aduerſis.i. nobis ipis
⁊ alijs ꝓbatos oñdiſti nō ī pceps dediſti (igne)
tribulatōis (nos examiaſti).i. purgaſti ⁊ ſordes
abſtuliſti (ſicut examinaṫ argentū) nō in cinerē
vertiſti ſicut fenū ꝓbat dñs ſctōs ſuos ⁊ tribu=
lationū igne examinat nō vt cōſumat ſȝ vt ſor=
des purget et electos ab oī terrena ſorde ⁊ car=
nis delectatiōe mūdet carnis eni oblectamina
multū in aduerſis deficiūt. Et exponit ꝑ ꝑtes
ipas examinatōes cum ſubiungit.

**Induxiſti nos in laqueū: poſuiſti tribu latōes in dorſo noſtro: impoſuiſti homi nes ſuper capita noſtra.**

Induxiſti).i. induci ꝑmiſiſti (nos in laqueū)
nō q̄ decipit ſȝ q̄ ꝓbat.i. in vincula ⁊ carceres ſi
ue quaſlibet tentatōes (poſuiſti tribulatōes).i.
flagella ⁊ ꝑſecutōes tyrannoꝝ ſicut graue pon
dus (in dorſo nr̄o) vt ꝑ ſuꝑbiāȝ male erecti ad
hūilitatē curuemur (impoſuiſti) tua volūtate ꝑ
mittens (hoīes ſuꝑ capita nr̄a) vt capitales poſ
ſent dare ſn̄ias. Imponunṫ ⁊ mō hoīes ſuꝑ ca
pita nr̄a toleramꝰ q̄s volumus patimur aliqñ
ſuꝑiores q̄s nouimꝰ peiores. Et bonū eſt vt cō
ſideremus nos eē pctōres et ſic toleremꝰ impo
ſitos ſuꝑ capita nr̄a vt ⁊ nos confiteamur deo
qꝛ digne patimur Quid enim indigne pateris
qđ fecit q̄ iuſtus eſt. Quādo male viuis ſi par=
cit plus iraſciṫ. Omnino iſte tribulatōnes fla=
gella ſunt corrigentis ne ſit ſentētia punientis
Vnde et ſubdit.

**Tranſiuimus ꝑ ignē et aquam: et edu xiſti nos in refrigerium.**

Tranſimus per ignem ⁊ aquam)id eſt ꝑ aduerſa ⁊ ſuauia ꝑ ignem enim aduerſitas vrens per aquam ꝓſperitas corrumpens accipit) et eduxiſti nos)modo ſpe. vel(eduxiſti)id eſt educes ponendū preteritū ꝓ futuro ꝓpter certitudinem (in refrigeriū (paradiſi et in requiē eternā poſt eſtum tribulatōnū. Si ergo ⁊ nos a ſimili alicui⁹ nec eſtu nec pluuia a via ceſſantes nec proſperis nec aduerſis retardamur igneq; aduerſitatis nō crepamus ⁊ aqua ꝓſperitatis nō diſſoluimur ita vt nec nos aduerſa deijciāt nec ꝓſpera extollant in refrigeriū ⁊ requiem eternā tranſimus. Unde ſubdit et tranſactis tribulationibus.

**Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea que diſtinxerunt labia mea.**

Introibo)tandem re(in domum tuā)nō manufactā ſcȝ futurā ⁊ celeſtē ecce refrigeriū (i holocauſtis)bonoꝝ operū prius in preſenti exhibitis ꝓ quibus mihi premiū in domo tua dabis ⁊ tunc ſcȝ cum introibo(reddam tibi)cum angelis( vota mea)id eſt vota laudum que hic voueo et ꝓmitto(que)vota (diſtinxerunt labia mea)interiora id eſt que ratio mea omnib⁹ pretulit: vota ſua labijs interiorib⁹ ſancta eccleſia diſtinguit quia bona que deo offert mente ⁊ ratione diſcernit ab omni laude humana et terreno cōmodo ⁊ ab alijs ea diſiūgendo et nil preter deū in ipſis requirendo Nec ſolū vota voui in ꝓſperis. Sed etiam confeſſionē tenui in aduerſis. Unde ⁊ ſubdit.

**Et locutum eſt os meum in tribulatione mea.**

Et)que(locutū eſt os meum) tibi ꝓmittendo. q. d. ⁊ que non tm̄ corde ſed etiam voce ꝓfeſſus ſum me redditurū (in tribulatōne mea) non victus ea. Sancti enim martyres chriſtū confitebant in tormentis: quia ſpe erat eis tribulatio dulcis: chriſti inqunt ſerui ſumus chriſti fidem tenemus ꝓ chriſto mori deſideram⁹ Corde ergo tenenda eſt fides: ore ꝓpalanda eſt veritas. Corde enim credit ad iuſticiā: ore autē confeſſio ad ſalutē. Deinde oſtendit quomodo in domū dei introeat in holocauſtis et ipſa holocauſta exponit dicens.

**Holocauſta medullata offeram tibi cū incenſu arietum: offeram tibi boues cū hircis.**

Holocauſta medullata)id eſt pinguia ſuauia plena intus charitate ⁊ dulcedine(offeram tibi)non alij id eſt meipſum tibi offeram pingue ſacrificiū cum medulla et pinguedine charitatis et intimi amoris. Intus enim et ad tibi placendū charitas mihi eſt nō in ſuperficie ad placendū hominib⁹(cum incenſu arietū)id eſt cum mactatione ⁊ deſtructione motuū ſuperbie incenſa ⁊ conſumpta omni eius altitudine et rigore(offeram tibi)ſcȝ mactando ⁊ occidendo(boues) quib⁹ terra aratur id eſt motus auaricie ( cum hircis ) id eſt cum fetidis motibus luxurie hic in me vicia mactando. Et ita offeram tibi humilem obedientiā contra ſuperbiā pauꝑtatem voluntariā contra auariciā caſtitatem integrā contra luxuriā. rurſus ad alia beneficia intelligenda gentes inuitat.

**Uenite audite et narrabo omnes qui timetis deum: quanta fecit anime mee.**

Uenite)affectibus ⁊ paſſibus amoris(audite)auribus cordis(et narrabo)aperte vobis. o vos(omnes qui timetis deum) non eſt eni quibus narrē vbi timor dei nō eſt quia timor clauis eſt que aures aperit ſcȝ quāta beneficia preter illa que dicta ſunt(fecit anime mee)id eſt mihi vt ſciatis a ſimili ꝙ eadē faciet ⁊ vobis ſi vultis ⁊ per vos nō ſteterit vix poſſent explicari beneficia que fecit maxime tamen apparent in tribus ſcȝ in remiſſione peccatoꝝ in collatōe meritorum in retributione premioꝝ in primo recole ꝗ̄ indigno remiſit in ſcd̄o que gratuita cōtulit ⁊ quanta: in tercio ꝗ̄ incompabilia: preterea quid pro te pertulit qui ſacramenta tibi cōtulit. Deinde exponit ſpecialiter quanta ſibi fecit cum ſubdit.

**Ad ipſum ore meo clamaui: et exultaui ſub lingua mea.**

Ad ipſum ore meo clamaui)quaſi diceret inſpirauit ⁊ dedit vt ad eum clamarē ore meo qui prius ad ſimulacra ſurda et muta clamaui ore alieno. ſ. diabolico (⁊ exultaui ſub ligua mea) id eſt dedit vt clamando ore exultarē in corde: ſub lingua enim exultare eſt ex clamore vocis gaudium in corde concipere. Ipſe eſt verus clamor ad deum ſcilicet affectus cordis: ipſū publice predicaui ipſum in ſecreto confeſſus ſum quod in ore hoc ⁊ in corde habui. Ille clamat exultanter ſub lingua quem nō remordet conſcientia. Cuius autem conſcientia peccatrix eſt eius quoq; oratio inutilis eſt. Quod declaratur cum ſubditur.

**Iniquitatem ſi aſpxei in corde meo: nō exaudiet dominus.**

Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo)id eſt ſi dilexi: quaſi quadam ſimilitudine intendentē

intendens. Ea enī que diligimus libenter aſpi
cere ſolemus. Aſpicere ergo hic intelligit ocu=
los interiores ad iniquitatē reflectere per cōſen
ſum et delectationē. Quaſi enim aſpicit in cor
de iniquitas quando ea mentis oculis placet:
quando delectat: quando iam ipſa ratio appro
bat ꝛ amat (non exaudiet dominus) me vel pre
cem meam: oratio enim que pura non eſt non
auditur. Ergo non exaudiet deus precem cu=
ius et iniquitate corruptam cōſpicit mentem.
Ecce preponit iſte meritū vt diſcant alij labo=
rare prius q̄ȝ querant premium. Inde de pre=
mio ſubdit.

**Propterea exaudiuit deus: et attendit
voci deprecationis mee.**

Propterea) quia ad illū ore ꝛ corde ſine ini=
quitate clamaui ꝛ iniquitatē in corde meo non
aſpexi (exaudiuit deus) preces meas. hinc apo
ſtolus ait: ſi cor noſtrū non reprehenderit nos
fiduciā habemus quia quicquid poſtulaueri=
mus accipiemus (ꝛ attendit voci deprecatōnis
mee) ecce viciſſitudo quia intendentē intendit
deus in quo nos hortatur vt ſimiliter faciam⁹
quatenus a deo exaudiri atqȝ eius miſericordi
am cōſequi mereamur: hic inqȝ bona fecit ani
me mee ꝛ quia hoc ꝑcedit ex dei gratia et bene
ficio non noſtro merito ideoq̄ gratias illi agen=
do ſubiungit.

**Bn̄dictus deus: qui nō amouit oratōnē
meam et miſericordiam ſuam a me.**

Benedictus) ſit (deus) ꝓ ſuis beneficijs (q̄
non amouit orationē meam et miſericordiā ſu
am a me) id eſt qui perſeueranter me facit ora=
re vt non ab oratōne tepeſcam ꝛ perſeueranter
miſeretur vt in tribulatione non deficiam hec
duo connexa ſunt. Si enim a te non eſt amo=
ta oratio tua ſecurus eſto ꝙ nec ipſius miſeri=
cordia. Si non ſuſpenditur oratio non ꝓtela=
tur miſericordia. Ergo nō deficiam⁹ in oran=
do ſecuri de promiſſione quia ꝛ ſi differt quod
dandum eſt non tamen aufert: ꝓpterea precepit
dominus quia oportet ſemꝑ orare et nunquaȝ
deficere.

Oratio.

Inſinua domine mentibus noſtris gloriaȝ
laudis tue vt dum huius ſeculi incendia vita=
mus in eterna refrigeria te preſule tranſfera=
mur. Per dominum.

**Pſalmus de chriſti incarnatione ac
eius inter homines cōuerſatōe et mun=
di illuminatione ac de peccatorū et lau=
dis confeſſione.**

Ps. lxvi.

**DEus miſereatur no
ſtri ꝛ benedicat nobis illuminet vul
tum ſuū ſuꝑ nos ꝛ miſereat̄ noſtri.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus talis
eſt. In finem in hymnis pſalmus cantici da=
uid hoc eſt pſalmus iſte conuenit dauid ꝓphe=
te ſiue cuilibet fideli: qui ideo dicitur pſalmus
quia monet ad confitendū ꝛ bene operandū et
cantici quia eſt exultatio de illuminatōe vtriuſ
qȝ populi ꝛ de benedictione: pſalmus inquam
dirigens nos in finem id eſt in chriſtuȝ habit⁹
in hymnis. i. in laudib⁹ deo exhibendis. Quia
ergo in pſalmo precedenti dictū eſt de electōne
gentiū ꝛ repulſione iudeoꝝ ꝯſequenter hic agi
tur de coequatione vtrorūqȝ populoꝝ. Intelle
xit enim ꝓpheta illuminationē quā deus da=
turus erat toti mundo de qua omnes debem⁹
eum laudare ſūmo ſtudio. Materia: laus dei ꝓ
beneficio incarnatōnis chriſti ꝛ eius cōuerſa=
tione inter homines ꝛ illuminatōe mundi. In
tentio: monere fideles ad laudandū deū occa=
ſione predictoꝝ. Sententia in generali ꝓpheta
in iſto pſalmo in perſona ſua ſeu cuiuſlibet fi=
delis ſupplicat vt cum fidelibus mereatur be=
nedici ꝛ illuminari loquit̄qȝ de chriſti incarna
tione et conuerſatione inter homines et hortat̄
ad confeſſionē peccati ꝛ laudis. Sententia in
ſpeciali ꝓpheta ergo quia in precedēti pſalmo
monuerat nos benedicere deum quod nō poſ
ſumus niſi ipſe prior nos benedicat ideo hic p̄
catur benedici. Et quia vidit eſſe omnia bona
ex miſericordia dei ante omnia miſericordiā p̄
catur dicens (Deus) ſcȝ pater (miſereat̄ noſtri)
prius culpam tollendo et peccata dimittendo.
(et) poſtea (benedicat nobis) gratiam conferen
do et bona augendo: prius enim miſeret̄ deus
erranti reducendo eum ad viam poſtea benedi
cit multiplicando virtute et merito (illuminet
vultū ſuū ſuper nos) id eſt manifeſtet filiū ſuū
nobis eum in carne mittendo ꝛ cognoſcere fa=
ciendo qui dicit̄ vultus ꝛ imago patris: ꝑ filiū
enim repreſentat̄ pater ſicut ipſe ait: q̄ videt me
videt ꝛ p̄rem (miſeratur noſtri) dona ſua in no
bis conſeruando. Nō p̄miſerat repetit vtrūqȝ
eſt enim nobis neceſſariū vt miſericordia eius
nos p̄ueniat et incipiat ꝛ miſericordia eius ſub
ſequatur ꝛ conſeruet. Et conuertit ſe ad deū di
cens. Iſta peto ad hoc.

**Ut cognoſcamus in terra viam tuam:
in omnibus gentibus ſalutare tuū.**

Ut cognoſcamus) o deus (in terra) id eſt in
hac vita (viam tuam) id eſt per quam ad te va=

leamus pertingere id eſt chriſtuꝫ qui tanqꝫ via ducit ad te et patriam. Quod exponit plenius dicens (in omnibus gentibus) vbiqꝫ terraruꝫ conſtitutis ecce in qua terra (ſalutare tuum) ſcꝫ filium tuũ quo ſaluemur ⁊ qui eſt ſalus omniũ ecce quam viam id eſt vt cognoſcamus eandẽ viam non vniuſcuiuſlibet ſed omniũ gentium eſſe ſalutẽ quia non eſt iudeoꝝ tm̃ ſaluator ſed etiam gentiũ. Et quia iam cognouerũt ideo ꝓ directione.

**Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.**

Confiteantur tibi populi) o (deus) peccata ſua hoc eſt ſe accuſent ⁊ in ſe refundant peccata ſua ad honorẽ tuum (confiteant̃ tibi) ⁊ laudem tuam: hoc eſt te laudent et tibi merita ſua aſcribant ⁊ non tm̃ populus vnus vel populi terre vnius ſed (populi omnes) quia ad gratiã inuitantur omnes ne dicatur eccleſia nõ vbiqꝫ diffuſa prius ſe accuſent et cõtemnẽt vt ſic poſtmodum digne te laudent. Quid times confiteri o homo qui non confitendo eſſe non potes occultus. Damnaberis tacitus qui poſſes liberari confeſſus. Ad hoc exigit deus confeſſionẽ vt liberet deus humilem. Et quia iſta cõfeſſio non ad ſuppliciũ ducit ſed ad gaudium ſequitur ⁊ dicit.

**Letentur et exultent gentes: quoniã iudicas populos in equitate et gentes in terra dirigis.**

Letentur) anima intus gaudendo (et exultent) corpore extra hilares ſe oſtendendo quia ſaluantur in vtroqꝫ (gentes) in eo qui cõfeſſos liberat et ſuperbos damnat qui enim iam confeſſi ſunt non timent futura iudicia tanquã ibi damnandi quia eis chriſtus eſt aduocatus indultor non vindex vltor. Unde leo papa. non remanet in iudicio condemnandum quod hic fuerit confeſſione purgatũ: ⁊ ſubdit quare) quoniam iudicas) id eſt iudicabis in futuro (populus in equitate) reddendo ſingulis ſcd̃m merita ſua. Et quia ꝓpter hoc non multũ laudaretur: niſi enim miſericorditer in hac vita etiã homines viſitaret omnes damnarentur ideo adiecit (et gentes in terra) id eſt nunc in preſenti vita (dirigis) vt recte viuendo ambulent ⁊ ad eternam ſalutẽ pertingant et hoc exemplo vite verbo doctrine: ⁊ auxilio gratie.

**Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.**

Confiteantur tibi populi deus: confiteant̃ tibi populi omnes) et beneficiũ ſue ſalutis a te recognoſcant: repetit eundem verſum in exhortatione ſed aliam cauſam ſubdit dicens. quia (terra) id eſt maria virgo beata (dedit fructum ſuum) id eſt genuit ⁊ ꝓtulit filiũ ſcꝫ chriſtũ qui eſt ſemen in quo eſt benedictio omniũ gentiuꝫ. Et in hoc fructu ⁊ ſemine. Benedicat nos ⁊c̃. vel (terra) que prius ſterilis ſpinas et tribulos germinabat ſcꝫ homo vel eccleſia vocatõne diuine maieſtatis ⁊ miſericordie modo in aduentu filij (dedit) confitendo (fructum ſuum) id eſt bona opera ſcꝫ fructũ triceſimũ ſexageſimũ et centeſimũ ſed non niſi per benedicentẽ deum. Ideo vt fructũ demus.

**Benedicat nos deus deus noſter benedicat nos deus: et metuant eum omnes fines terre.**

Benedicat) et (nos) conferendo gratiam in preſenti ⁊ gloriam in futuro (deus) pater (deus noſter) ſcꝫ filius vbi adijcit noſter quia vocatur emanuel id eſt nobiſcũ deus (bñdicat nos deus) ſpiritus ſanctus atqꝫ etiã multiplicet in benedicendo. Benedictio enim in multiplicatione ſolet maxime et ꝓprie intelligi: per hoc ꝙ ter dicit deus notatur trinitas perſonarũ per hoc ꝙ ſingulariter dicit eum ⁊ non eos notatur vnitas ſubſtantie vnde ſequitur (et metuant eum) ſcꝫ deum timore filiali (omẽs fines terre) id eſt habitantes in omnibus finib' terre quia veniet iudex qui ꝓus venit humilis: agnoſcamus humilem vt non expaueſcamus excelſum quaſi diceret ſic abundanter in nomine chriſti benedicat nos deus vt filijs ſuis adoptis in regnum ſuum coheredibus vnigeniti filij ſui impleat vniuerſam faciem terre. Bene autem ait et metuant eum quia nulla eſt in hoc mũdo vera ſecuritas. Ecce metus dei inter alia beneficia poſtulatur vt credita caute cuſtodiant̃: timor dei incipit et conſũmat. Qui timere nouit amare non deſinit. Beatus homo qui ſemper eſt pauidus: neſcit homo diem neqꝫ horam qñ tranſeat: neſcit vtrum amore an odio dignus ſit. Timeamus ergo deum timeamus iudiciũ eius vt poſtea ſecuri eſſe valeamus.

Oratio.

Illumina domine vultum tuum ſuper nos benedictionẽqꝫ perpetuã nobis largire vt confitentes tibi in timore ſancto fructũ iuſticie coram facie maieſtatis tue reportare mereamur. Per dominum.

**Pſalmus de chriſti incarnatione paſſione reſurrectõe aſcenſiõe ſpiritus ſan/**

cti miſſione et aliȷs beneficȷs ſuis mul-
tis ac de gratiarū actione ꝓ ipſis.

ps.lxvij.

Exurgat de⁹ et diſ
ſipentur inimici eius: et fugiant qui
oderunt eum a facie eius.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid Titulus hic ē
In finem pſalmus cantici dauid id eſt pſal-
mus ille qui eſt cantici id eſt exultationis quia
proponit nobis myſteriuꝫ noſtre reparationis
attribuit dauid ꝓphete qui hic loquitur atten-
denti in finem id eſt chriſtū ꝑ quem complen-
da nouerat que in pſalmo canunt. Igit quia
ſupra breuiter tetigit de chriſti incarnatōe hic
iam latius pſequitur myſteriuꝫ noſtre repara-
tionis eſt nanqꝫ pſalmus ille refertus euange-
licis ſacramentis. Inuitat autem ꝓpheta om̄s
futuros filios eccleſie vt attendentes beneficia
collata eis per chriſti paſſionē et reſurrectionē
et cetera tantam gratiā non inuacuū recipiant
nec ingrati ſint ſed hanc gratiam voce ⁊ opere
celebrent et in eadem gratia in domino exultēt
Materia: chriſti incarnatio: paſſio: reſurrectio
inimicoꝝ cōfuſio: chriſti aſcenſio: ſpiritus ſan-
cti miſſio: euangelȷ predicatio: eccleſie ꝑ om̄es
gentes dilatatio: beneficiaqꝫ ſequentia ad hec
predicta Intentio: monere ad leticiā ⁊ canticū
exhis deo debituꝫ vt chriſto cantemus ⁊ eum
exultemus. Sententia in generali propha in
iſto pſalmo loquitur de chriſti incarnatōe: paſ
ſione reſurrectōne: inimicoꝝ ſuoꝝ confuſione
et annihilatione: de chriſti aſcenſione: ſpiritus
ſancti miſſione: apl'orum predicatione: pecca-
torum conuerſione: eccleſie profectu ⁊ lauda-
tione: aduerſarioꝝ depreſſione: et increpatione
ac ꝓ beneficȷs exhibitis gratiarū actōe. Sen
tentia in ſpeciali ꝓpheta ergo precans chriſtuꝫ
per reſurrectionem exaltari ait. (Exurgat) id
eſt reſurgat (deus) ſcꝫ chriſtus a morte ⁊ (diſſi-
pentur) hic in reſurrectione chriſti ⁊ poſt in fu-
turo iudicio (inimici eius) ſcꝫ iudei quorū ali-
qui fuerunt interfecti ⁊ alȷ per totum munduꝫ
diſperſi ⁊ (qui oderūt eum) ſcꝫ ꝑtinaces in ma
lo (fugiant) modo terrore cōcuſſi (a facie eius)
id eſt a preſentia ſua non loco ⁊ corpore qꝛ de-
us preſens eſt vbiqꝫ ſed metu animi ⁊ volunta
te ſcꝫ nō latendo ſed timendo. Et eſt graue ma
ledictum ⁊ horrenda increpatio vt velint ⁊ co-
nentur qđ nullatenus fieri poteſt vl' (fugiāt) in
futuro (a facie eius) tanquam aſpectu eius in-
digni ſicut ſcriptū eſt tollatur impius ne vide-
at gloriam dei hec debet eſſe vox chriſtiani cō
tra omnē tentationē et tribulationē inimici ſcꝫ
exurgat deus ⁊c̄.

Sicut deficit fumus deficiāt: ſicut fluit
cera a facie ignis ſic pereant peccatores
a facie dei.

Sicut deficit fumus) ex flamma ꝯſurgens
qui quanto altius aſcendit tanto amplius eua
neſcit ſic (deficiant) mō iudei a poteſtate ⁊ glo-
ria qui ſicut fumus ex igne odiorum ꝓcedens
contra chriſtū ſe extulerunt ⁊ inde mox euanue
runt ⁊ (ſicut fluit cera a facie ignis) quo diſſol-
uitur et conſumit (ſic pereāt peccatores a facie
dei) in futuro. In iudicio enim tollentur mali
a facie dei qui erit ignis ad penā impioꝝ ⁊ lu-
men iuſtoꝝ. poſtquam oſtendit de chriſti exal
tatōne quid contingat malis ꝯſequenter oſten
dit quid de eadem ꝓueniat bonis dicens.

Et iuſti epulentur et exultent in cōſpe-
ctu dei: et delectentur in leticia.

Et) econtra (iuſti epulentur) id eſt reficiant
ipſo ſcꝫ deo et iocundent contemplatione eius
hic et in futuro quaſi in epulis poſiti vt qui in
vinea laborauerūt reficiant in delicȷs guſtan
do dulcedinē diuine bonitatis (et exultent) nō
coram hominib⁹ per vanitatem iactantie ſꝫ in
conſpectu dei modo per ſerenitatē conſcientie
quam dominus inſpicit ſine errore ⁊ in futuro
pro ſpecie exultabunt quia ipſum facie ad fa-
ciem videbunt (et delectent) hic (in leticia) de
beatitudine ꝓmiſſa et in futuro de beatitudine
iam adepta. Deinde ſe ad ipſos conuertit qui-
bus tantā ſpē dedit ⁊ hortat eos dicens. Ergo

Cātate deo pſalmū dicite nomini eius
iter facite ei qui aſcendit ſuꝑ occaſum:
dn̄s nomen illi.

Cantate deo) per mentis deuotionē ei bene
viuendo (pſalmū dicite nomini eius) id eſt bo
num affectū bonis operibus approbate in glo
riam eius recte operando ⁊ etiam (iter facite ei)
ad intrandū in vobis ⁊ in alȷs corda auditoꝝ
predicatōne ei aperiendo ⁊ peruia faciendo ac
veſtra ei purificando ⁊ parando (qui aſcendit
ſuper occaſum) quia reſurgendo caſum corpo
ris et mortem vicit ⁊ ſuper hoc qꝛ occidiſſe pu-
tatur omnib⁹ excellentior factus vbi etiam oc-
caſus viciorum ⁊ peccatoꝝ fuerit ibi ipſe ſol iu
ſticie oritur et aſcendit. Et debetis iter ei facere
qꝛ (dominus) eſt (nomen illi) eſſentiale hoc no-
men ſingulariter illi cōgruit quia ipſe ſolus in
celo et in terra per ſe dominat. Et nemo poteſt
dominari niſi per ipſum. Et ſi faciendo iter oc
currunt triſtia.

Exultate in conſpectu eius: turbabunt

a facie eius patris orphanoꝝ et iudicis viduarum.

Exultate) non tm̄ nō deficiatis (in cōſpectu eius) non hominū.i. in cōſcientia vbi deus videt ⁊ in conſideratione premij futuri que erumnas mitigat ſpe gaudentes in tribulatiōe pacientes qꝛ mali qui vos modo cōturbant in cōſpectu hominū (turbabunt) in iudicio (a facie eius) ſcꝫ (patris orphanoꝝ ⁊ iudicis viduaꝝ) cum eis dicet ite in ignē eternū. q.d. nō eſtis deſtituti vt putat. Ipſe enim vt iuſtus iudex turbat impios vt pius pater defendit ⁊ colligit viduas et orphanos quibꝰ mortuus eſt maritus mundus ⁊ pater diabolus ac mater cōcupiſcētia. De his orphanis et viduis.i. ſpei ſecularis ſocietate deſtitutis dn̄s ſibi templū fabricat de quibus conſequenter dicit.

Deus in loco ſancto ſuo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.

Deus) eſt (in loco ſancto ſuo) ſcꝫ in iuſtis et ſanctis quem locū euidētius oſtendit cum ſubdit (deus qui inhabitare facit) et ſimul colligit plures homines (vnius moris) id eſt vnanimes vnum ſentientes ⁊ vnius voluntatis ſcd̄m fidem ⁊ charitatē (in domo) id eſt in vna eccleſia. In talibꝰ eſt deus tanq̄ in loco ſancto ſuo. Nam ſicut in magna hominis domo nō in q̄licunq̄ loco eius requieſcit dn̄s eius ſed in aliquo ſecretiore ⁊ honoratiore loco: ſic deus nō in omnibꝰ habitat qui in domo in qua et vaſa contumelie ſunt ſed in his tm̄ qui vnanimiter et concorditer viuunt. Nec hoc ſuis viribus et meritis aſcribere debet qꝛ deus ſola ſua gratia hunc locū edificat. Unde ſubdit.

Qui educit vinctos in fortitudine: ſilr̄ eos qui exaſperant qui habitāt in ſepulchris.

Qui educit) per confeſſionē de fouea culpe ad ſtatū gratie (vinctos) ⁊ ligatos a diabolo in peccatis qui volunt ambulare nec poſſunt ſed dn̄s taliū ſoluit vincula peccatoꝝ ⁊ hoc (in fortitudine) ſua ꝑ quam fortes ſunt qui ante non erant (ſimiliter) educit de peccatis (eos qui exaſperant) id eſt ad iram ꝓuocant.ſ. deū ſupbe ſe excuſando et publice gloriando eos etiam educit (qui habitāt) ⁊ morātur (in ſepulchris) id ē in feda conſuetudine peccandi tanquā ſepulti et in peccatis obſtinati tanquā lapide male cōſuetudinis preſſi. Iſti ſunt tres mortui q̄s dn̄s ſuſcitauit. Et hoc qđ modo ſpiritaliter adimpletur ⁊ figuraliter oſtendebat vere ergo domine educes nam ⁊ prefiguratū eſt qꝛ D.

Deus cum egredieris in conſpectu populi tui: cum ꝑtranſieris in deſerto.

Deus cū egredieris in cōſpectu populi tui) exeuntis de egypto ꝓcedendo ſcꝫ ꝑ diem in columna nubis ⁊ ꝑ noctē in columna ignis (cū ꝑtranſieris in deſerto) ducendo populū tuum per deſertū vſq̄ ad montem ſynai.

Terra mota eſt: etenim celi diſtillauerūt a facie dei ſynai a facie dei iſrael.

Terra mota eſt) moueri enim ⁊ tremere videbatur mons ſyna deo deſcendente in eū (etenim celi diſtillauerunt) pluuiā vel māna qđ in modū ſtillicidij de celo deſcendit (a facie) id eſt preſentia (dei ſynai) id eſt dei habitātis in illo monte (a facie dei iſrl̄) id eſt dei cuiꝰ erat populus iſrael. Tu qui tanta miracula tūc feciſti facies quoq̄ quod ſubiunctū eſt qꝛ pluuiā volūtariam ⁊c̄. Cum ergo o (Deus egredieris in cōſpectu populi tui) id eſt cum appareres hominibus per opera incarnationis et in operibus tuis innoteſceres his qui nouerunt opera tua intueri ⁊ gratiam tuam intelligere qui ſunt populus tuus ⁊ cum (ꝑtranſieris) ⁊ venires (in deſerto) gentiū id eſt cum predicareris in gentibꝰ que deum ignorabant ⁊ quaſi deſertū ſine deo erant. (Terra mota eſt) id eſt terreni homines ad fidem excitati ſunt (etenim celi) id eſt apoſtoli ⁊ predicatores (diſtillauerūt) pluuiā verbi dei et gratiā non a ſe ipſis ſed (a facie dei ſynai) id eſt a preſentia dei eos inhabitantis qui legem dedit in ſyna (a facie dei iſrael) id eſt populi videntis deum qui etiam auctor eſt noui teſtamēti. Et ſicut celi diſtillauerunt manna ſic tu.

Pluuiam voluntariā ſegregabis deus hereditati tue: et infirmata eſt: tu vero ꝑfeciſti eam.

Pluuiā voluntariā) id eſt gratiā gratuitā (ſegregabis).i. ſeg regatim ⁊ ſingulariter dabis o (deus hereditati tue).i. eccleſie tue ſcꝫ fidelibꝰ pluuia volūtaria merito gratia dei intelligitur quia nullis precedentibꝰ meritis ſola dei volūtate gratis dat. q.d. multomagis nūc eccl'iā q̄ eſt hereditas tua tuo ſanguine redempta rigabis voluntarie pluuia gratie tue et hac pluuia ꝑcepta (infirmata eſt) ipſa hereditas.i. agnouit infirmitatē ſuā ⁊ ſe nihil eſſe ꝑ ſe ipſam ⁊ nō viribus ſuis ſed gratie dei tribuenduꝫ eſſe qđ eſt (tu vero perfeciſti eam) quia virtus in infirmitate perficitur: infirmata eſt in ſe vt perficiatur in te.

Animalia tua habitabūt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi deus.

Animalia tua).i. tibi ſubdita.ſ. mites ⁊ manſueti quibus iugum dei ſuaue eſt et onus leue

qui in eccleſia nutriuntur corporali cibo ſacre
ſcripture verbo ⁊ eucbariſtie ſacramento (habi
tabūt in ea). ſ. hereditate ⁊ eccl'ia q̄ꝛ intra ſctām
eccl'iam humiliter viuendo pſeuerant. Et hāc
pluuiā (paraſti in dulcedine tua pauperi) ſpiri
tuali de ſe nō preſumenti o (deus) qui paupe=
res ſpiritu diligis. i. gratiā tuā humilibꝫ qui ſe
infirmos reputant cōtuliſti nō ex ſuis meritis
ſed ex ſola dulcedine tue charitatis Et apte ait
in dulcedine q̄ꝛ nil dulcius eſt charitate. Dein
de oſtendit paratōnes quas pauperi ſuo deus
fecit dicens.

**Dn̄s dabit verbū euangelizantibꝫ virtu
te multa.**

Dn̄s dabit) et miniſtrabit (verbū) doctrine
hec ſunt cibaria que ſuis animalibꝫ in ſua he=
reditate largitur deus vt paſcantur eis hec dul
cedo pluuie in paupes dei defluxit que ab ore
euangelizantiū iubente deo preceſſit (euange
lizantibus). i. predicantibꝫ (in virtute multa) h̄
eſt in magna conſtantia fidei: occidi enim poſ=
ſunt ſed flecti nequeunt. Uel (euangelizantibꝫ
in virtute m'lta). i. predicatoribꝫ virtuoſis ⁊ m'l
ta virtute fulgentibꝫ. Et ſubiūgit quis dn̄s da
bit verbū ſcꝫ.

**Rex virtutū dilecti dilecti: et ſpeciei do
mus diuidere ſpolia.**

Rex virtutū) mentis ⁊ miraculoꝝ (dilecti di
lecti) ſcꝫ vnici filij id eſt pater qui eſt rex virtutū
que virtutes etiā ſunt filij. Et bene rex virtutū
dicit̄ q̄ꝛ ab eo regitur eiqꝫ militat virtus a quo
datur: ⁊ repetitio dilecti dilecti ꝑtinet ad com=
mendatōnē filij ſup oīa ſemꝑqꝫ dilecti. Dilecti
inqꝫ nō ſolū ad alia ⁊ vtrunqꝫ ſed et (diuidere)
id eſt ad diuidendū (ſpolia). i. ereptos a diabu
lo quos diuiſit alios ap'los alios ꝓphas alios
paſtores ⁊ doctores faciendo ⁊ hoc ipſi (ſpeciei)
id eſt ad ſpeciē (domus) ſcꝫ militātis eccl'ie ſpe
cioſam quippe domū. i. eccl'iam chriſtus fecit
diſpenſando diuerſos eccl'ie gradus et diſtri=
buendo gratias ſpecioſitati eiꝰ aptas ſicut cor=
pus eſt ſpecioſum diſtributōe membroꝝ. Et o
vos de quibus fit ſpecies domus.

**Si dormiatis inter medios cleros: pen
ne colūbe de argentate: et poſteriora dor
ſi eius in pallore auri.**

Si dormiatis inter medios cleros) ⁊c̄. Ubi
ſciendū q̄ cleros grece eſt ſors latine ⁊ ſortes ex
dei ꝑmiſſione ꝑtes hereditatis vocant̄ que po=
pulo ſunt diſtribute. Un̄ ꝑ cleros hic ipſas he
reditates intelligimus quarum vna in veteri te
ſtamento ⁊ altera in nouo ꝓmittitur terrenam
ſcꝫ et celeſtē. Dicit ergo (ſi dormiatis) id eſt ſi a
ſtrepitu ſeculari remoti quieſcatis (inter medi=
os cleros) id eſt inter mediū cleroꝝ hoc eſt in=
ter duas hereditates terrenā ſcꝫ ⁊ celeſtē. Terre
nam non ardenter appetendo ⁊ celeſtem patien
ter expectando. vel ſi vſqꝫ ad mortē pſeueretis
in contemptu terrenorū et appetitu celeſtiū hoc
enī eſt dormire inter medios cleros. i. inter me=
dias hereditates nōdum iure ſed in ſpe celeſtis
hereditatis habitare et a terrene felicitatis iam
cupiditate conquieſcere. Cum autē venerit qđ
ſperamus nō iam inter duas hereditates req̄e
ſcimus ſed in noua ⁊ vera cuius vetus erat vm
bra regnabimus tunc vos eritis (penne colū=
be de argentate) id eſt ornamentū ⁊ exaltatio ec
cleſie q̄ꝛ ſicut columba ꝑ pennas ſublimat̄ ita
eccleſia per veſtra exempla ad celeſtia volitat et
laudibus exaltat̄. Sancta eccl'ia merito dicit̄
columba q̄ꝛ fel amaritudinis nō habet ⁊ quia
virtute ſimplicitatis pollet. Eſt autem de argē
tata quia diuinis eloquijs erudita que alibi di
cunt̄ argentū igne examinatū) ⁊ poſteriora dor
ſi eius) id eſt dorſuꝫ columbe quod eſt pars po
ſterior vbi portat̄ ſarcina erunt (in pallore au=
ri) id eſt in nitore ſapientie ꝑ quem nitorē intel
ligimus charitatē color enim ⁊ decor ſapientie
diuine eſt charitas que oīa ſuffert et inuicem
onera portare facit. Quia quicquid portat ec=
cleſia quicquid tolerat totum in amore totum
in ſapiētia totū in hilaritate facit: corde eſt ſim
plex verbo lucida opere preclara. Si ergo dor
miatis eritis penne quod non eſt niſi per chri=
ſtum quia.

**Dum diſcernit celeſtis reges ſuper eaꝫ
niue dealbabuntur in ſelmon: mons dei
mons pinguis.**

Dum diſcernit) id eſt ordinat ⁊ conſtituit (ce
leſtis) antonomaſice id eſt chriſtus dei filius q̄
aſcendit ſuper omnes celos (reges) id eſt docto
res vel rectores et prelatos qui bene regant ⁊ ſe
et alios (ſuper eam) ſcꝫ columbā id eſt eccl'iam
ipſi rectores vt diſcernant̄ et etiam alij homies
(dealbabunt̄) per remiſſionē peccatoꝝ (niue)
id eſt ſuper niuem et incompabiliter q̄ꝛ maior
eſt dealbatio mentis q̄ꝫ corporis ⁊ hoc nō me=
ritis ſuis ſꝫ (i ſelmon) qđ interꝑtat̄ vmbra. i. in
vmbra grē refrigerātē ab eſtu vicioꝝ q̄ꝛ ꝑ gra
tiam que in chriſto eſt mundantur a maculis
peccatorum. Et cōmendans eccceleſiaꝫ ſubdit
(mons dei) ſcꝫ eccl'ia eſt (mons pinguis) id eſt
vber et fertilis ꝓpter abundantiā gratie diuine
et vnde aque irrigue et ſuaues fluunt quotidie
Nec ſolū in ſe pinguis eſt ſed ⁊ de ſe alios im=
pinguat vnde ⁊ ſubditur.

**Mons coagulatus mons pinguis: vt quid ſuſpicamini montes coagulatos.**

Mons coagulat⁹) vel incaſeatus ꝓpter paruulos quos teneriori doctrina ⁊ gratia tanquã lacte nutriuit( ⁊ mons pinguis) propter maturos quos ſolidiori doctrina et donoꝝ excellentia tanquã pane cibat. Et qꝛ talis eſt mons iſte ( vt quid) ergo vos gentiles idolis ſeruientes. (ſuſpicamini).i. falſo creditis alios(mõtes coagulatos).i. loca ſalutis extra eccl'iam eſſe. ſ. templa veſtra ⁊ idola: Et certe nõ debetis nam iſte ſolus eſt.

**Mons in quo beneplacitũ eſt deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.**

Mons in quo beneplacitũ eſt)⁊ placuit(deo habitare in eo) ſcꝫ militans eccl'ia nec habitat in eo deus ad temp⁹ (etenim dñs habitabit in finem) ⁊ ſemper cum ea. Unde ipſe ait: ecce ego vobiſcũ ſum omnib⁹ dieb⁹ vſqꝫ ad conſummationem ſeculi. Uel cõmendans montẽ ſelmon ſubdit. Iſte ſelmon eſt (mons dei) chriſtus eni prerogatiue dicit̃ mons dei patris ꝑ eminentiam diuinitatis(mons pinguis)in tantũ vt in eo corporaliter habitaret omnis plenitudo diuinitatis. Nec ſolũ ⁊c̃. vtſ. Iſte mons eſt qui omnes paſcit quem ne quis audeat ceteris cõparare ſubdit(vt q̃d ſuſpicamini mõtes) alios (coagulatos).i. predicto mõti comꝑabiles ,q. d. nolite hoc qꝛ chriſtus eſt ille( Mons in quo beneplacitũ eſt deo )patri(habitare in eo) qꝛ in eo habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: ⁊ vere placuit(etenim dñs).i. verbuꝫ (habitabit)cũ hoīem chriſtũ(in finẽ)⁊ ſemꝑ qꝛ ꝑſonalr̃ ei eſt vnit⁹. Et qꝛ dñs in habitat eccl'iã vl' mõs chriſtus alios montes ipa eccl'ia ſeu fideles fiunt et ſunt quodãmodo.

**Currus dei decẽ milib⁹ multiplex: milia letantiũ: dñs in eis in ſynai in ſancto.**

Currus)⁊ vectores(dei)portando deum qꝛ vnanimes et copulati charitate ꝑ quos vehit̃ deus in vniuerſum mundũ et quos ad miniſterium ſue voluntatis moderat̃ quoſqꝫ manendo in eis ⁊ regendo ſicut bonus auriga ꝑducit in ſe finem et currũ ad deſtinatũ locũ et ille currus eſt(multiplex decem milib⁹)ponit finitũ ꝓ infinito.i. ex innũeris ꝑpl'is ſanctoꝝ ⁊ fideliũ q̃ ſancti ſunt(milia letantiũ).i. multi ſpe gaudentes donec ꝑducantur in finẽ nec mirũ q̄ letent̃ qꝛ iam (dñs)eſt(in eis)adiutor in tentationib⁹ qui erit ⁊ finis conſũmationis et hoc (in ſynai in ſancto) .i. in implendo mandato qđ ſanctũ eſt adiuuans eos vt faciãt mandatũ. Quid eni ꝓdeſſet mandatũ niſi dñs ibi eſſet qui dat velle ⁊ operari ad ꝑficiendũ. Uel(in ſynai in ſancto).i. impleto ſc̃tõ mandato: ſyna enim mons eſt in quo data eſt lex ⁊ interpretat̃ mandatũ in quo completo requieſcit dñs qꝛ in ſanctis mandatis impletis dei pñtia ſolet cõtueri. Deinde cõuertit ſe ad dñm qui hec fecit ⁊ quomodo ſit factum oſtendit dicens.

**Aſcendiſti in altuꝫ cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominib⁹.**

Aſcendiſti in altũ) q.d. dñs eſt in eis ꝑ gratiam hanc aũt vt dares(aſcendiſti)o chriſte(in altum)loco ⁊ dignitate ſcꝫ ſuꝑ omnes celos ad dexterã patris et(accepiſti) priuſqꝫ aſcenderes (captiuitatẽ).i. illos qui in limbo captiui tenebantur eos tecũ ad celeſtia deducendo. Uel(cepiſti captiuitatẽ).i. genus humanũ qđ diabolus ꝑ pctm̃ captiuauerat redemiſti ⁊ ſub te feliciter captiuaſti ⁊ (accepiſti)a deo patre et a tota trinitate(dona)⁊ chariſmata ſpiritaliũ gratiarum(in hominib⁹)ꝑ fidem ad te accedentibus poſtmodũ refundenda et eis donanda accepit vt homo dat vt deus ⁊ qđ accepit hominib⁹ accepit vt dei. Ipſe enim plenus eſt ⁊ nihil indiget. Et vere cepiſti captiuitatẽ ⁊ accepiſti dona in hominibus.

**Etenim nõ credentes: inhabitare dominum deum.**

Etenim)accepiſti(nõ credentes inhabitare dñm deum).i. vt homines prius nõ credentes in vnũ deũ habitent̃ per eum. Non credentes ipſi ſunt captiuitas: nõ credendo enim poſſidebantur a diabolo. Fides eos inde liberauit ⁊ ꝑ dona ſpiritus ſancti factũ eſt vt iam credentes inhabitent̃ a deo facti domus dei ⁊ currus dei miliũ letantiũ. Iſti ſunt quos feliciter captiuauit ⁊ currũ ſuũ fecit. Ergo qꝛ chriſtus aſcendit in altuꝫ ⁊ quo preceſſit faciet nos ſequi ꝓpha q̄ hec predicta canebat in ſpiritu ea ꝓuidens impletus ⁊ ipſe leticia eructauit hymnũ dicens.

**Bñdictus dñs die quotidie: ꝓſperũ iter faciet nobis deus ſalutariũ noſtroꝝ.**

Benedictus)ſit(dñs)creator a creatura(die quotidie).i. per ſingulos dies aſſidue ⁊ iugiter laudet̃ a fidelib⁹ vſqꝫ in finem qꝛ quotidie captiuos captiuat vt ipſe eos poſſideat ⁊ qꝛ currũ illũ duci vidit in finem ſcꝫ in eternũ addit (ꝓſperum iter)eundi ad ſe(faciet nobis)qui currus eius ſumus(deus ſalutariũ noſtroꝝ).i. auctor ſaluationũ noſtrarũ qꝛ ipſe iter noſtrũ dirigit ad ſalutẽ ⁊ ab ipo ſaluamur. Et bene dixit pluraliter ſalutariũ qꝛ de quantis pctis ⁊ ꝑiculis nos liberat tot ſalutes nobis donat et qꝛ

duplex eſt ſalus ſcꝫ gr̄e ⁊ glorie. q. d. faciet nobis curſum vite ꝓſperū cū ſit dux ſalutaris.

Deus noſter deus ſaluos faciendi dn̄i: dn̄i exitus mortis.

Deus) inquam (noſter) nō cuiuſcunqꝫ preter quem alium neſcimus eſt (deus ſaluos faciēdi). i. ipſius ſoli⁹ eſt nos ſaluos facere qꝛ nullus ſit ſaluus niſi per eum: ex eo enim eſt ſalus hominū. ꝑditio aūt ex malitia eorūꝫ (et) ipſius (dn̄i dn̄i) eſt facere (exitus mortis). i. facere exire ⁊ declinare a morte culpe ⁊ gehenne. vel ne occurreret cogitatiōi cur ergo morimur ſi per eius grām ſaluamur continuo ſubiecit (et dn̄i dn̄i exitus mortis). q. d. non mireris nec indigneris ſi tu moreris ſed patienter fer mortē qꝛ et dn̄i dn̄i qui fuit ſine peccato fuit exitus mortis ⁊ per mortem ab hac vita. hec aūt repetitio dn̄i dn̄i ſignificat vtranqꝫ eius naturā. Et licꝫ humilis mortuus ſit vel licet ſaluos faciat.

Verūtamen deus confringet capita inimicorum ſuoꝝ: verticē capilli ꝑambulantium in delictis ſuis.

Verūtamen) ne mala ſuperboꝝ ⁊ ꝑtinaciū credas impunita idem (deus confringet) ⁊ cōquaſſabit vel hic vt humilient̄ vel in futuro vt damnent̄ (capita). i. ſuꝑbiaꝫ (inimicoꝝ ſuoꝝ) ſcꝫ maloꝝ hominū ꝯfringet etiam (verticē capilli). i. elationē ⁊ ſuperbiā cogitatiōis ſicut enī capilli adherent capiti ſic cogitatiōes menti (ꝑambulantiū). i. ꝑſeueranter ambulantiū ⁊ ꝑſeuerantiū (in delictis ſuis) ⁊ ruentiū de vicio in vicium ſeqꝫ extollentiū in peccatis in quib⁹ deberent humiliari dicentes. Deus ꝓpicius eſto mihi peccatori. Quoſdam ergo ꝯfringet quoſdā etiam ad ſe conuertit ita ꝙ alios faciat martyres: alios vero p̄dicatores ⁊ ad hoc ꝯfirmandum introducit dn̄m loquentē ſic.

Dixit dn̄s ex baſan conuertā: conuertā in ꝓfundū maris.

Dixit dn̄s). i. firmiter diſpoſuit ego (conuertam) per grām homines (ex baſan) qđ interp̄tatur confuſio vel ſiccitas hi ſunt qui de peccatis confundunt̄ et ꝓ eis orant vel tanquā ſicci et inopes iuſticie imbrem gratie deſiderant qꝛ tales ad ſe dn̄s conuertit ⁊ (ꝯuertam) ſubmerſos (in ꝓfundū maris). i. maloꝝ vel in ꝓfundum maluꝫ (maris). i. ſeculi iſtius ſcꝫ eos qui in ꝓfundis vicijs ⁊ peccatis poſiti ac pondere peccatoꝝ preſſi ſunt deſperatiſſimi. Que cōuerſio ꝙ̄ ꝑfecta ſit inſinuat ꝓpheta cuꝫ ad deū verba cōuertendo ſubiungit. Ita inquit conuertes eos O deus.

Vt intinguat̄ pes tuus in ſanguine: lingua canum tuoꝝ ex inimicis ab ipſo.

Vt intinguat̄ pes tuus in ſanguine). i. vt q̄ ꝓ̄us erant inimici intm̄ ꝓficiant vt inter membra tua fiant pes tuus portando et p̄dicando te et euangeliū tuum per mundū ita cōſtanter et audacter ꝙ amore tuo ſuum ſanguinē fundere nō metuant (⁊ lingua canū tuoꝝ) ſcꝫ eoꝝ ipſoꝝ qui vſqꝫ ad ſanguinē ſunt certaturi fiet et erit (ex inimicis) qꝛ ꝑ ꝯuerſionē ex inimicis fient amici ⁊ canes fideles ꝓ domo dn̄i latrantes contra inimicos et hoc tantū bonū erit (ab ipſo) ſcꝫ deo. i. ab eius gratia ⁊ miſcđia nō a ſe ipſis vbi ſecundā ꝑſonam mutat in terciā. Intinguetur autē pes tuus nō ſine exemplo qꝛ te vident preceſſiſſe Nam.

Viderunt ingreſſus tuos deus: ingreſſus dei mei regis mei qui eſt in ſancto.

Viderunt ingreſſus tuos) o (deus) qualiter ingreſſus es in hūc mundū qualiter incarnatus: qualiter occiſus: qualiter exaltatus: ⁊ glorificatus. hec gratia in veteri teſtamento latebat modo patet viderūt ergo ⁊ crediderūt atqꝫ eoſdem greſſus ꝓut potuerūt imitando ſecuti ſunt (ingreſſus) inqꝫ (dei mei) creatōe (et regis mei) gubernatōe (qui eſt) et habitat tm̄ (in ſancto) templo ſuo. i. in ſanctis ſ̄m illud apl'i templum dei ſanctū eſt qđ eſtis vos. nō enim habitat deus in corꝑe ſubdito peccatis ſed in eo cuius conſcientia ſancta eſt ⁊ pura. Ad hos ergo ingreſſus inſinuandos ex vt iſti greſſus viderentur.

Preuenerūt principes coniuncti pſallentibus: in medio iuuencularū timpaniſtriarum.

Preuenerūt principes) ſcꝫ primitiui apl'i q̄bus ſuꝑ ecc̄iam datus eſt p̄ncipatus qui ſicut principes ⁊ magiſtri preuenerūt alios cōuertendos ⁊ meritis ⁊ dignitate in t̄pe primo naſcentis ecc̄ie annūciantes nouū teſtamentū vt ꝓpl'i ſequerent̄ nec ſoli venerunt ſed (cōiuncti) et aſſociati (pſallentib⁹) ſcꝫ ſubditis minorib⁹ qui laudes dei ſonant bene operando ad gloriam dei. de quoꝝ bonis operib⁹ tanquā viſibilibus organis glorificat̄ deus qui nunquā ſecuti fuiſſent niſi illi verbo ⁊ exemplo preceſſiſſent. Qui p̄ncipes tanquā miniſtri ⁊ prepoſiti ſunt (in medio iuuencularū). i. eccl'iaꝝ que adhuc erant nouelle ſicut p̄mitiue ecc̄ie: ipaꝝ dico (tympaniſtriaꝝ). i. deuꝫ laudantiū carne mortificata ⁊ domita corio ſiccato ab humore peccati ⁊ extenſo a ruga duplicitatis. tympanum enī fit de corio ſiccato ⁊ extenſo ꝓpter hec omnia o fideles.

**In eccleſijs benedicite deo: dño de fontibus iſrael.**

In eccleſijs) vbi eſt locus benedicendi non alibi nec in alijs ꝯuenticulis qꝛ q̄ extra eccleſiam ſunt deum digne laudare nō poſſunt. he ſunt iuuencule tympaniſtrie (benedicite deo:) q̄ nos creauit cui debet̃ latria. deo dico (dño) qui nos regit cui exhibenda eſt dulia benedicite dico vos ſcꝫ potati vel haurientes (de fontibus iſrael). i. de apl'is ꝛ doctrina eoꝝ quos chriſtus de iſrael prius elegit vt fontes faceret benedicite inquā vt etiam ad eoꝝ imitationē predicentis. et hec inceptio eccl'ie dilatet̃ ꝛ heretici deſtruant̃.

**Ibi beniamin adoleſcentulus: in mentis exceſſu.**

Ibi). i. inter fontes vel in eccl'ijs eſt (beniamin). i. aplus paulus de tribu beniamin (adoleſcentulus (iuuentute) gratie qꝛ nouiſſime aſſumptus omniū apl'oꝝ nouiſſimꝰ ꝛ ad litterā in ꝯuerſione ſua iuuenis fuit qui factus eſt (in mentis exceſſu) mente ſcꝫ alienata a ſenſibus corporis cum vſq₃ ad terciū celū raperet̃ ꝛ videret archana et audiret verba ineffabilia. Ibi etiam ſunt.

**Principes iuda duces eorū: principes zabulon et principes neptalim.**

Principes iuda). i. cōfeſſionis (duces eoꝝ) qui in eccleſijs ſunt ꝛ benedicūt deum (principes zabulon). i. fortitudinis (et pncipes neptalim). i. dilatatōnis. Iuda enim interpretat̃ cōfeſſio. zabulon habitaculū fortitudinis. neptalim dilatatō mea. Que diuina veriſſimos nobis inſinuant pncipes eccl'iaꝝ dignos ducatu ac imitatōne ꝛ honoribꝫ qꝛ martyribꝫ cōueniunt qui in eccl'ijs locū ſūmū tenent atq₃ apice ſancte dignitatis excellūt. In martyrio nāq₃ prima eſt confeſſio ꝛ p illa quicq̄d acciderit ſequens tolerandi aſſumit̃ fortitudo. Deinde poſt omnia tolerata finitis anguſtijs latitudo ꝯſequit̃ in premijs. Per quas nominū interptationes ſignificant̃ etiā tres virtutes qꝛ ꝯfeſſio eſt in fide. fortitudo in ſpe. latitudo in dei ꝛ pximi charitate vt dicant̃ etiam principes fidei ſpei ꝛ charitatis qꝛ in confeſſione fidei firmi. ſpe robuſti ꝛ charitate dilatati. Deinde tanquam accepta gratia loquens in pſona primitiue eccleſie ſubiungit.

**Manda deus virtuti tue: confirma hoc deus quod operatus es in nobis.**

Manda) o (deus) opus tuū (virtuti tue) ſcꝫ ſpiritus ſancti docendo p p̄dicatores (ꝯfirma) o (deus) iuuando p grām (hoc) ſcꝫ opus fidei (qđ opatus es in nobis) incipiēdo et fidei fundamenta ponendo grām quam dediſti eccl'ie tue auge et pfice manda dicendo. ꝯfirma pficiendo. Iube qđ vis fac qđ iubes: qđ ſi feceris fiet quod ſequit̃.

**A templo tuo in hierl'm: tibi offerent reges munera.**

A templo tuo) qđ eſt (in hierl'm) terreſtri incipiendo vbi chriſtus frequenter docuit et fides originē habuit indeq₃ ad alios puenit. vl' (a templo tuo) nō aliunde qđ eſt (in hierl'm) celeſti q̄ eſt ꝛ tēplū a q̄ deſcendit oīe datū optimum ꝛ p quo fit oīe opus bonū (tibi offerēt reges) terreni vel ſpiritales ſibi metipis regnātes (munera) ſcꝫ ſeipos ſiue laudis ſacrificia ꝛ virtutū opera. Sed qꝛ bonis obſtrepunt heretici ſubdit.

**Increpa feras arundinis: congregatō thaurorū in vaccis pploꝝ: vt excludant eos qui pbati ſunt argento.**

Increpa feras arundinis). i. hereticos qui dicunt̃ fere qꝛ dilaniant animas ſimplices ſicut fere oues: ꝛ arūdinis ſeu calami qꝛ ſcripturas puertūt que calamo fiunt vel qꝛ leues ſunt ac mobilis et inſtabilis ſermōis vel qꝛ ſunt inter eos q̄ ſicut arundinetū omni vento doctrine mouent̃ qꝛ (ꝯgregatio thauroꝝ). i. ſupborū indomite ceruicis ſcꝫ hereticoꝝ ē (i vaccis populoꝝ). i. inter eos quos inueniunt quaſi vaccas ſcꝫ ſimplices ꝛ laſciuas animas que facile audiendo ſeducunt̃ et ſequunt̃ (vt excludant eos) a vaccis (qui pbati ſunt argento). i. erudíti diuino eloq̄o ſcꝫ bonos doctores hec eſt enī hereticoꝝ intentio de quibus hereticis ne preualeant poſtulat.

**Diſſipa gentes que bella volunt: venient legati ex egypto: ethyopia pueniet manus eius deo.**

Diſſipa gentes). i. hereticos ꝛ eis ꝯſentientes ac quoſcūq₃ chriſtiāe fidei inimicos quos vocat gentes pter ſectaꝝ nō familiaꝝ generationes vbi ſeries ſucceſſionis ꝯfirmat erroꝛeꝫ. (que bella volunt) qꝛ nō correctōi ſed ꝯtentōi ſtudent ꝛ regnū chriſti diſſipare affectāt. vide ordinē prius enim ſunt increpandi poſtea incorrigibiles diſſipandi ne colloquēdo inualeſcant et etiā incarcerandi vt vel ſic reſipiſcant. Et hoc fiet qꝛ (venient) ad chriſtū tanquā dona ferentes fidem credentiū (legati). i. pcones et p̄dicatores recōciliatōis tua legatōe fungētes (ex egypto). i. ex ſynagoga que erit in tenebris et (ethyopia). i. gentilitas magna in pctis (deo) credens ꝛ fide herens (pueniet) ꝛ antece-

det ꝑ conuerſionē ⁊ confeſſionē (manus eius)
.i. dei vindictā ne in pctis remanēs puniat̃. et
ita ex iudeis ⁊ ex gentib⁹ futuros pcones veri-
tatis ꝓbat ꝑ quos deus hereticos diſſipabit.
Et q: ita eſt vt diximus ergo.

**Regna terre cantate deo: pſallite dño.**

Regna terra).i. habitantes in oib⁹ regnis
terre et hoies de oīm genere terre (cantate deo)
voce ⁊ corde ipm deuote laudando q̇ vos crea
uit (pſallite dño) bona opatōe qui in oīs voſ
ptātem habet. Non vnū regnū nō vnam gen
tem tm̄ inuitat ad laudē dei. Neminē enī vult
miſericors deus perire ſed oēs ad cognitōnē
ſui nois venire. Et vt magis ad laudādū deū
excitet ⁊ quantus ſit ille qui laudandus eſt cō-
mendet replicat dicens.

**Pſallite deo: qui aſcendit ſup celuz celi ad orientem.**

Pſallite) inq̄ (deo).i. chriſto deo dico (qui
aſcendit) ſm qd homo nō ſm q̄ deus patri eſt
equalis (ſup celū celi) ſcʒ celū empireū cui ſi-
bet celi ꝯtentiuū.i. ſup oēs celos ⁊ excelſiores
creaturas ad dexterā patris ſcʒ vt nihil ſup ſe
habeat niſi illū q̇ creauit illū (ad orientē).i. de
monte oliueti q̇ eſt ad orientē reſpectu hierl'm
et ſic etiā ipm locū expſſit vnde aſcendit. Uel
(ad orientē).i. vſq3 ad equalitatē patris a quo
genitus eſt. Et quia ad iudiciū index ventur⁹
eſt ſubdit et.

**Ecce dabit voci ſue vocem virtutis da te gloriā deo ſuper iſrael magnificentia eius et virtus eius in nubib⁹.**

Ecce) qui aſcendit (dabit) in iudicio (voci
ſue) ſcʒ voci tube (vocē virtutis).i. efficaciā re-
ſuſcitandi oēs mortuos qui ꝓus vt agnus ſi-
ne voce corā tondente ſe ſiluit. voce enī dñi tūc
vox virtutis dabit̃ cum illud qd precipit̃ effi-
citur ⁊ ideo (date gloriā deo ſup iſrl').i. voce et
corde oñdite deū eſſe glorioſuʒ ſup eos qui ſūt
ſpūaliter ⁊ vere iſrl' q: iaʒ nō erit cōmixtio ma
loꝝ cū bonis ⁊ tūc erit (magnificentia eius et
virtus eius in nubib⁹) qñ videbūt filiū hoīs ve
nientē in nubib⁹ cū ptāte magna ⁊ maieſtate ⁊
virtutes celoꝝ mouebunt̃. Et tūc.

**Mirabilis deus in ſctīs ſuis: deus iſrael ipſe dabit virtutem ⁊ fortitudinē plebi ſue: benedictus deus.**

Mirabilis deus in ſctīs ſuis) erit qñ ꝑ ſan
ctos ſuos cū quib⁹ veniet mūdū iudicabit qñ
iuſti fulgebūt ſic̃ ſol in regno pr̄is eoꝝ. qñ ipſe
deus erit oīa in oib⁹. bñ aūt ſubdit̃ (deus iſrl')
q: tūc nomen ipm qd interptat̃ videns deū ve
riſſime implebit̃ et tūc vere oīs bonus erit iſrl'
q: videbim⁹ deū ſicuti eſt (ipſe dabit virtutē) re
ſurrectōis (et fortitudinē) immortalitatis. Uel
(ipſe dabit virtutē) quantū ad animā faciens
eam diuinā ⁊ beatā ⁊ fortitudinē quātū ad cor
pus faciēs illd incorruptū ⁊ eternū (plebi ſue)
.i. ſibi vſq3 in finē famulanti nunc fragili ⁊ in
firme. ergo (benedictus) ſit (deus) ꝓ tantis be
neficijs ſuis ⁊ donis.

Oratio.

Dñator dñe qui iuſtis ſpūale epulū tribuis
et facis eos in leticia delectari ꝯcede gregi tuo
mortē tuā intelligere teq3 triumphatorē mortꝭ
ſedentē ad dextrā pr̄is ꝯfiteri. Per do.

¶ **Pſalmus de oratōe chriſti ad p̄rem ꝓ auxilio et liberatōne in ſua vehementiſſima paſſione ac de aduerſarioꝝ deiectione et punitōne. ps. lxviij.**

**Saluū me fac deus** qm̄ intrauerūt aque vſq3 ad aīam meā.

Auctor pſalmi ꝓpha dd. Titulus tal' eſt. In
finē ꝓ his q̇ cōmutabunt̃ ipi dd. hoc eſt ps il
le ꝯuenit ipi ſignificato dd.i. chriſto q̇ hic loq̇
tur ⁊ dirigit nos ī finē.i. in ſeipʒ. ps inq̄ habi
tus ꝓ his exhortādis q̇ cōmutabūt̃ vel ꝓ his
.i. de his.i. de cauſa cōmutatōis eoꝝ.ſ. de paſ-
ſione chriſti qui cōmutabūt̃ de infidelitate ad
fidē de vetuſtate ad nouitatē de corruptiōe ad
incorruptionē. Poſtquā ḡ ſupra diuerſa bñfi
cia ꝑ myſteriū nr̄e repatōis nobis collata me
morauit ſpecialiter hic exequit̃ paſſionē ꝑ mł'
tas ptes pſalmi vſq3 ad cōſūmatōʒ. Materia
de pcatō chriſti ad p̄rem ſm fragilitatē hūane
nature in ſua vehemētiſſima paſſione. Inten-
tio: nos ad ſuaʒ inuitare patientiā ⁊ monere vt
attendendo illā acerbiſſimā paſſionē ei ex inti
mis cordis ⁊ anime cōpatiamur vt poſtmodū
fructū ⁊ gloriā ſue glioſe reſurrectōis ꝯſeque-
mur ſicq3 ei ꝯformemur in h̄ ſeculo vt cohere
des eſſe mereamur in regno. Snīa in genera
li ꝓpha in iſto pſalmo loquit̃ in ꝑſona chriſti ⁊
petit a deo p̄re de magnis et multis tribulatōi
bus ac penis ꝑ celerē reſurrectōʒ liberari alle
gans ſuarū penarū et aduerſantiū mł'titudinē
ac diuīe mīe benignitatē. pdicitq3 iudeoꝝ pu-
nitionē ⁊ ſubiūgit gratiaꝝ actōeʒ inuitās oēs
creaturas ad dei laudatōeʒ. Snīa in ſpeciali
chriſtus ḡ ſm q̄ homo in paſſione clamat ad
p̄rem o (Saluū me fac) o (deus) pater ⁊ neceſ
ſe eſt (qm̄ intrauerūt aque) vehentiſſimaꝝ paſ
ſionū ⁊ tribulationū (vſq3 ad animā meā) tol-
lendam.i. a corꝑe ſeꝑandā vel vſq3 ad ſenſua-
litatē turbandā q: ſic nō ſoluʒ in corꝑe ſʒ ⁊ in
anima patiebat̃. Sic aūt clamando dat for-

mam mēbꝛis ſuis vt clamēt ne ī ꝑſſuris cedāt et iniq̄tati cōſentiant ſicq̄ȝ in paſſione oꝛando nos quibꝫ viam demonſtrauit ⁊ quibꝫ ꝑſertim neceſſariū eſt docet in tribulatōnibꝫ ſuo exemplo oꝛare.

**Infixus ſum in limo ꝓfundi: et non eſt ſubſtantia.**

Infixus ſum).i. detentus coꝛꝑe (in limo ꝓfundi).i. iudaice iniquitatis. homo enī limus eſt ⁊ de limo factus ⁊ nō de ꝓfundo.i. de coꝛrupto ſed cadendo a iuſticia ꝑ oꝛiginalia ⁊ actualia pctā factus eſt limus ꝓfundi.i. iniquitatis. Vl' terreni homīes dum ima appetunt limus ſunt inter quos ſunt nonnulli ſceleratiſſimi q̄ nō ſolū limus ſunt ſed etiā ꝓfundi ⁊ tales erāt iudei (et nō eſt mihi ſubſtāna).i. virtus carnis euadēdi paſſionē vel ſtatꝰ ⁊ ſtabilitas vite. qꝛ

**Veni in altitudinē maris: et tempeſtas dimerſit me.**

Veni) ſponte (in altitudinē maris).i. in ꝓfundū ſeculi huius ⁊ inſani ꝑpl'i. vel in ꝓfundum tribulatōis ⁊ amaritudinis. ſponte enim meipm̄ obtuli (et tempeſtas).i. impetuoſus furoꝛ ⁊ ſeditioſa cōmotio iudeoꝛū (dimerſit me) in moꝛtē ⁊ extinxit. Completū eſt in me ſignū ione qꝛ ſicut ionas a ceto abſoꝛptus.i. moꝛti ⁊ ſepulture datus. Et in hoc eos inexcuſabiles oſtendit cum ſubdit.

**Laboꝛaui clamans rauce facte ſunt fauces mee: defecerūt oculi mei duȝ ſpero in deum meum.**

Laboꝛaui clamans) ſepe eos admonendo et hoc maxime fecit in ſeptimana ſibi penali ⁊ nobis penitentiali. ꝓpterea laboꝛabat qꝛ parū in eis fructificabat. clamans enī laboꝛat q̄ nō audit̄. nō laboꝛat cuius votū implet̄ (rauce facte ſunt fauces mee) quantū ad illos qꝛ noluerunt intelligere ⁊ credere (defecerūt oculi mei) qꝛ ipi etiā apl'i qui tanquā lucerne ꝑeminebāt in coꝛꝑe dubitauerūt dum in paſſione ꝑſeuerans (ſpero in deū meū) vt a moꝛtuis reſurgā. Ad l'ram etiā ſic exponitur. (Laboꝛaui clamans) in cruce ad pr̄ē ȝ vociferando (rauce facte ſunt fauces mee) ꝓpter magnitudinē penarum ⁊ deſiccatōem humoꝝ. (defecerūt) ⁊ extincti ſunt (ocl'i mei) coꝛꝑales in moꝛte.i. moꝛtuus ſum (dū ſpero in deuȝ meū).i. qꝛ ꝑſtoloꝛ miſcdiam et nō exero potentiā.

**Multiplicati ſunt ſuꝑ capillos capitis mei: qui oderūt me gratis.**

Multiplicati ſunt) vt ⁊ diſcipulus cū eis eſſet (ſuper capillos capitis mei).i. ſine numero creuerūt ac innumerabiles et infiniti facti ſūt aduerſarij mei (qui oderunt me gratis).i. ſine cauſa cū ecōtrario deberent me diligere ꝓpter multa bona eis facta. Odiū de inimico videtur quaſi naturale qḋ tn̄ ex coꝛruptōne cōtingit nature. Odiū vero de innocēte ꝯtra naturam eſt. pꝛimū facit infirmitas: aliud ſola inſtigat malicia. Et nō ſolū ſunt numeroſi ſȝ etiam noxij. vn̄ ſubdit

**Cōfoꝛtati ſunt q̄ ꝑſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: q̄ nō rapui tūc exſoluebā.**

Confoꝛtati ſunt) etiā et aīati ad nocendū et ad hoc vt odiū ꝯceptū in coꝛde etiā ꝑſequendo ad impletōēȝ in oꝑe. (inimici mei qui) etiā (ꝑſecuti ſūt me iniuſte) hoc eſt qḋ dixerat gratis qꝛ cauſam in me nō inuenerūt. (que nō rapui tūc exſoluebam) qꝛ minime peccauit et tn̄ pcc̄i debitū.i. moꝛtē exſoluit. Adā rapere voluit diuinitatē et amiſit felicitatē: vterq̄ȝ exſoluit moꝛtē que eſt debitū pcc̄i adam ⁊ chꝛiſtus: ſȝ moꝛs ade fuit pena pcc̄i: moꝛs chꝛiſti facta eſt hoſtia ꝓ pctō. Sed hūc fructū moꝛtis chꝛiſti mundus nō intellexit ideo hāc ꝓ ſtulticia reputauit ſȝ qḋ nō nouit mūdus agnouit deus. vnde ſubdit.

**Deus tu ſcis inſipientiā meam: et delicta mea a te nō ſunt abſcondita.**

Deus tu ſcis) et ꝓbas (inſipientiaȝ meā).i. qḋ de me inſipiētia a quibuſdā reputat̄ qui ſibi ſapiētes vident̄. Ex his verbis inſtruimur vt in cūctis que agimus ſꝑ plus dei voluntatem q̄ȝ hoīm attendamꝰ: et ea ſit nr̄a actio quā deus approbat etiā ſi nō approbet hō. Hinc ē qḋ Paulus nos admonet ꝙ ſtulti ſimus añ hoīes vt ante deū mereamur eſſe ſapientes (et delicta mea).i. meoꝝ que ad delendū ſuſcepi nō que cōmiſi q̄ reputo mea qꝛ in me puniēda (a te nō ſunt abſcondita) et ſcis q̄lis ſit pꝛo eis emenda facienda. Et quia ꝓ alijs ſolui et tanta tuli ideo.

**Nō erubeſcant in me qui expectant te dn̄e: domine virtutum.**

Nō erubeſcāt in me).i. nō fruſtrent̄ in me moꝛiente ſcȝ ſua expectatōe (qui expectant) in limbo cū deſiderio (te dn̄e) liberatoꝛē ſuum ꝑ me et remuneratoꝛē ꝓ fide quā habent in me ſcȝ ꝓphe ⁊ antiqui iuſti cupiētes videre qḋ oculis nō viderūt. (dn̄e virtutū) celeſtiū.i. angeloꝛum cui nihil eſt impoſſibile. Deinde ꝑcatur ꝓ modernis dicens.

**Non cōfundantur ſuꝑ me: qui querūt te deus iſrael.**

Nō cōfundantur) inſultatōibꝫ impꝛoboꝝ (ſuꝑ me) moꝛiente in cruce qḋ fieret niſi cito

reſurgerē (qui querunt te) fide ſpe et charitate
ac bñ viuendo et amando querere nō ceſſant
ſcꝫ moderni fideles o (deꝰ iſrl').i.ꝑ fidē ⁊ cha=
ritatem ſpiritaliter deū videntiū ſup̄ dixit dñe
virtutū ⁊ hic dicit deus iſrl' qꝛ idem dñs ⁊ deꝰ
eſt angeloꝝ ⁊ hoim. Uel (Non erubeſcant in
me) hoie humili et crucifixo et ignominiā cru
cis audientes a fide quā hr̄e ceperūt recedant.
(qui expectant te dñe) vt venias (dñe virtutū)
qꝛ qui deſpectꝰ appuiſti in carne virtuoſus et
glorioſus apparebis in diuinitate. Et (Non cō
fundant ſup me) depſſo (qui querunt te deus
iſrl').i. videntiū deū vt qui deitatē nō pn̄t intue
ri nō ſeducant infirmitate carnali. qꝛ eīn futu
rum erat vt tāq̄ꝫ ꝓ ſtulticia improperaret chri
ſtianis ꝙ in hoiem crederent mortuū ⁊ cruci=
fixum ideo ſic ꝓ eis rogat. Et merito nō eru=
beſcent nec confundent.

**Quoniam ꝓpter te ſuſtinui obprobriū: operuit confuſio faciē meā.**

Qm̄) ego (ꝓpter te) ⁊ tuam obedientiā nō ꝓ
mea culpa vel re alia (ſuſtinui) ab aduerſarijs
(obprobriū) multiplex in cōuicijs (opuit ꝯfu
ſio faciē meā) vt videbat. ſignū habuit verecū
die immota tn̄ mente. qꝛ eīn in paſſiōe ſua mľ
ta obprobria audiebat et tacens ꝓpter deū oīa
tolerabat quaſi verecūdus in facie appebat et
ſic illi virtutē māſuetudinis ꝓ ſigno habebāt
ꝯfuſiōis. Et bñ dicit ꝓpter te qꝛ nō eſt magnū
ꝙ ait ſuſtinui niſi adiūgeret ꝓpter te. Si ei ſu=
ſtines qꝛ peccaſti, ꝓpter te ſuſtines nō ꝓpter deū
felix miſeria cuius deus eſt cauſa.

**Extraneus factus ſum fratribꝫ meis: ⁊ peregrinus filijs matris mee.**

Extraneus factus ſum) qꝛ nō credūt mihi
fratribꝫ meis) cognatōe carnis ſcꝫ iudeis ſicut
ioſeph ſuis l' (fratribꝫ meis) ſcꝫ aplis ab eo fu
gientibꝫ ⁊ qn̄ iam nō credebant ab ipſis (⁊ pegri
nus) vel hoſpes q̄ ad tps in domuꝫ recipit nō
vt frat' chariſſimꝰ (filijs mr̄is mee) ſcꝫ ſynago
ge de quibꝫ ſm carnē erat nam q̄ſi extraneū et
pegrinū abiecerūt eum dicentes vilipēdendo
hūc neſcimꝰ vn̄ ſit. hec aūt iō mihi ꝯtigerūt.

**Qm̄ zelus domꝰ tue cōmedit me: et obprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſup me**

Qm̄ zelus).i. feruēs amor et dilectio (do=
mus tue) ſcꝫ eccle ſcē (cōmedit me) et accendit.
q.d. interius vrebar zelo dei cū pſeq̄ns iniqui
tates eoꝝ. flagellaui male v̄ſantes in templo ⁊
inde eieci. Uel (cōmedit me).i. fuit cā paſſio=
nis mee. et ꝓpter hunc zelū (obprobria expro=
brantiū tibi) me negando. maiora eīn obpro
bria deo inferre nō poterāt q̄ꝫ ꝙ chriſtū filiuꝫ
eius denegabāt. vel (obprobria exprobranti=
um tibi) in me. qꝛ quicūq̄ꝫ exprobrat chriſto
et pr̄i (ceciderūt ſup me) qꝛ in me effectuꝫ ha=
buerūt qn̄ hi qui exprobrabāt etiā me occide
runt. ſꝫ inter hec pius dñs manſuetudinē ſuā
cōmendat cū ſubiungit.

**Et operui ieiunio aīam meā: et factum eſt in obprobriū mihi.**

Et operui).i. celaui (in ieiunio) ſalutis eoꝝ
(aīam meā) me hūiliando. fidē quippe eccle et
ſalutē hūani generis chriſtꝰ eſuriebat et ideo
ieiuniū eius ſpiritale erat qn̄ defecerūt oēs q̄
in eū crediderāt in hoc ieiunio opuit hūilita=
te quaſi quodā pallio aīam ſuā.i. virtutē ⁊ dei
tatem ſibi vnitā nō exercēdo potentiā et vin=
dicando ſe ipm̄ et ſic hūilitas erat chriſti ope=
rimentū nam qꝛ hūiliabat nō agnoſcebat (et)
hoc ipm̄ (factū eſt mihi in obprobriū) detra=
ctionis irriſionis ⁊ ꝯuicij qđ patuit in ſputis
colaphis et hmōi. Quanto eni humilior erat
tanto apud reprobos deſpectior apparebat.

**Et poſui veſtimentū meum cilitiū: et factus ſum illis in pabolam.**

Et poſui veſtimentū meū cilitiū).i. occul=
tam diuinitatē meā ſacco carnis et oppoſui il=
lis mortalē carnē meā in qua ſeuirēt. Cilitiuꝫ
eni quo pctōres penitētes veſtiunt eſt morta=
lis caro quā chriſtus induit vt de pctō dāna=
ret peccatū: nō ꝙ caro chriſti peccatrix fuerit:
ſed qꝛ ſilitudinē carnis pcti habuit (et) ex hoc
etiā (factus ſum illis in pabolā).i. in ſilitudi=
nem maledicti et irriſoriā vt cuilibet maledicē
do dicerēt ſic tibi ꝯtingat vt chriſto crucifixo
Parabola eni hic dicit ſilitudo que datur de
aliquo qn̄ illi maledicitur. ſic ille verbi gratia
pereat quomodo ille.

**Aduerſum me loq̄bant qui ſedebāt in porta: et in me pſallebāt q̄ bibebāt vinū**

Aduerſum me loquebant q̄ ſedebāt in por
ta) hoc eſt in publico ⁊ publicis cōuentibꝫ pu
blice de me loquebant: publice aduerſabant:
corā oībꝫ diffamabāt. Dicit ergo paſſionem
ſuā cōem iudeoꝝ eſſe fabulā vt nullus excipe
tur qui huius locutōnis expers eſſet (et in me)
id eſt de me (pſallebāt) deriſorie.i. in me cōuer
tebant cantilenas ſuas ⁊ canticica meq̄ꝫ deri=
debant (qui bibebāt vinū).i. inebriebant vo=
luptate et iocunditate tpali. Inter tot ſcandala
et obprobria: inter tantas pſecutōes et tribula
tiones quid tu agebas mitiſſime ieſu?

**Ego vero orationē meā ad te dñe: tempus beneplaciti deus.**

¶ Ego vero) dum impij ita ſeuirent cõtra me dirigebã (oratione͂ meã ad te dñe) etiam ꝓ eis. illi deridebant iſte oꝛabat. illi infeſtabant. iſte amabat. hec eſt enim ꝑfectio charitatis diligere inimicos ꝛ oꝛare ꝓ illis qñ maledicerẜ ꝛ q̃d agas nõ habes nihil tibi reſtat niſi vt oꝛeſ. hec iuſtoꝝ arma ſunt vt oꝛãdo vincant ꝛ nõ rixas ſed oꝛatõnes iurgijs opponãt. Ideo aũt oꝛaui ad te qꝛ nũc eſt tempus (beneplaciti) o (deus) .i. gratie ꝛ recõcilatõis ꝑ moꝛtem nunc tps eſt oꝛandi ꝛ placandi deũ. nunc tps eſt acceptabile: nunc dies ſalutis: ꝛ qꝛ oꝛaui et tps eſt cõplendi beneplacitũ tuũ ſcꝫ ꝑ me redimi homine͂. Ideo.

In multitudine miſericoꝛdie tue: exaudi me in veritate ſalutis tue.

In multitudine miſcdie tue) que eſt contra multitudine͂ iniquitatis nr̃e nõ in meritis hominum. nam ſi nõ eſſet multitudo miſcdie tue quid nos faceremus de multitudine iniq̃tatis noſtre (exaudi me in veritate ſalutis tue) .i. a te ꝓmiſſe vt veraх appareas implendo ſalute͂ quã ꝓmiſiſti. veritas enim eſt in reddendo ꝓmiſſa. Et nota ꝙ cum ꝓmiſit de miſcdia ſubiũgit de veritate qꝛ vniuerſe vie dñi miſcdia qua dimittit pctã ꝛ veritas qua reddit ꝓmiſſa. Et ſubiũgit in quo velit exaudiri dicens.

Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui oderũt me et de ꝓfundis aquarum.

Eripe me de luto) ꝛ puluere moꝛtalitatẜ (vt nõ infigar) ꝛ inhereaꝫ in eo ꝑ incineratione͂. i. vt nõ in luto ꝛ puluere ſicut om̃e humanũ genus diſſoluar remanendo in moꝛte. q. d. coꝛpꝰ meum nõ diu remaneat in terra quaſi infixuꝫ in ea vt inde extrahi nõ valeat ſed cito reſurgat Si enim in cinere ſuo doꝛmiuiſſet nullus ieſũ credidiſſet (libera me) ꝑ reſurrectioneꝫ (ab his qui oderunt me) ſcꝫ iudeis qui nunquaꝫ eum dilexerũt a quoꝝ poteſtate fuit totaliter liberatus in reſurrectõne (et de ꝓfundis aquarũ) .i. ꝑſecutionũ ꝛ tribulationũ vl' de ꝓfunda malicia ꝑploꝝ. vel in ꝑſona membꝛoꝝ (eripe me de luto vt non infigar) .i. de lutoſis deſiderijs ne mente conſentiã (libera me ab his) .i. a malis ne eis ꝯſentiendo adhereã. vnde ſubdit.

Non me demergat tempeſtas aque: neq; abſoꝛbeat me ꝓfundũ: neq; vrgeat ſuper me puteus os ſuum.

Non me demergat) irrecuꝑabiliter in moꝛtem (tempeſtas aque) .i. impetus ꝛ ſeditio commoti ꝑpli ſcꝫ iudeoꝝ hoc eſt non diu in moꝛte me teneat (neq; abſoꝛbeat) ꝛ deuoꝛet (me ꝓfundum) .i. abyſſus infernalis (neq; vrgeat) id eſt claudat (ſuꝑ me puteus) id eſt limbꝰ et aditus inferni (os ſuũ (ad retinendũ me cum deſcendero ad ſpoliandũ eum. Uel in ꝑſona membꝛoꝝ (Non me demergat tempeſtas aque) .i. peccati cõſuetudo (neq; abſoꝛbeat me ꝓfundum) .i. peccati deſperatõ (neq; vrgeat) .i. claudat (ſuꝑ me puteus os ſuum) .i. in pctõ obſtinatio. nõ claudet ſuꝑ te puteus os ſuum ſi nõ claudis tu ad confitendũ os tuum ꝛ ideo cõfitere ꝛ dic de ꝓfundis clamaui ad te dñe et exaudis. Deinde ponit cauſam quare debeat exaudiri dicens.

Exaudi me dñe qm̃ benigna eſt miſericoꝛdia tua: ſcd̃m multitudine͂ miſerationum tuarũ reſpice in me.

Exaudi me dñe) potius et hec eſt cauſa exaudiendi (quoniã benigna) et ſuauis (eſt miſericoꝛdia tua) tribulato vt panis eſurienti. q. d. ea que tibi naturaliter in eſt miſcdia beniuolentie ꝛ gratie ꝛ plena. ꝛ ideo es ꝓnus ad exaudiendũ (et ſcd̃m multitudine͂ miſerationũ tuarum) quam exhibuiſti multis (reſpice in me) oculo miſcdie tue. Ac ſi diceret ꝓpter miſcdiaꝫ tuam ꝛ miſeratõnes tuas exaudi me et reſpice in me quarũ vna eſt naturaliter in te alia in beneficioꝝ exhibitõe. Uel in ꝑſona membꝛoꝝ. Exaudi me) non qꝛ merui ſed (quoniã benigna eſt miſcdia tua) peccatori (ſcd̃m multitudinem miſeratõnũ tuarũ) quibus pctã licet in furioſa cedunt (reſpice in me) nõ in pctã reſpice inquam.

Et ne auertas faciem tuaꝫ a puero tuo: qm̃ tribuloꝛ velociter exaudi me.

Et ne auertas) tanq; iratus ꝛ nolens me audire (facie͂ tuã a puero tuo) ſcꝫ a me chꝛiſto filio tuo qui foꝛmã ſerui accepi ꝛ vſq; ad moꝛte͂ obediui. dñs noſter etiã dictus eſt puer a puritate: a ſimplicitate: ab innocẽtia. deinde ponit et aliam cauſam dicẽs (qm̃ tribuloꝛ) in anima et coꝛꝑe ideo (velociter exaudi me) ſcꝫ vt cito liberer nõ eſt quo differas. Moueat te miſcdia tua moueat miſeria mea. Adeſt mea afflictio ꝛ tribulatio ꝓpter hoc opus ẽ vt velox veniat tua miſcdia ꝛ cõſolatio. Uel in ꝑſona membꝛoꝝ (Et ne auertas facie͂ tuã a puero tuo) paruo ꝛ humili nõ ſuꝑbo ſed (velociter exaudi me qm̃ tribuloꝛ) cuius tribulatiõis diſciplina tollit a me ſuperbiã. Ne inquã auertas faciem tuam ſed potius.

Intende anime mee et libera eaꝫ: ꝓpter inimicos meos eripe me.

Intende anime mee ꝛ libera eam) qꝛ triſtis

eſt vſq; ad morte ꝛ nõ ꝓpter me tm̃ ſed etiã(ꝓpter inimicos meos) liberatione ꝛ glorificatõne mea ↄuertendos ſi volunt corrigi vel confundendos ſi mãſerint obſtinati (eripe me) vt cito reſurgã et aſcendens ſpiritũ ſanctũ mittã. dicendo libera orauit ꝓ occulta liberatõne in anima quam ſemꝑ habent ſancti licet occidãtur ſubiũgendo eripe me orat ꝓ manifeſta ſm̃ corpus vñ inimici quidã ſunt ↄuerſi ꝛ quidã confuſi. et debes eripere q̃.

**Tu ſcis improperiũ meũ ꝛ confuſionẽ meam et reuerentiã meã.**

Tu ſcis improperiũ meũ) qđ fit in verbis .i. q̃ turpia ꝛ iniurioſa verba mihi intulerunt (et ↄfuſionẽ meã) que ex improperio mihi eſt ſm̃ illoꝝ opinionẽ ꝛ quam mihi imputauerũt (et reuerentiã meã) .i. ignominiã ſcꝫ q̃ ignominioſe me tractauerũt. q. d. quãta ꝓ tuo amore ſuſtinui et quare ſint mihi iſta tu noſti. hec enim omnia non ꝓ ſuo reatu ſed ꝓ nobis ſuſtinuit vt in talibꝫ nos inſtrueret et ſuo exẽplo confortaret. Et etiã ideo eripe me q̃.

**In ↄſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me: improperiũ expectauit cor meum et miſeriã.**

In ↄſpectu tuo ſunt om̃s qui tribulant me) .i. inimici mei. q. d. ſicut ſcis meã innocentiã ita noſti corũ maliciã et potes eis iuxta merita ſua retribuere q̃ tantũ ſcelus cõmittunt te preſente ꝛ vidente. Timeant ꝰ om̃s qui alios tribulant qm̃ in ↄſpectu dei ſunt cuius vindictã euadere nõ pñt. Et ne videret tribulari tãquã ingratꝰ ꝛ nolens ↄtinuo adiecit (improperiũ) coꝝ in dictis (expectauit) q̃ hec futura ꝓuidit et ꝓdixit ꝛ ad hec venit (cor meũ) et voluntas q̃ voluntarie ſuſtinuit (et miſeriã) coꝝ in factis nõ ſuam. In illis eñi erat miſeria in ipſo autẽ miſcdia qui coꝝ miſeriã miſeratus dixit pater ignoſce illis ꝛc̃.

**Et ſuſtinui qui ſimul cõtriſtaret et non fuit: et qui cõſolaret et nõ inueni.**

Et ſuſtinui) .i. expectaui attendendo (qui ſimul) .i. ſilr̃ ſicut ego (ↄtriſtaret) de tanta multitudine et compateret mecũ de cecitate nõ credentium (et nõ fuit) aliquis (et) expectaui (qui cõſolaret me) credendo et ꝓficiendo: nam qui ꝓficit ↄſolatur medicũ (et nõ inueni) aliquem. Multi eñi ſcꝫ diſcipuli et mulieres cõtriſtati ſunt carnaliter et de morte carnis eius: ſolus ꝟo dñs ↄtriſtatꝰ eſt ſpiritaliter et de morte aïe et hoc vicꝫ q̃ oẽs ꝑmanebãt in infidelitate vñ nõ ait qui ↄtriſtaret ſed qui ſimul .i. ſilr̃ ſcꝫ ſpiritaliter contriſtaret. Magna q̃ꝫ illi ↄſolatio eſſet ſi quos in ſe credentes inueniret: qđ quia nõ inuenit quaſi cõquerendo ingemiſcit. vnde adhuc ſubiungit.

**Et dederunt in eſcam meam fel: et in ſiti mea potauerunt me aceto.**

Et dederũt in eſcam meã fel) q̃ſi illud tanq̃ eſcam cõmedere deberẽ (et in ſiti mea) qua fidem et ſalutẽ coꝝ deſideraui (potauerũt me aceto) cum felle mixto: hoc facto mores ſuos amariſſimos indicantes. fel et acetũ adhuc in eſcam et potũ corꝑis chriſti ponunt et chriſto offerũt qui veritati reſiſtunt ꝛ euangelio ↄtradicũt: et qui male viuendo ſcandalũ eccłe inferunt. Grauius eñi peccant qui ↄtemnunt in celo reſidentẽ q̃ qui crucifixerũt in terra ambulantẽ: et maius peccatũ eſt chriſtũ tradere peccatoribꝫ membris q̃ crucifixoribꝫ iudeis. Et q̃ malã eſcam ꝛ malũ potũ dño dederunt merito in his puniti ſunt. vñ et ſequit.

**Fiat menſa coꝝ corã ipſis in laqueũ: et in retributõnes et in ſcandalum.**

Fiat menſa coꝝ) ſcꝫ ſcriptura ſacra quã ad aïaꝝ refectionẽ parauerat eis deus (corã ipſis in laqueũ) q̃ ex ipa ſua lege capiuntur a chriſtianis et ↄuincunt errare. (et in retributões) vt mala recipiãt ꝓ malis: et qui ꝑ legem peccauerunt ꝑ legẽ puniant. (et in ſcandalũ) ruine vt nõ intelligãt inibi dñm nunciatũ et ſic ruant de pctõ in peccatũ et tandẽ in infernũ. dicit aũt hoc nõ optando ſed ꝓphetiſando nõ vt fiat ſed q̃ fiet. Cũ ergo audimus dici per ſpm̃ dei talia euentura malis adhuc in illis hoc intelligamus vt nos talia deuitemus. Ad lr̃am etiã Menſa iudeoꝝ facta eſt coram ipis in laqueum: q̃ eis paſchale ↄuiuiũ in hierł̃m celebrantibꝫ fuerũt a romanis circũcluſi et ſicut aues illaqueati (et in retributionẽ) ſcꝫ penarũ ꝓpter mortẽ chriſti debitaꝝ (et in ſcandalũ) q̃ deſerentes pacis auctorẽ rixas ſibi ↄcitãt.

**Obſcurentur oculi eoꝝ ne videant: et dorſum eoꝝ ſemꝑ incurua.**

Obſcurentur oculi coꝝ) interiores (ne videant) et agnoſcant veritatẽ et verũ ſolem ſcꝫ diuinitatẽ ſub fragilitate latentem. Quia eñi ſuperbierũt ceci facti ſunt. (et dorſum eorum ſemꝑ incurua) .i. ſtatũ mentis ad terrena curuari et in inferioribꝫ flecti ꝑmitte. hoc eñi ſemper ſubſequẽs eſt vt ſi oculus mẽtis ſuperno lumine priuetur et ſuꝑna nõ videat ſtatim animus ad ea que retro ſunt appetenda incliner et de inferioribꝫ cogitet. Reuera obſcurati ſũt oculi coꝝ quia ſunt in ſua infidelitate excecati et dorſum coꝝ eſt incuruatũ vt gentibꝫ ſerui-

ant et onera legis et peccatorum portent. Se quitur alia pena.

**Effunde ſuper eos iram tuam: et furor ire tue cõprehendat eos.**

Effunde) copioſe in morem fluminis (ſuꝑ eos iram tuã) vt eos obruat. i. exerce multipliciter ſuꝑ eos vindictã. (et furor ire tue). i. diſtricta aīaduerſio future vindicte (comprehẽdat eos) tanq̄ꝫ fugitiuos vt non liceat eis fugere. Ira compñtem ꝑcuſſionẽ ptinet: furor ad futuram damnatõem. Ideo furor q2 nullũ ibi remedium nulla ibi miſcõia. hic ꝓſequitur: ibi vero ꝯprehendit vbi nõ licet fugere. Iam enĩ nõ erit euadendi locus qñ eos eternus abſorbuerit cruciatus. hoc et ad lr̃am factum eſt in deſtructõne et captõne coꝝ ꝑ romanos.

**Fiat habitatio eoꝝ deſerta: et in tabernaculis eoꝝ nõ ſit qui inhabitet.**

Fiat habitatio coꝝ) ſcꝫ domus priuate q̄s inhabitant (deſerta) ab eis (et in tabernaculis coꝝ) habitatõib9 ſcꝫ iocundis vt in templo: ſynagoga et palatio regio (nõ ſit qui inhabitet) de numero coꝝ: hoc in apto eſt. ꝑdiderunt enĩ locum et gentẽ in quib9 ſuꝑbierũt cõtra deum loca illa et hoĩbus ſunt plena et iudeis inania Vel habitationẽ dicit ipam ciuitatẽ hierl'm in qua cõmuniter habitabãt: tabernaculo ꝓ ſingulas cuiſq̄ꝫ domos deſignat. hoc autem ideo eis.

**Quoniã quem tu ꝑcuſſiſti ꝓſecuti ſunt et ſuper dolorem vulnerũ meoꝝ addiderunt.**

Qm̃ quẽ tu ꝑcuſſiſti). i. ꝑcuti voluiſti pena et paſſione nõ ꝓ ſua culpa ſed pro mundi ſalute ſcꝫ me (ꝓſecuti ſunt) crudeliter cũ occidendo. q. d. qd̃ deus fecit ad bonũ hoc illi crudeli voto exercent ad malũ (et ſuꝑ dolorẽ vulnerũ meoꝝ) q̄ ſuſtinui ĩ toto corpe (addiderũt) mortẽ et vulnus in latere. Vel ſuꝑ mortẽ addiderũt blaſphemiã et militũ cuſtodiam et alia mala hmõi. vel ſuꝑ penaꝫ que mihi erat ꝓ peccatis meoꝝ membroꝝ addiderũt ꝓſequendo fideles et eccleſiam. vel (ſuꝑ dolorẽ) qui mihi erat ꝓ ꝑditõne illoꝝ (addiderũt) inferre mortẽ. Et quia appoſuerũt dolorem ſuꝑ dolorẽ ideo ſicut iuſtum eſt

**Appone iniquitatẽ ſuꝑ iniquitatẽ eoꝝ: et nõ intrent in iuſticiã tuam.**

Appone). i. appones ſcꝫ ꝑmittendo vel grãꝫ ſubtrahendo: tũc enĩ addet miſeria ſuꝑ miſeriam (iniquitatẽ ſuꝑ inquitatẽ coꝝ). i. viciũ vicio vt ſicut alibi dicit qui nocet noceat ad huc et qui in ſordib9 eſt ſordeſcat ad huc. q2 ſuper peccatoꝝ cõmiſſionẽ appoſuerũt obſtinatõnẽ (⁊) ſic q2 nimis gloriabant de iuſticia ſua (nõ intrent) ꝑ penitentiã (in iuſticiã tuã). i. in viam vite ⁊ iuſticie rectaꝫ ad te veniendo ⁊ iuſticiaꝫ ſuam que ex lege eſt relinquendo. Culpa eniꝫ excitat culpã ⁊ cum vna nõ corrigit exinde altera generat et quãto plus refrigeſcit charitas tanto amplius abundat iniquitas.

**Deleant de libro viuentiũ: et cuꝫ iuſtis non ſcribant.**

lumine pietatis nos iſpicit p⁹ qđ tandē nos ſal
uat hunc ergo pph̄a iterat qꝛ p ipm quiſqꝫ bre
uiter qđ expedit implorat. Iſte etiaꝫ verſus ter
ponit hic ppter triplicē faciē chriſti que tripli-
citer nos ɔuertit. Eſt eni facies naſcentis mo
rientis iudicantis. Prima cōuertit nos a ſupb-
bia ⁊ vanitate mundi qꝛ chriſtus in natiuita-
te humiliauit ſe formā ſerui accipiens. ſcđa a
ɔcupiſcentia ⁊ voluptate carnis: qꝛ tunc aruit
tanqꝫ teſta virt⁹ eius. tercia ab auaricia ⁊ amo
re tpaliū p quib⁹ in iudicio exprobrabit dñs
reprobis dicens eſuriui ⁊c. Oratio.

Viſita dñe vineam tuam quam de egypti
tribulatōe potenti dextera liberaſti vt reſpectu
vultus tui viuificata bonoꝝ in te fructuum
vbertate letet. Per dñm.

**Pſalmus de inductōe fideliū ad lau dandū deū ac de preſſura ecclie bonoꝝ qꝫ pbatione et maloꝝ reprobatōne.**

ps.lxxx.

**Exultate deo adiu tori nr̄o: iubilate deo iacob.**

Auctor pſalmi pph̄a dauid. Ti-
tulus eſt. In finē p torcularib⁹ quinta ſabba
ti pſalmus ipſi aſaph. Et eſt ſenſus: pſalmus
ille dirigens nos in finē.i. in chriſtū cantatur
ipi aſaph.i. dñice cōgregatōni et cantatur ab
ipſo aſaph. Aſaph eni ſibi ipi loquitur. pſal-
mus dico agens pro torcularib⁹.i. de eccl̄ijs in
quib⁹ eſt pſſura tribulationū: et habitus quin
ta ſabbati.i. loquens de baptiſatis ⁊ baptiſan
dis aqua baptiſmi quod figuratū eſt p opus
quinte ſabbati qñ creauit deus ex aquis pi-
ſces ⁊ aues. Sicut eni vinū et oleū pſſura tor
cularis eliquata recondunt ⁊ acinū ⁊ amurca
pijciunt: ita accedente temptatōe iuſtus iuſtior
fit et ſordidus magis ſordeſcit. Silr̄ et de re-
natis ex aqua baptiſmi alij ſunt piſces.i. car-
nales. alij aues.i. ſpūales. Cantatur ergo pro
torcularib⁹ et quinta ſabbati.i. de pſſura di-
ſcernente renatos ex aqua baptiſmi. Materia
laus ⁊ bñficia dei ac ingratitudo ppli iſraelitī
ci pſſura qꝫ fideliū ac pbatio bonoꝝ et repro
batio maloꝝ. Intētio: monere fideles vt mul
tis modis deū ppter beneficia exhibita magni
ficent et ingrati non exiſtant cōtemptiſqꝫ his
terrenis ad celeſtia mente aſcendant. Senten
tia in generali pph̄eta in iſto pſalmo in pſona

aſaph.i.fidelis ꝯgregatõis loquit̃ ſibi ipi ſcꝫ
dñice congregatõi iam credenti ⁊ incitans bo
nos ad dei laudẽ admonet vt ad quod ꝑuene
runt in hoc ꝑmaneant vſqꝫ in finẽ et vt mali
ad ſuũ ſe referant finem amore premiȷ̄ vel ti-
more iudiciȷ̄ oſtendens vnde gaudendum ſit:
quid ve timendũ: quid appetenduꝫ: et quid ca-
uendum. Sñia in ſpeciali: aſaph ergo quaſi
ꝓpoſita ſibi imagine cuiuſdã ſolennitatis ele-
ctos ad celebritatẽ incitat dicẽs. O ꝯgregatio
dei (Exultate deo) voce oris clamando quic-
quid de illo verbis explicare poteſtis (adiuto-
ri nr̃o) in bonis agendis et malis tolerandis.
Exultent aliȷ̄ mundo vos deo: aliȷ̄ ventri deo
ſuo vos deo vr̃o: aliȷ̄ deceptori ſuo vos adiu-
tori vr̃o. (iubilate) gaudio cordis qđ nõ pote
ſtis explicare verbis. Jubilus enĩ eſt gaudiuꝫ
animi qđ nec oĩno pt̃ exprimi nec taceri. (deo
iacob) q: et vos ꝑtinetis ad iacob: immo vos
eſtis iacob ſcꝫ minor ppl's cui ſeruit maior. Et

**Sumite pſalmũ ⁊ date tympanũ: pſal
terium iocundũ cum cythara.**

Sumite pſalmuꝫ).i. ſpũalia que de ſuperi
ori et a deo ſunt ſicut pſalteriũ a ſupiori ſonat.
(et date tympanũ).i. carnalia ꝑ coriũ timpani
deſignata que a vobis ſunt.q.d. accipite man
data celeſtia et date opera implendo ea quia
(pſalteriũ) quod ponitur hic ꝓ pſalmo (iocũ-
dum eſt cum cythara) que ponitur ꝓ tympa-
no id eſt verbo dei operib9 reſpondere eſt dele
ctabile. pſalmi ſunt iſte materiales voces qui-
bus ꝑ ſingulos verſus tanqꝫ per diuerſas cor
das ſonat nobis a ſupiori dulciter ſpiritusſan
ctus et modo quaſi in acutis vocibus: modo
in remiſſis informat in maiorib9 et minorib9
preceptis. tympanum vero qđ fit de corio ad
carnem ꝑtinet. In hoc ergo admoniti ſumus
vt predicatõni verbi dei corꝑalibus reſpon-
deamus operibus.

**Bucinate in neomenia tuba: in inſigni
die ſolennitatis veſtre.**

Bucinate).i. reſonate (tuba in neomenia)
id eſt in nouilunio ſcꝫ (in inſigni) ⁊ ꝑclaro (die
ſolẽnitatis veſtre) ſcꝫ feſti tubarũ qđ eſt prima
die menſis ſeptembris. hec loquit̃ aſaph ſpiri
tualiter chriſtianis.q.d. Sumite ⁊ date ac bu
cinate ⁊ ne terreamini ſed quod iudei faciebãt
hiſtorialiter vos facite ſpiritualiter in innoua
tione veſtra in mente ⁊ anima annunciate ⁊ ꝑ
dicate aliȷ̄s clarius ⁊ ꝯfidenter nouã vitã quã
noua luna ſignificat ⁊ hoc tp̃e gratie quod eſt
inſignis dies ſolennitatis noſtre qua nobis a
viciȷ̄s ſemꝑ feriendũ eſt de qua dic alibi dicit̃

Hec eſt dies quam fecit dñs exultem9 et lete-
mur in ea. Ideo ſic eſt faciendũ.

**Quia preceptũ in iſrl' eſt: et iudiciũ deo
iacob.**

Quia) hoc (preceptũ) eſt a deo (in iſrael).i.
in iudeis et ad litterã ⁊ ſpiritualiter inde a deo
iudicandi ſi nõ feceritis. Unde ſequit̃ (et iudi
cium) cum precepto eſt (deo iacob) cõtra negli
gentes id eſt q: iudex futurus eſt qui hoc ꝑci-
pit ⁊ faciet vindictã de ꝑcepti obmiſſione. vbi
preceptũ ibi ⁊ iudiciũ. qui enim in lege pecca-
uerunt ꝑ legẽ iudicabunt̃. Uñ dicit̃ hoc fac et
viues.q.d. ſi non feceris morieris iam iudica
tus. Et.

**Teſtimoniũ in ioſeph poſuit illud: cuꝫ
exiret de terra egypti linguã quam non
nouerat audiuit.**

Teſtimoniũ).i. preceptũ ſub atteſtatõe. Uel
(Teſtimoniũ) rei future (in ioſeb).i. in ipo po-
pulo iſrael quem vocat ioſeph ꝓpter primoge
niturã ad ipm tranſlatã. vel eo q2 ille ppl's oc-
caſione ſui venit in egyptũ ⁊ multiplicat9 eſt ꝑ
eum (poſuit illud) preceptũ ⁊ ſubdit quãdo (q:
cum exiret) idem ppl's (de terra egypti) ꝑ mare
rubrum tunc in deſerto (linguam quam non
nouerat audiuit) ſcꝫ legem per moiſen datam
in qua et hec et alia precepta accepit. Uel (Te
ſtimonum) id eſt ꝑceptum illud (poſuit in io-
ſeph) id eſt in gentibus adauctis ꝑ fidem. Jo
ſeph enim interꝑtatur augmentuꝫ. quia (cum
exiret) ille populus gentium per fidem et ba-
ptiſmum (de terra egypti) id eſt de tenebris in
fidelitatis et ignorantie tũc in eccleſia (linguã
quam non nouerat audiuit) id eſt precepta et
angeliȷ̄ q̃ prius ignorabat accepit. Sic ⁊ nos
ſi volumus linguam incognitam noſcere ſci-
licet ſacram ſcripturam intelligere: oportet vt
exeamus de egypto.i. de tenebris peccatoruꝫ:
et tunc audiemus verba que nõ audieramus
et percipiemus myſteria que nõ noueramus.
Et tunc dominus.

**Diuertit ab oneribus dorſum eius: ma
nus eius in cophino ſeruierũt.**

Diuertit) et liberauit (dorſum eius) ſcꝫ po-
puli iudaici (ab oneribus) quibus exercebat
eos Pharao in luto et latere: q: (manus eius
in cophino ſeruierunt.) id eſt in inſtrumento
ſeu vaſe quo populus lutum et terram porta-
bat vnde lateres faciebat. quaſi diceret. libera
uit eos a vili ſeruitute educendo de egypto. ſic
dñs (Diuertit) a ſarcina peccatoꝝ (dorſum) et
rationem gentiũ: quia (manus eius in cophi-
no ſeruierunt).i. in ſeruili opere ſcꝫ in terrenis

et lutoſis operib⁹ et in immundicijs peccatorum. peccata enī ſeruilia opera ſunt: iuxta illud. qui facit peccatū ſeruus eſt peccati. Deinde mutata pſona inducit deū loquentē. ſ3

**In tribulatōe inuocaſti me et liberaui te: exaudiui te in abſcōdito tempeſtatis pbaui te apud aquā ꝯtradictōis:**

In tribulatōne) dum premebaris labore et dura ſeruitute (inuocaſti me) pro liberatōe (et liberaui te) in ſignis et prodigijs te educendo (exaudiui te in abſcondito tempeſtatis) id eſt in tempeſtate abſcondita quando nec aperte gemere vel conqueri audebas metu egyptiorum tunc amplius te aggrauantium (probaui te apud aquam cōtradictionis) id eſt examinaui te vtrum eſſes gratus et fidelis vbi de mea potentia et bonitate deſperans iurgatus es et dixiſti. Nunquid poterit de petra aquā eijcere: Vel loquitur chriſtiano ſic. (In tribulatione) dum premereris ſarcina peccatorum (innocaſti me) adiutorem (et liberaui te) exonerando (exaudiui te in abſcōdito tempeſtatis) id eſt in tempeſtate cordis et in bello ſuggeſtionis cum angeretur conſciētia tua in lucta viciorum atq₃ virtutum tibi tribulato affui et te liberaui (probaui te apud aquam contradictionis) id eſt apud ppl'm contradicentē. Predicens enim viam dn̄i multos habet ꝯtradictores ꝛ dehortatores inſultatores ꝛ detractatores. has aquas paſſus eſt dn̄s ꝛ in eis nos pbat ſed ipſe eas tranſiuit vt nos faceret eas nō timere. Hactenus egit de oleo torcularis. i. de bonis. Deinde agit de amurca. i. de reprobis. q. d. Quia tot beneficia feci.

**Audi ppl's meus et ꝯteſtabor te: iſrael ſi audieris me nō erit in te deus recēs: neq₃ adorabis deum alienū.**

Audi). i. intellige (ppl's meus) cui ſpecialē legem dedi ꝛ ſpecialia bona iam tradidi. (et cōteſtabor te) id eſt teſtis ero veritatis ꝛ eoꝝ que ſum dicturus. Quodcūq₃ autē pp'lo ſuo dixit etiā nobis loquit̄. deinde quid velit eū intelligere ſubdit o (iſrael ſi audieris me) et monita mea mihi obediendo (nō erit in te). i. in corde tuo (deus recens). i. nouiter et ad tps factus: deus enī noſter eſt ſempiternus. Quod quiſq₃ cupit et veneratur hoc illi deus eſt: ſicut idolū vel aurū ſeu quelibet creatura ac libido et cōcupiſcentia. habet enī quiſq₃ tot deos recentes quot vicia ꝛ peccata. et ſemp deū recentem habet qui modo gule: modo luxurie: modo iracundie: modo ſupbie et alijs hmōi vicijs ſeruit. (neq₃ adorabis deū alienum) et extraneū a me: ſtudiū et ſeruitium tuū impendendo vicijs vel cuilibet creature quod potius impendere debuiſti tuo creatori.

**Ego enī ſum dn̄s deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et implebo illud.**

Ego enī) nō alienus (ſum dn̄s) et rector (deus) et creator (tuus) ille idem (q̇ eduxi te de terra egypti) p mare rubrum vnde conſtat q₂ nō ſum recens et ita benefeci tibi in pterito et paratus ſum benefacere in futuro: vnde ſubdit (dilata) deſiderio (os tuū) ſc3 cordis ad deſiderandum ꝛ petendū vtilia (et implebo illud) tuum deſideriū et votum in bonis pficiendo. Non ſimus ergo ingrati deo nr̄o nō obliuiſcamur in nobis deum manentē ne faciamus nobis recentē qui eduxit nos p baptiſmū de tenebris ignorantie ac vicijs ꝛ opibus diabolicis: dilatemus os cordis deſiderando et os corpis verba veritatis pnunciādo et dn̄s implebit illud deſideriū anime tribuēdo et iſtud maiorē loqndi grā3 tribuendo. Sic monui

**Et nō audiuit ppl's meus vocē meā: et iſrael nō intendit mihi.**

Et non audiuit ppl's meus) cui legē dedi et magna feci (vocem meā) et monitionē et oſtendit quis eius vocem nō audiuit dicens (et iſrael nō intendit) et obediuit (mihi) ingratus tot beneficijs meis vt culpa creſceret et digna vltio ſequeretur. Multi ſunt qui vocē dn̄i audire cōtemnūt: ſtat ad oſtiū et pulſat: dicēs. Aperi homo recognoſce voce3 dn̄i dei tui volo vt aperias et ingrediar et nō vis aperire. nequiſſimus ſeruus eſt qui dominū ſuum hoſpitari non vult.

**Et dimiſi eos ſcḋm deſideria cordis eoꝝ ibunt in adinuentōnib⁹ ſuis.**

Et) quia ita ingrati fuerunt ideo tanq₃ deſperans de ſalute eorum (dimiſi) et dedi (eos) ſibi ſubtrahendo eis gratiā non impartiendo maliciā vt irent (ſcḋm deſideria) et affectōnes (cordis eoꝝ) nō ſcḋm viam preceptoꝝ meoꝝ et ipſi (ibunt in adinuentōnib⁹ ſuis) et affectionibus quibuſlibet. ac ſi diceret Quoniā ſepe pcuſſi et diſciplinā non receperunt: rogaui et non audierūt ideo dimiſi eos in voluntatibus ſuis vt ſaturati vicijs ſuis vel ſic penitentiam agant. Infelix eſt qui a deo nō corripitur: qui deſiderijs cordis ſui traditur et miſer q̇ peccās nō pcutitur. Malum ſignū eſt qn̄ infirmus voluntati ſue relinquit̄. Unde dicit Aug⁹. q₂ magna ira dei eſt peccantes nō corrigere non flagellare cum relinquentes. Sed.

**Si pp̄lus meus audiſſet me: iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet.**

Si pp̄lus meus audiſſet me) monitis meis obediendo quod exponens ſubdit (iſrael) hic eſt pp̄lus (ſi in vijs meis ambulaſſet) quotidie in ſanctis actionibꝫ ꝓficiendo ⁊ precepta mea obſeruando que ſunt vie ꝑueniendi ad beatitudinem hoc eſt audire me. O clementiſſimꝰ pater o miſericors deus rogauit et nõ eſt auditus quaſi iratus dimittit filiũ laſciuientẽ. Iterum videt perire ⁊ dolet qꝛ pereat et dicit. Si pp̄lus meus audiſſet me iſrl' ſi in vijs meis ambulaſſet.

**Pro nihilo forſitan inimicos eoꝝ humiliaſſem: et ſup tribulantes eos miſiſſem manũ meã.**

Pro nihilo) et gratis (forſitan) id eſt vere et ironice dicit (inimicos eoꝝ) et hoſtes cuiuſlibet generis (humiliaſſem) eos ad nihilũ reducendo (ſup tribulãtes eos miſiſſez manũ meã) vltricẽ. i. vindictã ⁊ potentia mea eos ꝓſtiſſem eorum inimicos ꝓſternẽdo. ad nihilũ dñs redigit quos in ſuo verbo et ope ꝑſeuerare ꝯſpicit. Manũ quoqꝫ ſuam ſup eos mittit cum ex reatu ꝓprie iniquitatis eoſdẽ aduerſarios dura animaduerſione ꝑcutit. Et hoc ꝓ nihilo facit qꝛ totũ fit gratis quod deus nobis impẽdit Deinde poſt verba dñi item ꝓpheta loquitᷣ dicens. Sed.

**Inimici dñi mentiti ſunt ei: et erit tempus eorum in ſecula.**

Inimici dñi) veteres ſcꝫ iudei qui ꝓmiſerant obſeruare legem dei et nõ impleuerunt et vnde debuerũt eſſe amici inde facti ſunt inimici. et noui ſcꝫ falſi chriſtiani q̄ in baptiſmo renunciauerũt factis malis et vicijs (mentiti ſunt ei) et ingrati facti: illi nõ faciendo que ꝓmiſerant: iſti implicando ſe his quibꝫ renunciauerant (et) ideo (erit tempus) pene et punitionis (eoꝝ in ſecula) id eſt in eternũ durãs vt pena eterna damnentur et ſi hic ad tp̄s florere videantur. Tales illi ſunt

**Et cibauit illos ex adipe frumẽti: et de petra melle ſaturauit eos.**

Et) tamen (cibauit illos ex adipe frumenti) veteres quidẽ manna quod ita delicatũ et ſapidum erat atqꝫ reficiebat ac ſi de adipe et medulla frumenti factuz fuiſſet: ſed nouos paſcit corꝑe chriſti qui frumentũ noſtrũ eſt: vel pinguedine gratie ſpiritalis (et de petra melle) id eſt aqua que ſicut mel dulcis videbatᷣ pp̄lo ſiti afflicto (ſaturauit eos) ſcꝫ veteres in heremo: ſed nouos ſatiat melle id eſt ſpirituali intellectu vel melliflua charitate (de petra) .i. ſapientia chriſti: nam petra erat chriſtus cuius verba et eloquia dulciora ſunt ſup mel et fauuz et tñ mentiti ſunt ei.

Oratio.

Dilata dñe ſupplicũ ora ad annunciandaꝫ gloriã tuam vt egyptijs opibus relictis nois tui cõfeſſione letemur. Per dñm.

**Pſalmus de primo aduentu chriſti et de redargutõne veteris ſynagoge ac de increpatõne iniquoꝝ iudicum et predictione damnatõis et pene ipſoꝝ.**

Ps. lxxxi.

**DEus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deus diiudicat.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus eſt. Pſalmus aſaph. hoc eſt pſalmꝰ iſte fit aſaph id eſt ſynagoge ꝑfidorum iudeoꝝ: vel congregationi iniquorũ iudicum. Materia: primus aduentus chriſti et redargutio veteris ſynagoge ac principũ eius et quorũcunqꝫ iudicantium inique. Intentio: monere credere chriſtuz verum deũ et hoĩem eſſe eiuſqꝫ p̄dicatõni obedire ac iniquũ iudicium poſtponere et iuſte iudicare. Sententia in generali: chriſtus vel ꝓpheta in iſto pſalmo loquẽs exprobrat ipſi ſynagoge iudeoꝝ que dñm corꝑaliter vidit et tamen cum nõ agnouit increpans principes et iudices eius pro falſis iudicijs ac errore et cecitate cordis. Vel arguit quoſcũqꝫ iniquos iudices ſup eorũ ꝑuerſis iudicijs ꝓponens quid eis omnibus ſit euenturũ detrimenti pro ſuis erroribꝫ. Sententia in ſpeciali ꝓphus ergo nunctians deum ait. (Deus) factus homo (ſtetit in ſynagoga deorũ) id eſt in pp̄lo iudeoꝝ vbi filius dei ſcd̃m quod homo ſtetit q̄ ad oues domus iſrael miſſus fuit. deos autem dicit quos poſtea filios excelſi nominat (in medio autẽ) et in cõmuni (deus diiudicat) ſcd̃ꝫ quod deus id eſt nõ meritis ſed gratia diſcernit. vaſa alia in honorẽ alia in contumeliã. Vel (Deus ſtetit) ꝑñtia diuinitatis que vbiqꝫ eſt (in ſynagoga deoꝝ) id eſt in congregatõe iudicũ ⁊ principum pp̄li qui dij appellantᷣ qꝛ potentia ceteris preſunt ⁊ ratione officij locũ dei tenent (in medio autem) equaliter ſe habens ad omnes (deus diiudicat) diſcernens bonos a malis et iuſtos ab iniuſtis. Timeant ergo iudices hoĩm qꝛ ſupra ſe habent iudicẽ deum. Timeant paſtores qꝛ ipſi ſupra ſe habent paſtorem cuius ſunt oues. Audiant iam quid illis a iudice dicatur. Sequitᷣ enim vox diſcernentis.

**Uſquequo iudicatis iniquitatē: et faciēs peccatoꝝ ſumitis.**

Uſquequo) id eſt quamdiu vos iudices ꝑuerſi (iudicatis iniquitatē) id eſt facitis iniquū iudiciū falſa defendendo ⁊ vera damnando (et facies peccatoꝝ ſumitis) ꝑſonas hominū in iudicio attendendo ⁊ malos ꝓpter coꝝ potentiā vel munera ſeu fauorē vel aliā cauſam acceptando ⁊ iuſtificādo innocentes vero cōtemnendo et iniuſte cōdemnando. Quod illi praui iudices fecerunt qui pctōrem barrabā petierunt et innocentē chriſtū dignū morte iudicauerunt. q. d. Iniquū eſt hoc a quo ſcelere ſtudet eos reuocare dicens.

**Iudicate egeno et pupillo: humilē et paupem iuſtificate.**

Iudicate egeno et pupillo) id eſt iudiciū veſtrum ſeruiat egeno et pupillo ſicut diuiti ⁊ potenti (humilē ⁊ paupem iuſtificate) id eſt eis iuſticiam facite ſicut maiori ⁊ diuiti chriſtus vtiq egenus ⁊ ſine patre carnali pupillus ac humilis ⁊ paup hic ꝓ nobis fuit. Quem ipſi iudei nō debuiſſent accuſare ſed defendere non damnare ſed iuſtificare. Debent etiā timere iudices et paſtores eccleſie ne falſa iudicia faciant ne ꝑſonas hoīm attendant quoꝝ myſterium eſt vt lupos vaſtatores repellant ac pupillos et paupes chriſti defendant vñ ſequit.

**Eripite pauperem: et egenum de manu peccatoris liberate.**

Eripite paupem) ſcʒ ab impetitōne et oppreſſione iniuſta (et egenum de manu) et poteſtate (peccatoris) et impij qui ei calumnias infert et iniurias (liberate) qui eñ deſinit malis obuiare cum poteſt cōſentit. hoc iudei de chriſto facere debuerūt qui cum pro multitudine timerentur principibus chriſtum ꝑmiſerunt. Sic heu multi hodie ꝑmittunt alios mala facere cum poſſent illos a facto et ſe a cōſenſu liberare. et fit multotiens vt ipſi qui malis reſiſtere debuerāt lupi et vaſtatores fiant. Sʒ.

**Neſcierunt neqʒ intellexerunt in tenebris ambulant: mouebuntur oīa fundamenta terre.**

Neſcierunt) me (neqʒ intellexerunt) iudiciū meum. i. ſcire et intelligere non curauerunt (in tenebris) ignorantie et peccati (ambulant) qꝛ excecati ſunt et ideo (mouebuntur omnia fundamenta terre) id eſt deſtruentur omnes eorū machinatōnes quibꝫ ſe ſatagunt fundare ⁊ firmare in terra cor ſuum in terrenis figendo et fauorem hominū acquirendo. Miſeri iudei ꝓpter ſupbiam ſuam in errorem ceciderūt ⁊ nequaqʒ chriſtum cognoſcere meruerunt. ſi enī cognouiſſent nunqʒ dñm glorie crucifixiſſent vnde adhuc in tenebris id eſt in cecitate cordis ambulant et per hanc cecitatem in iſrael (mouebuntur) ad fidem (omnia fundamenta terre) id eſt omnis plenitudo gentium intrabit ad fidem. Neſcierunt inquam nec intellexerunt tamen.

**Ego dixi dij eſtis: et filij excelſi oēs.**

Ego) deus deoꝝ (dixi dij eſtis) ſcʒ participatiue ex eo ꝙ habetis poteſtatem iudicandi a deo et eſtis diuine iuſticie executores ex officio. Uel (dij eſtis). i. ſtatus veſter requirit ꝙ ſicut dij ſitis excellētes virtute vltra cōmunes homines (et filij excelſi oēs) inquantum ad eius imaginē facti eſtis. dicitur deus natura vel eſſentia vt deus oīpotens. ꝑ nuncupationem vt idola. per adoptōnem vt omnes filij gratie et etiā chriſtus ſcḋm ꝙ homo. ꝑlatōe vt dedi te deum pharaonis et hic in hoc pſalmo. Deinde commemorat eis fragilitatē eorum dicens.

**Uos autē ſicut hoīes moriemini: et ſicut vnus de principibꝫ cadetis.**

Uos autem ſicut homines) ceteri (moriemini) ꝑ infirmitatē carnis qꝛ poteſtas veſtra nō preſeruabit vos a morte (et ſicut vnus de principibus) id eſt de angelis ſuperbientibꝫ (cadetis) per elationē animi et ſuperbiā vel cadetis in foueā gehenne per equitatē diuine ſententie quaſi diceret cum cito ſicut homines ſitis morituri non tamen corrigimini ſed vt diabolus qui per ſupbiā cecidit extollimini vt ſicut ipſe vos cadatis. hucvſqʒ deus locutus eſt ad homines. Deinde ex ipſius ꝓphete perſona in deteſtationem maloꝝ iudicū rogat deus vt ſibi iudiciū aſſumat cum dicit.

**Surge deus iudica terrā: qm̄ tu hereditabis in omnibꝫ gentibꝫ.**

Surge) o deus a mortuis (et iudica terrā) id eſt excita ⁊ damna iudeos terrenos (quoniam) his repulſis (tu hereditabis in omnibus gentibꝫ) id eſt omnes gentes erunt tua hereditas quas tuis preceptis et gratia miſericorditer. excolendo terrenā ab eis diſperdes cupiditatem. Uel (ſurge) o (deus) ad iudicandū qꝛ nauis noſtra fluctibꝫ tundit (iudica terram) id eſt mundū qui verus iudex es quia mali iudices non iudicant ſed euertunt legem tuam ⁊ poteſt iudicare mundū quia tuus eſt et hoc eſt quod ſequit (quoniā tu hereditabis in omnibꝫ gen-

tibus)id eſt hereditarie et tanq̄ꝫ hereditatē poſ
ſidebis omnes gentes et ideo iudica eas tan=
quam tuo dominio ſubiectas. Tunc enī erūt
oīs electi immobiliter ſubiecti ordini ſue mi
ſericordie ⁊ reprobi ordini ſue iuſticie.

Oratio.

Da nobis dn̄e ſcd̄m preceptū tuum ab ini
quitatis iudicio declinare: pauperūqꝫ neceſſi
tatibus ſubuenire: vt mereamur filiorū tuorū
numero copulari. Per dn̄m.

Pſalmus de ſcd̄o aduentu chriſti ad
iudiciū et de graui perſecutōe fideliū ac
multiplici vel hic vel in futuro punitio
ne pſequentiū. ps.lxxxij.

# DEus quis ſimilis
erit tibi: ne taceas neqꝫ compeſca=
ris deus.

Auctor pſalmi ꝓpħa dauid. Titulus eſt can
ticum pſalmi aſaph. ⁊ eſt ſenſus. canticū iſtud
quod dicitur canticū quia agit de iocunditate
mentis. eſt aſaph id eſt ꝓpl'i dei qui hic loquit̄.
Materia: aduentus chriſti ſcd̄s et grauis pſe
cutio fideliū a diuerſis malis et iniquis homi
nibus. Intentio: monere malos vt a pſecutio
ne bonoꝝ deſiſtant: et bonos vt in pſecutione
patientiā habeant. Sententia in generali: p=
pheta in iſto pſalmo in pſona aſaph id eſt po
puli dimentionē facit de ſcd̄o aduentu chriſti
ad iudiciū per quod deterret malos a perſecu
tione bonoꝝ ac deprecando narrat hoſtiū ma
liciam et contra eos implorat diuinā iuſticiā.
Sententia in ſpeciali: fidelis ergo aſaph pre
uidens chriſtū in maieſtate iudicaturū qui in
humilitate iudicatus eſt ait. O (Deus) chriſte
(quis ſimilis) in virtute et potentia (erit tibi) in
iudicio vbi magnus ⁊ terribilis iudex appare
bis et in claritate iudicabis: certe nullus. ac ſi
diceret q̄ non inuenim⁹ ſimilē nō querimus
alium adiutorē ⁊ q̄ talis eris ideo tunc (ne ta=
ceas neqꝫ compeſcaris) o (deus) id eſt nō tace
bis quin iudices neqꝫ compeſceris quin vin
dices maloꝝ culpas. Nos taceamus tu iudi
ca: nos cōpeſcamur tu vindica. Culpas enim
quas modo aſpicit ⁊ ſilet patienterqꝫ a vindi=
cta ſe cōtinet tunc diſtricte iudicabit et aſpere
vindicabit.

**Quō ecce inimici tui ſonuerunt: et qui
oderunt te extulerūt caput.**

Quoniā ecce inimici tui) ſcꝫ pſecutores no
ſtri (ſonuerunt) ſtrepitū in ſanctos faciēdo ac
veritati cōtradicendo ⁊ repugnādo (et qui ode
runt te) inſanabiliter ⁊ cultū tuū (extulerūt ca
put) et ſuperbā mentē contra te et tuos ſe eri=
gendo et ſupbiendo tanquā parati ad aggre=
diendum ⁊ faciendū ardua ⁊ mala multa. Iō
caput extulerūt q̄ te oderunt ſi enim te amaſ=
ſent caput ꝓculdubio humiliaſſent. Ergo qui
caput eleuat deum odit. Timeant ergo quod
ſcriptū eſt omnis qui ſe exaltat humiliabit̄.

**Super ꝓpl'm tuum malignauerūt con
ſiliū: et cogitauerūt aduerſus ſctōs tuos**

Super ꝓpl'm tuū malignauerūt conſiliū)
id eſt malignū conſiliū inierunt ⁊ diſpoſuerūt
ad decipiendū ⁊ opprimendū ⁊ addit tuū. q. d.
q̄ tuus eſt nō poterunt vnde irridenter hoc di
cit q̄ nocere nō poſſunt ꝓplo dei ꝓ quo eſt de=
us. Si enim deus ꝓ nobis quis cōtra nos (et
cogitauerūt) maligne et aſtute (aduerſus ſan=
ctos tuos) ſcꝫ iuſtos ⁊ bonos nō ſolum cōtra
mediocres ſed etiam contra celeſtes viros ſcꝫ
quomodo diſꝑderent eos ⁊ occiderent. Unde
ſequit̄ conſiliū quo meditati ſunt inania.

**Dixerūt venite et diſꝑdam⁹ eos de gen
te: et nō memoret̄ nomen iſrael vltra.**

Dixerūt) ad inuicē in cōſilio quod inierunt
mutuo ſe exhortātes (venite) querentes ſibi in
nequitia ſua ſocios (vt diſꝑdam⁹ eos de gen=
te) id eſt cōteramus eos vt nō ſint inter gentes
vel vt nō ſint gens et nō remaneat in eis voca
bulum gentis id eſt tollamus eos de mūdo (et
non memoret̄ nomen) veri (iſrl') ſcꝫ fidelis po
puli (vltra) id eſt ſic deleamus q̄ nō remaneat
huius gentis memoria. Talis enī intentio il=
lorum fuit vt eos ex omni ſocietate hoīm di=
ſperderent ⁊ memoriā nominis illoꝝ penitus
delerent.

**Quō cogitauerūt vnanimiter: ſimul ad
uerſuꝫ te teſtamentū diſpoſuerūt taber
nacula idumeoꝝ et iſmaelite.**

Quō cogitauerūt vnanimiter) id eſt cōcordi
ter vno animo ⁊ aſcenſu deliberauerūt (ſimul)
id eſt oīs quaſi poſſent te eſſe fortiores (aduer
ſum te teſtamentū). i. pactū ⁊ placitū firmū in
ter ſe (diſpoſuerūt) et cuꝫ ſtudio fecerūt mutuo
ſe colligātes ad deſtruendū fideles et loca cul
tus dei. Deinde incipit inimicos chriſti cōme
morare ſub quibuſdā vocabul' gentiū que my
ſtice eis ꝓpter interꝑtatōes cōueniūt. Unū dicit
(tabernacula) id eſt ꝯgregatōes (idumeoꝝ). i.
idumei deſcendentes. et dicti ab edom qui eſt
et eſau et ſeyr dictus habitantes in tabernacu
lis. idumei aūt interpretant̄ terreni vel ſangui
nei q̄ terrena amant ⁊ ſanguinē ſitiūt (et iſma

elite) qui de iſmael filio abrahe et agar deſcen
derunt et interpretanť obediẽtes ſibi quaſi nõ
deo qꝫ q̃ocunqꝫ cor ꝛ mala cogitatio dictaue=
rit ſequunť ſtatim ꝛ faciunt.

**Moab et aggareni: gebal et amõ ꝛ ama
lech: aliegenigene cũ habitantibꝫ tyrũ.**

Moab) id eſt gens moabitaꝝ que a moab
deſcẽdit quem loth ebrius de maiori filia ſua
genuit et interpretať ex patre q̃d in malo acci=
pitur. bonus quidẽ fuit pater quo filia illicite
vſa eſt. ꝑ moab ergo ſignificãť gentes ex leges
ſeu lege abutentes que recedentes a deo patre
ſunt ex p̃re diabolo (ꝛ aggareni) dicti ab agar
qui de filijs cethure vxoris abrahe deſcende=
runt ꝛ interpretanť ꝓſeliti id eſt aduene vľ alie
ni ꝑ quos ſignificanť falſi fratres qui inter po
pulos dei in eccľia animo alieno atqꝫ aduenti
cio ꝛ ſolo nomine ſunt ꝛ nocendi occaſione in
uenta ſe oſtendũt (gebal) qui diciť ꝛ hebal qui
fuit filius ſobal filij ſeyr horrei et ſic eſt nomẽ
alicuius praue gentis que a ſeyr horreo deſcẽ
dit in idumea cuiꝰ poſſeſſor erat ſeyr ſeu eſau ꝛ
interpretať gebal vallis vana ꝑ quod ſignifi=
cantur fallaciter hũiles. i. hypocrite (et amon)
id eſt gens amonitaꝝ que ab amon deſcendit
quem loth ebrius de filia ſua minore genuit ꝛ
interpretať ꝑpľus turbidus vel ꝑpľus merori
per quem ſignificanť iracũdi ꝛ furioſi vel qui
confidunt in multitudine ꝛ nõ in ſimplicitate
(et amalech) quem genuit elyphat ꝑmogeni=
tus eſau a quo dicunť amalechite et interpre=
tatur ꝑpľus lingens terrã per quem ſignifican
tur cupidi ꝛ auari amantes terrena qui nõ co=
medunt celeſtẽ panẽ ſed terrena ſapiunt et ter
ram lingunt ſicut ſerpens (alienigene) ꝓ quo
in hebreo habetur philiſtijm qui interpretan
tur cadentes potione per quos ſignificanť illi
qui ſunt ebrij luxuria ſecularium. Et hi omnes
diſpoſuerũt teſtamentũ (cum habitantibꝫ ty=
rum) que eſt ciuitas in mari id eſt cum omni=
bus impugnantibꝫ ſanctos. tyrus enim inter=
pretatur anguſtia vel tribulatio quod cõuenit
inimicis ꝑpľi dei. iſti enim qui expugnant po
pulum dei habitant in anguſtia ꝛ tribulatio=
ne anime ſue ſcd̃m illud apoſtoli tribulatio et
anguſtia in omnẽ animã hominis operantis
malũ. Et quaſi indicãs cauſaꝫ quare iſti ſint
inimici ꝑpľo dei adiungit oſtendens quem ha
bent principem.

**Etenim aſſur venit cum illis: facti ſunt
in adiutoriũ filijs loth.**

Etenim aſſur) id eſt nabuchodonoſor rex
aſſirioꝝ (venit cum illis) quo oꝑante (facti ſũt
in adiutoriũ filijs loth) id eſt moabitis ꝛ amo
nitis ꝛ iſmaelitis ac ceteris nationibꝫ p̃dictis.
Aſſur interpretať deprimens vľ elatus ꝑ quẽ
ſignificať diabolus qui malos quoꝝ ꝑnceps
eſt in ꝓfundũ peccati deprimit et oꝑando in
malis venit cum eis ad oppugnandũ ꝑpľm dei
et hi omñs inimici oꝑante in ſe ꝑncipe ſuo dia
bolo (facti ſunt in adiutoriũ filijs loth) qui in
terpretať declinans. i. demonibꝫ Angeli quip
pe apoſtatici bene intelliguntť filij declinatõis
qꝫ a veritate declinãdo in ſatellicium diaboli di
ſceſſerunt. Qua ꝓpter ipos inuiſibiles ꝛ ſpiri=
tales inimicos adiuuant hoĩes mali in quibꝫ
oꝑanť ad oppugnandũ ꝑ eos ꝑpľm dei qꝫ cuꝫ
a deo declinant hoc oꝑanť q̃d et demones. de
inde imp̃cať ilľ vindictã magꝭ p̃dicẽs quã ma
ledicẽs. q. d. illi ita ꝯtra tuos faciũt ꝛ tu o dñe.

**Fac illis ſicut madian et ſyſare: ſicut ia=
bin in torrente cyſon.**

Fac illis) puniendo eos (ſicut) feciſti olim
(madian) qui fuit filius abrahe ꝛ cethure vn
de ꝛ madianite fuerũt q̃s territos dñs in fugã
cõuertit mutuaqꝫ cede omñis illa multitudo ce
cidit (et ſyſare) q̃ fuit dux exercitus iabin et ab
iabel occiſus eſt dormiẽs perforatis clauo tpibꝫ
ſicut (iabin) q̃ fuit rex chanaan (in torrente cy
ſon) vbi deuictꝰ eſt ꝛ omñs pierũt. Vñ ſequiť.

**Diſperierũt in endor: facti ſunt vt ſter=
cus terre.**

Diſperierũt in endor) q̃ eſt fons vñ aqua tor
rentiſ cyſon deſcẽdit q̃ cadauera mortuoꝝ tra
xit et etiã ciuitas ſeu villa ſup torrentẽ cyſon ſi
ta (facti ſunt vt ſtercus terre) putrefacti et con=
culcati quia eoꝝ cadauera inſepulta putrue=
runt. Hec omñibꝫ cõmuniter fac vt ſicut illi vi
cti ſunt ſic et iſti vincantur. Sꝫ ſpecialiter.

**Pone principes eoꝝ ſicut oreb et zeb:
et zebee et ſalmana.**

Pone principes eoꝝ) id eſt auctores cõſili=
orum (ſicut oreb et zeb) qui fuerunt principes
madianitaruꝫ et a ꝓpria gente interfecti ſunt et
capita eoꝝ delata ad gedeonem vt ceſſaret ꝑſe
qui eos (et zebee et ſalmana) qui fuerunt prin=
cipes madian ꝛ a gedeone ſũt interfecti. Hos
omnes p̃dictos ſcd̃m hiſtoriaꝫ ꝑpľs iſrael qui
tunc erat ꝑpľs dei et debellauit et vicit: et ſicut
illi victi ſunt in figura a populo dei ſic iſtos p̃
catur in veritate dei ſuperari. Unde iuxta in=
terpretatõnes nominũ etiam myſtice hic dici
pñt. Madian eni interp̃tať declinãs vel relin
quẽs iudiciũ Syſar agaudij excluſio. Iabin
ſapiẽs vel intellectus. Cyſon vbi victi fuerũt
interpretať duricia. Iſti ergo qui declinant et

non cogitant futurũ iudiciũ ſe iudicãdos nõ
putantes ⁊ qui excludunt a ſe futurũ ⁊ eternũ
gaudiũ ⁊ qui ſapiẽtia carnis que inimica deo
eſt inflati cõfidunt in ſua ſapientia ⁊ nõ in glo
ria dei quos obſtinatẽ mentis duricia in pni-
ciem trahit pugnant contra ꝓplm̃ dei et pere-
unt (in endor) quod interpretatꝰ fons genera-
tionis ſed carnalis cui dediti pereunt nõ con-
ſecuti regenerationez et fiunt vt (ſtercus terre)
quia de eis nihil ꝓpagatur niſi terrena fecun-
ditas (oreb) interpretatꝰ ſiccitas (zeb) lupus (ze
bee) victima lupi hoc eſt quos lupus ſuffoca-
uerit (ſalmana) vmbra cõmotionis vel perfe-
ctus in malicia hec omnia cõgruũt malis q̃s
in bono vincit ꝓplus dei (Pone) inquit (prin-
cipes eoꝝ ſicut oreb) ſcꝫ in gentem ſterilem vt
pote ſiccos a gratia dei (⁊ zeb) id eſt rapaces vt
pote deuoratores ouium (et zebee) vtpote eos
qui iam ſunt victima lupi id eſt diaboli (et ſal
mana) id eſt inſtabiles omni praue ſuggeſtio-
ni cedentes. Et quid p ſingula.

**Omnes principes eoꝝ: qui dixerũt he
reditate poſſideamus ſanctuariũ dei.**

Omnes principes eoꝝ) id eſt ꝓploꝝ ſupra
nominatoꝝ ꝯſiliarios (qui dixerũt) ſed nõ p-
fecerunt q2 dñs pugnabat p ꝓplo ſuo (heredi
tatem poſſideamꝰ ſanctuariũ dei) ſcꝫ terrã ſan
ctam ⁊ ꝓmiſſionis loca ſancta et terrã chriſtia
norum vt nunquaꝫ dimittamꝰ et reſtituamus
ipſis vel ſanctos quos vocat aplꝰus templuꝫ
dei dicens. Templũ dei ſanctuꝫ eſt quod eſtis
vos. Mali populũ dei poſſidere ⁊ ſubiugare
moliunꝰ vt cedat in eorũ impias voluntates.
Iſtud retorqueri poteſt in illos q̃ decimas de
tinent ⁊ quaſi hereditario iure ſibi vſurpant et
qui bona eccl'iaſtica emendo vel amicis ſucce
dendo quaſi hereditatẽ poſſidere volunt. Ita
illi dixerũt. Sed. D

**Deus meus pone illos vt rotam: et ſi-
cut ſtipulã ante faciẽ venti.**

Deus meus pone illos vt rotã) id eſt inſta-
biles ⁊ mobiles ad modũ rote vt nõ ſint ſtabi
les in eo quod cogitant vel ſicut rota quãtum
cunqꝫ eleuenꝰ ex parte vna deprimanꝰ ex alte
ra. Rota quippe in anteriorib9 cadit ⁊ ex poſte
riori pte attolliꝰ ſic iniqui dum eterna que an-
te ſunt negligunt ⁊ tpalia que retro deſerenda
ſunt ſequunꝰ in anteriorib9 corruunt ⁊ ex po-
ſteriorib9 eleuanꝰ (et ſicut ſtipulã) fragilẽ (ante
faciem venti) eam de loco ad locuꝫ impellen-
tis id eſt ante preſentiã tentatõnis vt facile ce-
dant omni tentatõni ⁊ ſuggeſtioni. Non autẽ
hoc eſt optatio ſed ꝓphetiſatio. Et q2 leuitateꝫ
peccantiũ ſequitur grauis cruciatus ideo ſub
ditur.

**Sicut ignis qui cõburit ſiluaꝫ: et ſicut
flãma cõburens montes.**

Sicut ignis) qui ex magna potentia (com
burit ſiluam) cõſumendo eam (et ſicut flãma)
ex ardoris vehementia (comburens montes)
deſtruendo eos. Malos dicit ſiluam ꝓpter ſte-
rilitatem q2 ſteriles ſunt a iuſticia ⁊ eoſdem di
cit montes ꝓpter elationẽ q2 pleni ſunt ſupbia
quos ignis ⁊ flãma ad litterã in iudicio cõcre-
mabit vel ignis flãmeus eſt puniens deus vel
diuina vltio et vindicta que ſteriles et ſupbos
conſumit ⁊ condemnat. Unde ſequiꝰ.

**Ita pſequeris illos in tempeſtate tua:
et in ira tua turbabis eos.**

Ita pſequeris) id eſt pfecte ſequeris mitten-
do in gehennã (illos) ſcꝫ hoſtes tuos ⁊ noſtros
(in tempeſtate tua) id eſt in futuro iudicio tuo
graui ⁊ repentino quod ſuper eos veniet ex im
prouiſo (et in ira tua) id eſt in effectu ire tue ſcꝫ
iuſticia vltime vindicte (turbabis eos) ſine pla
catione ⁊ mitigatõne. Si quid ergo ſilua eſt ⁊
non habet fruges et ſi quid mons eſt et tume-
ſcit hoc tunc peribit. penis aũt ptinaciũ ꝓphe
tatis orat p crediturís dicens.

**Imple facies eoꝝ ignominia: ⁊ querẽt
nomen tuũ dñe.**

Imple) ſalubriter (facies eorum) id eſt ali-
quorum inter eos (ignominia) vilitatis obpro
brij ⁊ abiectõis id eſt fac eos ſibi ⁊ alijs igno-
minioſos videri vt confundanꝰ ⁊ ſic dum cul
pabuntur ab alijs ⁊ diſplicebũt ſibi ipſis (que
rent nomen tuũ) o (dñe) penitendo ⁊ obedien-
do ac illud in ſuũ ſubſidiũ inuocando. bonũ
hoc optatur eis q2 obprobrium ſepe corrigit.
Nota hic ſcd̃m remigiũ melius eſſe ruere ali-
quem vt peniteat q̃3 ſub religionis ſpecie ſup-
bire. Unde ꝓpheta in babyloneꝫ venies et ibi
ſanaberis. Qui vero ptinaces ſunt et nomen
tuum nõ queſierint.

**Erubeſcant et conturbenꝰ in ſeculũ ſe-
culi: et confundanꝰ et pereant.**

Erubeſcant) in futuro de malis ppetratis
(et conturbenꝰ in ſeculũ ſeculi) id eſt in eternũ
de penis duraturis. Nunquam ceſſet remor-
ſus conſcientie in eis et nullam requiẽ conſe-
quantur in tormentis (et confundanꝰ) intus
in anima et foris in corpore (et pereant) omni
no et irreparabiliter ⁊ duplici contritione con
teranꝰ cum reprobis eterne deputati miſeric.

Illi autē qui querunt nomen tuū ⁊ ſi modo ꝑ
peccatis erubeſcūt et ꝯturbant̄ non tamen in
eternū ꝯfundent̄.
Et cognoſcāt qꝛ nomen tibi dn̄s tu ſo⸗
lus altiſſimus in omni terra
Ut) nunc vel ſero (cognoſcant) ipſi mali per
experientiā pene ſibi inflicte et ꝑ potentiā quā
in eoꝝ oſtendiſti ꝯfuſione qđ modo nolunt
ſcire ſcꝫ (qꝛ nomen tibi) ſoli eſt (dn̄s) eſſentiali
ter. ⁊ tu ſolus dn̄a beris ⁊ ideo fruſtra ſubterfu
gerunt tuū dominiū. ceteri autē nec vere dn̄i
ſunt nec vero nomine dn̄i vocant̄ quoniā ſer⸗
uiliter dominant̄. ⁊ qꝛ (tu ſolus altiſſimꝰ) ⁊ po
tentiſſimus es (in omni terra) ſcꝫ in terra moꝛ⸗
tuoꝝ in inferno. in terra morientiū in mundo
in terra viuentiū in celo Deſinat ergo ſuꝑbire
terra. i. homo cum audit deum dn̄ari vbiqꝫ et
nullū cōtra ſuos valere. Et notandū qꝛ vnde
cim ſuꝑioribꝰ pſalmis introductus eſt aſaph
vt duricia iudeoꝝ frequenti voce ipſius ſyna⸗
goge molleſceret. Egit autē de dei incarnatōe
et de gentiū fide ac de iudicio in quibus multi
plex iudeoꝝ redarguit̄ tranſgreſſio vnde con⸗
grue vndecim ſunt vndenariꝰ enim numerus
eſt tranſgreſſiōis qꝛ ⁊ denariū trāſit ⁊ ad duo⸗
denariū nō ꝑuenit. Oratio.
Diſcute a nobis dn̄e omnē ſuꝑfluitatꝫ erro
rem vt relictis gentibꝰ vicioꝝ te ſolū qui ſuper
omnē terrā altiſſimus inhabitas metuamus.
Per dn̄m no.
Pſalmus de feruenti deſiderio iuſto
rum in preſſuris laboꝛantiū deueniendi
ad gaudiū ciuiū ſupnoꝝ et de modo ve
niendi ad ipſum. ps. lxxxiij.
Quam dilecta ta⸗
bernacula tua dn̄e virtutū: cōcupi⸗
ſcit et deficit aīa mea in atria dn̄i.
Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus eſt.
In finem ꝓ torcularibꝰ filijs chore pſalmus.
Et eſt ſenſus pſalmus ille dirigens nos in fi⸗
nem id eſt in chriſtū ꝓponit̄ filijs chore. i. chri
ſti crucifixi habitus pro torcularibꝰ. i. agens
de eccl̄ijs in quibꝰ ſunt preſſure tribulationū.
Materia ineſtimabile deſideriū iuſtoꝝ in tor
cularibꝰ laboꝛantiū deueniendi ad eternā do⸗
mum ⁊ beatitudinē ciuiū ſupernoꝝ. Intentio
inflāmare deſideriū et monere ad celeſtis pr̄ie
cōtemplatōꝫ ⁊ eternoꝝ amorē. Sententia in
generali ꝓpheta in iſto pſalmo exp̄mit deſide⸗
rium ſanctoꝝ in hac valle miſerie degentiū et
in p̄ſſuris tribulationū laboꝛantiū deuenien⸗
di ad ip̄m. Sententia in ſpeciali poſt ꝑſecu⸗
tionem ergo fideliū de qua in precedenti pſal⸗
mo eſt dictū iſte ꝑ oībꝰ filijs chore quaſi vnus
homo qꝛ omnes ſunt vnum corpus chriſti ſu
ſpirans de torcularibꝰ in eterna tabernacula
cum admiratōne ait quod ſequit̄. Et nos quo
qꝫ in preſſuris tribulationū vel tentationū cō
ſtituti edamus hanc vocem ⁊ p̄mittamꝰ deſi⸗
derium noſtrū dicentes ſinguli (Quam dile⸗
cta) id eſt valde dilecta ⁊ diligenda ſunt menti
bus ⁊ cordibꝰ bene diſpoſitis ꝙ nō poteſt dici
quantū (tabernacula tua) ſcꝫ illa ſuꝑna ⁊ eter⸗
na ſupernoꝝ ciuiū in quibꝰ nulla eſt preſſura.
O (dn̄e virtutū) celeſtiū ſcꝫ angeloꝝ vel ꝑ hoc
oſtendit miraꝫ dei potentiā qua preſtat nobis
patientie virtutē ne ſuccumbamꝰ. et vere dile⸗
cta qꝛ (cōcupiſcit) id eſt deſiderat (et) ꝓpter in⸗
tenſum deſideriū (deficit) a ſe ſcꝫ a ſtatu ſuo ac
deſiderio et amore languet (anima mea) ten⸗
dens (in atria dn̄i) eterna. q. d. anima mea tan
to deſiderio in atria celeſtia ⁊ eterna ĩgredi de⸗
ſiderat vt omnibꝰ huius mūdi delectationibꝰ
et amore tꝑaliū penitus deficiat quibꝰ quon⸗
dam delectabiliter inherebat.
Cor meum et caro mea: exultauerūt in
deum viuum.
Cor meum) id eſt homo meus interioꝛ ſcꝫ
anima (et caro mea). i. homo exterioꝛ ſcꝫ cor⸗
pus (exultauerūt) et ſi grauent̄ (in deum viuū)
qui dat viuere nō in diuitijs nō in delicijs nō
in pompis et vanitatibꝰ. Gaudet iſte in ſpe et
ideo tolerat preſſurā torcularis cupiens diſſol
ui et eſſe cum chriſto. q. dicē. O dn̄e in ceteris
oīūbꝰ iſtis deficio eterna tabernacula et atria
cupio te ſolū corpore et anima cunctiſqꝫ viri⸗
bus diligo ⁊ tecū eſſe ſedemqꝫ aliquā ⁊ nidulū
anime mee ⁊ corꝑi habere toto mentis affectu
deſidero. Inde aūt exultauerūt.
Etenim paſſer inuenit ſibi domū: et tur
tur nidū ſibi vbi reponat pullos ſuos.
Etenim) id eſt qꝛ (paſſer) id eſt ratio (inue⸗
nit) ibi (ſibi) dum quereret exercendo ſe in vir
tutibus (domū) nō manufactā in qua ꝑmane
at (et turtur) id eſt caro caſta inuenit ibi (niduꝫ
ſibi) et manſioneꝫ (vbi reponat pullos ſuos)
id eſt opera. duobꝰ predictis ſcꝫ cordi et carni
duo reddit ſcꝫ paſſereꝫ ⁊ turturē. coꝛ nanqꝫ eſt
vt paſſer. caro vt turtur. corde enim a terrenis
volante deum cogitamꝰ et ſic quaſi paſſer vo⸗
lat ad donum. carne vero ſub multis miſerijs
gemente. opera bona agimus et ſic quaſi tur⸗
tur ꝓducit pullos quos in nido reponat. De⸗
inde autem quem nidum et domum inuenit.
Scilicet.

**Altaria tua dñe virtutũ: rex meus et deus meus.**

Altaria tua) o (dñe virtutũ) celeſtiũ. i. angelorum (rex meus) qui me regis (⁊ deus meus) qui me creaſti hoc eſt celeſtẽ patriã et diuerſas ſanctoꝝ manſiones ſcđꝫ varia eoꝝ merita in quibꝫ iugiter ſacrificia diuine laudis offerunt᷑ vbi anime celeſti cõuiuio epulant᷑ vbi anima quaſi in domo gaudet ⁊ caro reponit opa ſcã. hec quippe ſunt illa in quibꝫ appetitus humanus quietat᷑. Celeſtis pĩa dicit᷑ tabernaculũ ꝓpter inhabitationẽ. atria ꝓpter latitudinẽ. domus ꝓpter quietem. nidus ꝓpter ſecuritatẽ. altaria ꝓpter ꝑfectam oblationẽ vbi iſte iam ſuſpirat dicens.

**Beati qui habitant in domo tua dñe: in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te.**

Beati qui habitant in domo tua) celeſti nõ manufacta o (dñe) vbi nõ eſt timor nõ qui habitant in altis turribꝫ ⁊ pallacijs aut i magnis vrbibꝫ ⁊ villis qꝛ (in ſecula ſeculoꝝ laudabũt te) hoc erit totũ ibi negociũ noſtrũ vt ſemꝑ laudemus quem ſemꝑ amabimꝰ. Huic ergo vite ſuſpiremus et ad eam toto niſu tendamꝰ. Scꝫ qui tunc ſemꝑ laudare deſiderat nunc tꝑaliter laudet. qui enim hic nõ laudauerit ibi a laude mutus erit. Deinde oſtendit quo auxilio et cuius ope ad domũ dei veniat᷑ dicens.

**Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te: aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarũ: in loco quem poſuit.**

Beatus vir) ſcꝫ nũc in ſpe ⁊ tandẽ in re (cuius eſt auxiliũ abs te). i. a te hoc eſt q̄ te hic habet adiutorẽ qꝛ ad hoc nemo ſuis viribꝫ vl' meritis ſufficit ⁊ modus ſubdit᷑ qꝛ (aſcenſiones) id eſt gradus quibꝫ aſcendat (in corde ſuo diſpoſuit) ille vir deo inſpirãte ſcꝫ appetẽdo ſemꝑ ꝓficere. Vel qꝛ (aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit) deus. facit enim illi gradus quibꝫ aſcendat ꝑſtando ei gratiã vt ſemꝑ conet᷑ ꝑ gradus virtutũ ꝓficere et hoc (in valle lachrymaꝝ) h̄ eſt in ſtatu pñtis miſerie ſcꝫ (in loco quem poſuit) ipſe deus hominibꝫ ad defendũ ibi pctã ad pugnandũ contra hoſtes ⁊ vicia ⁊ ad merendũ premia eterna. Vel (quem poſuit) Sibi ipſi homo quando peccauit. quamdiu ſumus in valle lachrymarũ nõ debemus ridere ſed flere non eſſe ſecuri ſed pauidi quoniã hoc ſeculũ ⁊ hoc tempus eſt lachrymaꝝ ⁊ certaminis ſed aliud gaudij ⁊ pacis. Nota ſex gradibus aſcendebat᷑ ad thronũ ſalomonis ſic ſex gradibꝫ aſcendit᷑ ad cognitionẽ trinitatis. primus gradus eſt cõtemplari ea que ſunt tm̄ vt lapides. ſcđs que viuunt vt plantas. tercius q̄ ſentiunt vt bruta. quartus que diſcernũt vt homines. quintus que cõprehendũt vt angelos et ſanctos. ſextus humanitatẽ chriſti et que ꝑ nobis fecit et ſic venit᷑ ad cognitionẽ deitatis. felix eſt q̄ ſemꝑ ꝯſiderat quid faciat ⁊ quomodo ꝓficiat ⁊ vt quotidie ꝓficiẽdo ꝑ gradus virtutum aſcendat. Auxiliabit᷑ aũt ei dñs.

**Etenim benedictionẽ dabit legiſlator: ibunt de virtute in virtutẽ: videbit᷑ deus deoꝝ in ſyon.**

Etenim benedictionẽ). i. grẽ infuſionẽ (dabit legiſlator) ſcꝫ chriſtꝰ vtriuſqꝫ teſtamenti auctor qꝛ poſt legem venit gratia hoc autẽ preſtat gratie benedictio qđ per eam (ibunt) fideles (de virtute in virtutẽ). i. de ope vnius virtutis in opus alterius nõ enim omniũ opa ſimt' exercent᷑ licet ipe ſimul habeant᷑ et ſic tandem (videbit᷑ deus deoꝝ). i. ſanctoꝝ ſcꝫ chriſtus ſicuti eſt deus apud deum verbũ apud patrem qui eſt deus deorũ. i. chriſtianorũ quibus dedit ptãtem filios dei fieri (in ſyon). i. in celeſti ſpeculatione ⁊ ꝯtemplatõis plenitudine. ſyon enim ſpeculatio dicit᷑. ꝑ gratiã eni multe dant᷑ virtutes de quibꝫ venit᷑ in chriſtũ dei virtutẽ ⁊ dei ſapientiã. Et vt ego videã ⁊ ad tanta p̄mia electorum ꝑueniam. D.

**Dñe deus virtutũ exaudi oratõẽ meã auribꝫ ꝑcipe deus iacob.**

Dñe) a quo regimur (deus) a quo creati ſumus (virtutũ) celeſtiũ. i. angeloꝝ cõditor quibus me ſociari cupio et humanarũ infuſor qꝛ dator es omniũ virtutũ ꝑ quas aſcendit᷑ ad te videndũ (exaudi orationẽ meã) vt ad beatitudinem me ꝑducas ⁊ virtutibꝫ angelicis ſocies (auribꝫ ꝑcipe) eam oſtendendo ꝑ miſcđie effectum ⁊ complendo deſideriũ meũ. D (deus iacob). i. luctantiũ vl' ſupplãtantiũ vt i luctamine me iuues ⁊ iſrl' me facias vt videã te ſicut vidit iacob quem iuuiſti ⁊ feciſti iſrl' apparens ei.

**Protector noſter aſpice deus: et reſpice in faciem chriſti tui.**

Protector noſter) in pugna (aſpice) nos et agonẽ noſtrũ ⁊ ꝓtege o (deus) pater ⁊ hoc per chriſtũ. Unde ſubdit (et reſpice). i. attende (in faciem chriſti tui) hoc eſt per ipſum nos aſpicez reſpice in nos in nobis enim reſpicis filiũ tuum qui habitat in nobis. q. d. ſi nõ propter nos ſaltem quia ſumus ꝯformes filij tui non ſolum ꝓpter imaginẽ ſed et ꝓpter nature noſtre ſuſceptionẽ. reſpice nos intuitu meritorũ eius et ſi non noſtrorũ cuius meritis petimus exaudiri et non meritis noſtris. Ad hoc autem

exaudiri cupio ad hoc intendit mea oratio vt
habitare merear in tua domo.

**Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis
ſuper milia.**

Quia melior eſt dies vna) īmutabilis que
eſt (in atrijs tuis). i. in celeſtib⁹ manſionib⁹ (ſu
per milia) dierū in terris qui finem habent. et
ponit finitū ſcʒ milia ꝑ infinito. qd̄ dicit̄ dies
vna ſpectat ad illam vnam de qua alibi dicit̄
vnā petij a deo hāc req̄raʒ. Milia dieꝝ hoīes
deſiderant ⁊ multuʒ hic viuere volunt. Con-
temnant milia dierū deſiderent vnum diem q̄
non habet ortum ⁊ occaſuʒ. diem ſempiternū
cui nō cedit heſtern⁹ quem nō vrget craſtinus
Huius dici amore iſte abnegās ſemetipʒ ſub
iungit ꝓpter qd̄.

**Elegi abiect⁹ eſſe in domo dei mei: ma-
giſq̄ȝ habitare in tabernaculis pctōꝝ.**

Elegi) et ſi poſſem regnare diu (abiectus) et
deſpectus (eſſe) opinione hominū. i. vilis ⁊ cō
temptibilis haberi ⁊ in humilitate viuere deo
q̄ȝ ſeruire (in domo dei mei). i. in ſancta eccl'ia
militante ⁊ ſociate bonoꝝ. in quib⁹ habitat de
us tanquaʒ in domo ſua (magiſq̄ȝ habitare in
tabernaculis pctōꝝ) vbi ſunt qui honorib⁹ tu
ment. i. magis q̄ȝ eſſe in gloria ſeculi ⁊ excellen
tia inter pctōres potentes ⁊ ſupbos. Ideo aūt
volo eſſe abiectus magis q̄ȝ glorioſus et in do
mo dei magis q̄ȝ alibi.

**Quia miſcdiam ⁊ veritatē diligit deus
gratiā et gloriā dabit dn̄s.**

Quia miſcdiam ⁊ veritatē diligit deus) que
in eccl'ia preſtat humilib⁹ ⁊ abiectis. Miſcdia
eſt qua prius ſubuenit ac donat pctā ⁊ iuſtifi-
cat. Ṽitas qua poſtea reddit ꝓmiſſa ⁊ coronat
Et ne hoc ex meritis dari putes adiunctuʒ eſt
(gratiā) hic in preſenti (et gloriā) ibi in futuro
(dabit dn̄s) vere humilib⁹. Eſto ergo abiect⁹
et humilis vt de loco infimo vocari ſupius ac
gratiā ⁊ gloriā conſequi merearis. Unde be-
ne ſubditur.

**Non priuabit bonis eos qui ambulant
in innocētia: dn̄e virtutū beatus homo
qui ſperat in te.**

Non priuabit bonis) ſpiritualib⁹ ſcʒ gratie
⁊ glorie (eos q̄ ambulant in innocentia) ſcʒ ab
offenſa dei ⁊ ꝓximi cauendo ⁊ mūdos ſe ipos
cuſtodiendo. Innocētia enim vera eſt que nec
ſibi nec alteri nocet. Cur ergo ꝑ bonis terre-
nis deſerit̄ innocentia. Acquirit̄ aurū ⁊ perdi
tur celū. Et cōuertens ſermonē ad deum ſub-
dit. Et qꝛ nō priuabis ergo o (dn̄e virtutū) da
tor ⁊ ꝯſeruator. deus miſcdiaꝝ et totius ꝯſola
tōnis qui tanta facis nobis (beatus homo) in
preſenti ꝑ ſpem ⁊ in futuro ꝑ rem (qui ſperat)
et ſpem ponit (in te) et in eternis nō in tranſito
rijs ⁊ caducis. paucis verbis oīa ꝯcludit q̄
reſtant nobis facienda in preſſura.

Oratio.

Tabernaculoꝝ celeſtiū fundator eterne di
ſpone queſum⁹ aſcenſiones in cordib⁹ noſtris
quib⁹ ad tua tabernacula mereamur ſine la-
pſu ꝯſcendere. Per dn̄m.

**Pſalmus de aduentu chriſti primo
et incarnatōis myſterio ac de plurib⁹ be
neficijs inde humano generi miſerico-
diter collatis ps. lxxxiiij.**

**Benedixiſti domi
ne terram tuam: auertiſti captiui-
tatem iacob.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus eſt.
In finem pſalmus filijs chore. Et eſt ſenſus
pſalmus iſte dirigens nos in finem. i. in chri-
ſtum ꝑ quem fit benedictio: cantat̄ filijs chore
id eſt nobis agens de noua benedictōe data ꝑ
gratiā chriſti incarnati. Eſt enim de pͥmo ad-
uentu ꝑ quem fit bn̄dictio omniū gentiū qua
ad ſupradicta eterna tabernacula et atria ꝑue
nitur que per pctm̄ ade maledictōni ſubiace-
bant ⁊ ab illis excludebant̄. Materia aduen-
tus chriſti ⁊ incarnatio ac bn̄ficia ex hoc col-
lata generi humano. Intentio monere nos vt
per fidem ad chriſtū accedam⁹ ⁊ ſic eius bene
dictionē habeam⁹. Sn̄ia in generali ꝓpha in
iſto pſalmo hiſtorialiter agit primo de reuer-
ſione iudeoꝝ a captiuitate babylonica facta
ꝑ cyrū ſed myſtice ⁊ ꝯſequenter agit de primo
aduentu ⁊ incarnatōis myſterio ac liberatōe
que fienda erat ꝑ chriſtū et ſic figure reſpōdet
figuratū. Dicit autē futura tanquā p̄terita ꝓ-
pter certitudinē et q̄a apud deū iam erant fa-
cta. Sn̄ia in ſpeciali. Maledictioni ergo ade
opponens benedictionē chriſti ait. (Benedixi
ſti) o (dn̄e). i. miſcditer reſpexiſti (terrā tuaʒ) ſcʒ
iudeā reducendo ꝓpl'm tuuʒ de babylonia ad
eam (auertiſti captiuitatē iacob). i. ꝓpl'i deſcen
dentis ab iacob. Uel (benedixiſti) o (dn̄e) per
chriſtū (terrā tuā). i. carnē noſtrā ⁊ eccl'iaʒ tuā
dedit eni fructū ſuuʒ ⁊ natus eſt ſaluator ſuus
et per eum (auertiſti captiuitatē iacob). i. noui
ꝓpl'i liberando nos a pctīs noſtris in quib⁹ ca
ptiui a diabolo tenebamur qui ꝑtinem⁹ ad ia
cob imitando abrahe fidem et ſumus minor
ꝓpl'us cui ſeruiat maior. Et ſubiūgit quomo-
do auertit.

**Remiſiſti iniquitatē plebis tue: opuiſti omnia peccata eoꝝ.**

Remiſiſti iniquitatem plebis tue)que cam captiuā fecerat et tenebat (opuiſti omnia pctā eorū) ipſa nō amplius videndo ad puniendū. Uel (remiſiſti iniquitatē plebis tue) ꝓpter quā homo captiuat⁹ erat ⁊ captiu⁹ tenebaƭ qua remiſſa liberat⁹ eſt (opuiſti) baptiſmo (omīa peccata coꝝ) ne videres ⁊ punires. Opuit nos ꝑfecto ſua grā et noluit videre pctā nrā: operuit pctā virtutib⁹. ſupbiā ꝑ humilitatē. luxuriā ꝑ caſtitatē. auariciā ꝑ charitatē. et vbi abūdauit petm̄ ſupabundauit gratia. Et ſic.

**Mitigaſti omnē iram tuaȝ: auertiſti ab ira indignatōnis tue.**

Mitigaſti).i. tpaſti ꝑ manſuetudinē (omnē iram tuam).i. vindictā ⁊ penaȝ in pn̄ti ꝑ pctō inferendā (auertiſti (te ⁊ deſtitiſti) ab ira indignatōnis tue) recipiendo eos ad gratiaȝ. Uel (Mitigaſti omnē iram tuam) vt nō ineternū punires licet tpaliter exerceres. Erat eni valde iratus ꝓpter petm̄ primi hoīs ſed poſtquaȝ iſte homo fctūs eſt omnē iram mitigauit (auertiſti) nos penitus (ab ira indignatōis tue).i. a pena que veniens ex indignatōe tua erit in futuro iudicio vt ibi nō punias nos. Et qꝛ tanta feciſti ꝓplō illi ideo etiā.

**Conuerte nos deus ſalutaris noſter: et auerte iram tuam a nobis.**

Conuerte nos ⁊c̄.) vel. Et qꝛ de futuro iſta dicunƭ quāuis verba p̄terita ſonēt ſequiƭ et dicit (Conuerte nos) a vicijs ⁊ a malis culpe ad te bonū incōmutabile nos ad tuā grām recipiendo quo hacten⁹ a te auerſi ſumus (deus) ꝑ creationē (ſalutaris) ⁊ ſaluator (noſter) ꝑ redemptionē ⁊ iuſtificationē (et auerte iram tuā a nobis) eam relaxando. Ac ſi diceret. Illa p̄dicta dico quaſi facta ſint qꝛ veriſſime video futura. qꝛ vero nōdum facta ſunt oro vt fiant que iam vidi ventura. ꝓphetice enim dixit ſup̄ vt preterita. Hic aūt petit vt vere futura.

**Nunquid ineternū iraſceris nobis: aut extendes iram tuam a generatōe in generationem.**

cleſiã toto orbe (qui nõ cõmouebit) a veritate
fidei que ſtabit vſq3 ad finẽ mũdi quantũcũq3
tribulatõnib9 impellat 7 poſt (iudicabit pplos
in equitate).i. iuſte reddens vnicuiq3 ſm opa
ſua et tunc plangent et dolebũt q modo equi=
tatem diligere 7 eligere noluerũt. Ergo.

**Letent celi et exultet terra: cõmoueat
mare et plenitudo eius: gaudebũt cam
pi et omnia que in eis ſunt.**

Letent celi) ſcʒ pdicatores q enarrant glo=
riam dei cõpluentes terraʒ quos dñs fecit ce=
los.i. de terrenis celeſtes de carnalib9 ſpũales
(et exultet terra) ſcʒ auditores imbrẽ doctrine
ſuſcipientes (cõmoueat mare).i. ſeculũ vt cõ=
muteᷓ in melius (et plenitudo eius).i. oẽs a
maxio vſq3 ad minimũ 7 inde (gaudebũt cam
pi).i. lenes mites equi qui ſunt campi dei di=
uerſis floruʒ ſuauitatib9 pollentes 7 terrena al
titudine nõ tumẽtes (et omnia que in eis ſunt)
id eſt oẽs vires ſenſus ratio. Et.

**Tunc exultabũt omnia ligna ſiluaruʒ a
facie dñi quia venit: qm̃ venit iudicare
terram.**

Tunc) ſcʒ qñ corriget et ſic edificat domus
(exultabũt omnia ligna ſiluarũ).i. pagani in
culti more ſiluestri q2 de oleaſtro precisi in oli
uam ſunt inſerti et in edificiũ dom9 aſſumpti
(a facie dñi).i. a cognitõe 7 pſentia eius (q2 ve
nit) pmo aduentu redimere 7 iudiciũ diſcretõ
nis facere aliq3 vocãdo ad fidẽ et grãm alios
nõ et (qm̃ venit).i. poſtea venturus eſt (iudica
re terrã).i. hoĩes ſcʒ viuos et mortuos iudicio
retributõis primo venit in eccliam ad redimẽ
dum. ſcđo veniet ad iudicandũ.

**Judicabit orbẽ terre in equitate: et po
pulos in veritate ſua.**

Judicabit) enĩ (orbem terre).i. oẽs hoĩes
habitatores orbis terre (in equitate) ſed quõ iu
dicet apti9 exponit ſubdens (et pplos in veri
tate ſua) in illo enĩ iudicio eqtas 7 veritas erit
q2 ibi duo erunt ppli quib9 dabit ſententiã eq=
tatis et veritatis vt alij in vitam alij in penas
cant equitas 7 veritas in quib9 dñs pplm ſuuʒ
iudicabit hoc eſt vt nõ expectent miſcdiaʒ qui
miſcdiam facere noluerũt qui aũt miſcdiã fa=
cere voluerũt cum miſcdia iudicabunt q2 mi=
ſericordes miſcdiam ꝯſequent. Oratio.

Factor celi terreq3 creator deus quẽ omnis
terra cantici noui modulatõe pſultat pcamur
vt ſicut te a ligno regnantẽ ſupplices ꝯfitemur
ita amiſſo omni gentilitatis errore futuri ad=
uentus tui gloriaʒ intentis ſenſib9 ſentiamus.
Per dñm noſtrũ.

**Pſalmus de primo aduentu chriſti
in carne eiuſq3 victoria et glorioſa reſur
rectõne ac regni cõmendatõe et ꝯſequẽ
ti ex his mundi liberatõe. ps. xcvi**

**Dominus regna=
uit exultet terra: letent inſule multe.**

Auctor pſalmi, ppha dauid. Ti=
tulus eſt: pſalmus ipi dauid qñ terra reſtituta
eſt ei. Et eſt ſenſus pſalmus iſte fit ipi dauid.i.
chriſto cuius laudeʒ 7 victoriã cõtinet agens
de eo qđ factuʒ eſt qñ eius terra reſtituta eſt ei.
id eſt corpus ſuũ qñ ſurrexit vel qñ iudea que
eum crucifigendo pierat credidit 7 diſcipuli q
titubauerãt ſunt firmati ſed 7 alie oues de gen
tibus ſunt adducte. Et bene poſt domus edifi
cationẽ de qua ſupius dictũ eſt de reſtitutõne
terre hic agit p quã domus illa edificat. Ma
teria aduentus chriſti in carnẽ eiuſq3 victoria
et generale poſt reſurrectionẽ dñiuʒ. Intentio
monere ad exultationẽ 7 laudẽ, p mundi libe=
ratione facta p primũ chriſti aduentũ. Snia
in generali ppha in iſto pſalmo deſcribit ad=
uentũ chriſti in carnẽ 7 ipius generale dñium
confuſionẽ reproboꝝ et exultationẽ fideliuʒ.
Snia in ſpeciali videns ergo ppha ſupſtitões
mundi abũdare ante chriſti reſurrectionẽ op=
ponit dicens. (Dñs) ille qui ſpretus 7 occiſus
fuit (regnauit).i. deuicta morte regnũ ſibi acq=
ſiuit vt rex eſſe inotuit q2 in ſua reſurrectõe ge=
nerale dñiuʒ ſup oẽs creaturas accepit. Qui
ante ſubiecti erant ſub dño diabolo. nunc ſub
iecti ſunt ſub dño creatore ideo 7 inde (exultet
terra).i. hoĩes habitãtes in terra quib9 ingreſ=
ſum tribuit ad gloriã et (letent inſule) nõ oẽs
ſed (multe) ſcʒ ad fidem cõuerſe.i. fideles in in
ſulis habitantes. q. d. vbiq3 ſit exultatio 7 leti=
cia. Vel (inſule).i. totius mundi ecclie que in
medio tentationũ ſunt ſicut iſule inter fluctus
et addit (multe) nec dicit oẽs pter hereticoꝝ
ꝯuent9. Deinde oſtendit qualis ſit dñs in pri
mo aduentu dicens.

**Nubes et caligo in circuitu eius: iuſticia et iudiciũ correctio ſedis eius.**

Nubes et caligo).i.obſcuritas ſunt (in circuitu eius) his qui eum nõ cognouerũt.i.impijs qui in eum nõ crediderũt eſt ipe nubiloſus ꝛ caliginoſus qꝛ eis nulla claritate reſplendet ſed ipe eſt (iuſticia ꝛ iudiciũ correctio ſedis eius).i. bonis qui in eum crediderũt eſt ipe iuſticia qꝛ ex fide ſunt iuſtificati ꝛ iudiciũ qꝛ per eos iudicat ꝛ correctio qꝛ eos regit ꝛ dirigit. ſedem dicit eos ipos qui in euꝫ crediderũt. facti enim iuſti facti ſunt ſedes dei ſedet in ipis iudicat ex ipis corrigit eos. Vel (nubes) ſacram doctrinã pluentes (et caligo) ꝓfundoꝝ myſterioꝝ capaces (ſunt in circuitu eius) et militant ei (iuſticia).i.approbatio boni (et iudiciũ).i. reprobatio mali ſunt (correctio ſedis eius).i.corrigunt eos qui ſunt ſedes eius.

**Ignis ante ipſum precedet: et inflãmabit in circuitu inimicos eius.**

Ignis) ſpũſſcti quem venit mittere in terrã (ante ipm).i.ante aduentũ eius (p̄cedet) antequam in eis ſedeat hoc enĩ igne exarſerũt credentes in eum (et) hic ignis (inflãmabit in circuitu) ꝑ totũ orbẽ (inimicos eius) ſcꝫ dei. Iſto enim igne inflãmati aplĩ ceperũt ire ꝑ mũduꝫ et inflãmare in circuitu inimicos eius qui deo derelicto idola adorabant. Qui credere nolebant incendebanť ad cõſumptionẽ verbo dei facti peiores inuidia ſua exuſti ꝛ cõſumpti ſed qui credere volebant incendebanť ad reparationem igne charitatis vt ſalubriter arderent. Inſuper.

**Alluxerũt fulgura eius orbi terre: vidit et cõmota eſt terra.**

Alluxerũt fulgura eius).i.miracľa (orbi terre).i.toti mundo cum enim nubes ſcꝫ p̄dicatores miſſi in verbis et in factis mira dicerent et facerent verbis tonabant ꝛ ſplendore miraculoꝝ choruſcabant (vidit) hec miracula (et cõmota eſt terra).i.terrena corda vel habitantes in terra alij ad fidem alij ad indignationẽ hec enim fulgura credentes illuminabant nõ credentes cõburebant ꝛ inde.

**Montes ſicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie dñi omnis terra**

Montes).i.ſuꝑbi ꝛ alti (ſicut cera) que fluit a facie ignis (fluxerũt) liquefacti et cõplanata eſt omnis altitudo que erat cõtra deũ ꝛ hoc (a facie dñi) qui ignis fuit duris (et a facie dñi).i. a p̄ñtia dñi nõ ſolũ montes ſed ꝛ (omnis terra).i.duritia gentiũ infideliũ fluxit qꝛ nõ iudeorum tm̃ eſt deus ſed ꝛ gentiũ qui tamdiu duri erant donec ille ignis admoueretť. dñs ergo in iudea natus omni terre.i. cũctis gentibꝫ eſt cognitus. Quia.

**Annunciauerũt celi iuſticiã eius: et viderunt oĩs ppľi gloriã eius.**

Annunciauerũt) prius (celi).i.p̄dicatores quoꝝ cor ſurſum eſt et de quibꝫ diciť celi enarrant gloriã dei (iuſticiã eius) ſcꝫ chriſtũ q̄s enĩ fideliũ tacet chriſtũ vel iuſticiã fidei (et) ſic (viderunt) corde (oĩs ppľi gloriã eius).i.cognouerũt diuinitatẽ chriſti qꝛ etiã quibꝫ nunciatũ nõ eſt de eo intellexerũt deuꝫ in carne veniſſe. Vel (gloriam eius) ſcꝫ q̃ glorioſe ſibi reſtituerit terrã ſuam. Ergo qꝛ dñs regnauit ꝛ qꝛ viderunt oĩs ppľi gloriã eius.

**Confundanť oĩs qui adorant ſculptilia: et qui glorianť in ſimulachris ſuis.**

Confundanť) et erubeſcant exemplo ꝯuerſoruꝫ (oĩs qui) eo relicto (adorant ſculptilia) manu artificuꝫ facta que nullius p̄tãtis ſunt vt dum in ſpe vana ꝯfunduntť ad illã verã valeant ꝑuenire (et qui glorianť in ſimulachris ſuis) falſis q̄ ſpiritu carent et vana ſunt vt iam glorienť in deo vero. Et merito cõfundunť qꝛ cultũ debitũ ſoli deo creatori attribuũt creature. Cuilibꝫ ſimulacrũ ſuũ dici p̃ot cuius amore p̄re alijs occupať. Noſter aũt deus eſt queꝫ et angeli adorant. Vnde ſequiť.

**Adorate eum omnes angeli eius: audiuit et letata eſt ſyon.**

Adorate eum) ſcꝫ verũ deuꝫ) omnes angeli eius) laudando ꝛ glorificando ad confuſionẽ idolatraꝝ vt videant ꝛ cogſcant errorẽ ſuũ et diſcant adorare dñm q̃ ab angelis adorať (audiuit) de cõuerſione gentiũ (ſyon).i.eccľia primitiua que erat in iudea ꝛ que gloriã eius ſpeculabať ꝛ inde (letata eſt) benedicens dñm. iudea enĩ prius credebat ſe ſolã ꝑtinere ꝛ venire ad chriſtũ ſed iam de ſocijs gentibꝫ letať.

**Et exultauerũt filie iude: ꝓpter iudicia tua dñe.**

Et exultauerũt) et deũ magnificauerũt (filie iude).i.anime cõfeſſorũ fideles ꝛ electe anime religioſe. anime eccľie que ieſum chriſtũ dñm cõfitenť et hoc (ꝓpter iudicia tua dñe) que ſunt qꝛ nõ eſt ꝑſonarũ acceptor deus ſed in oĩ gente ꝛ in omni ppľo quicũqꝫ ei ſuuierit acceptus eſt illi qꝛ nõ iudeoꝝ tm̃ deus ſed ꝛ gentiũ. Nõ ergo ſequiť.

**Qm̃ tu dñs altiſſimus ſuꝑ omnẽ terrã nimis exaltatus es ſuꝑ oĩs deos.**

Qm̃ tu dñs es altiſſim⁹) et ſuprem⁹ ac potentiſſim⁹ (ſuꝑ omnẽ terrã) nõ ſuꝑ ſolã iudeaꝫ

eto chriſte (nimis) et plus q̄ꝫ dici poſſit (exalta
tus es) vſqꝫ ad pr̄is equalitatē vel ſc̄m opa et ħ
(ſup oēs) non tm̄ ſup minores ſꝫ et ſup (deos)
et non tm̄ ſup deos malos ſcꝫ ſup idola et de-
mones qui dicunť dij nūcupatiue ſꝫ et ſup bo
nos ſcꝫ ſup hoīes iuſtos ⁊ angelos q̄ dicūť dij
pticipatiue. vel p terrā et deos ſignificat cū im
perare terrenis ⁊ celeſtib9. Et cū tantus ſit ⁊ ta
lis ergo vt ad eum veniatis.

**Qui diligitis dn̄m odite maluꝫ: cuſto-
dit dn̄s aīas sanctoꝝ ſuorum de manu
peccatoris liberabit eos:**

Qui diligitis dn̄m) qui ſolus bon9 eſt (odi-
te malū) et qd̄cunqꝫ deo aduerſum. Amas de
um debes odiſſe qd̄ odit: hinc enī apparet te di
ligere qd̄ bonū eſt ſi cepis odiſſe qd̄ malū eſt.
ſed iam ſubſequunť pſecutōes hoīm et tenta-
tōes viciorꝫ. audi ꝯſolatōꝫ. (cuſtodit dn̄s ani-
mas ſanctoꝝ ſuoꝝ) ne eis aliquid noceat vn-
de ſequiť (de manu peccatoris). i. de ptāte de-
monis vel iniqui hoīs (liberabit eos) ſcꝫ ſan-
ctos ſuos ſaltem in aīa ⁊ qn̄qꝫ etiā in corpe et
ergo fortꝭ eſto nō ſolū in diligēdo deū ſed etiā
in odiendo malum. Nam

**Lux orta eſt iuſto: et rectis corde leticia**

Lux) diuine grē (orta eſt iuſto). i. tanq̄ꝫ no-
uiter orta apparet et refulget in corde eius (et re
ctis corde) quib9 ſcꝫ p oīa placet deus orta eſt
p ſpem (leticia) vera ⁊ gaudiū in dn̄o: non enī
leticia q̄ eſt ſc̄m ſeculum vera eſt. Nō ergo vere
in miſeria ſunt ſancti ſpe iam ſalui. Vel (lux)
ppetua ⁊ leticia ſine fine et ideo nō curent pde
re lucē iſtam nec timeāt eos qui corpus occi-
dunt q2 vera lux aīe lucebit. Ergo

**Letamini iuſti in dn̄o: et cōfitemini me
morie ſanctificatōnis eius.**

Letamini iuſti in dn̄o) ꝯgratulando bn̄fi-
cijs eius ⁊ vr̄is meritis q̄ eſt leticia deuotōnis
et nō in ſeculo que eſt leticia vanitatis: qui enī
dn̄m habēt leticiā ſemp poſſident (et) letati (cō
fitemini) ꝯfeſſione laudis (memorie ſanctifi-
cationis eius). i. laudate cū grās ſibi agendo
q2 memor fuit ſanctificare vos donis et gra-
tijs ſuis. Bonū eſt ergo nō gaudere in hoc ſe-
culo ſꝫ in dn̄o: ne cum hic gaudere volumus
eterna gaudia amittamus. Oratio.

¶ Iuſtos aīaꝝ ſanctaꝝ cuius regnū eſt pfe-
cta pars iuſtoꝝ ꝯcede pphericas euangelicas
qꝫ chorruſcatōes pectorib9 nr̄is inſeri vt ſi q̄d
obtectū velamine priſco regiť ſpū ſctō reue-
lante pandatur. Per do.

¶ **Exhortatio ad exultationē et dei lau
dem pp̄ter chriſti aduentū in carnē ⁊ no
ſtram redemptionē eiuſqꝫ aduentuꝫ ad
iudiciū et noſtrā glorificationē.**

ps. xcvij.

# Cantate domino
**canticū nouū: q2 mirabilia fecit.**

Auctor pſalmi pp̄ha dauid. Ti
tulus eſt pſalm9 ipi dauid. Et eſt ſenſus pſal-
mus iſte ſit ipi dauid. i. chriſto qui forti manu
diaboluꝫ ſupauit debet q̄ꝫ vnuſquiſqꝫ fidelis
ſpūaliter eſſe dauid vt fortiter a ſe tentatōes et
vicia repellat ⁊ in omni ope bono fortis nō ſo
lum opando ſed etiā pſeuerando exiſtat vt cū
talis fuerit reuocatus in ſpū canticū nouū oī-
potenti deo cantare poſſit. Materia: aduent9
chriſti in carnē et reſurrectio eiuſdē ⁊ aduent9
eius ad iudiciuꝫ. Intentio: monere fideles ad
exultationē ⁊ dei laudē tum ex eo q2 p cogni-
tionē ſui nr̄e infidelitatis tenebras illuſtrauit
et primo ſuo aduentu nos a morte anime rede
mit tū ex eo q2 venturus iudex quos hic iuſti-
ficauit ſine fine glorificabit. Sn̄ia in genera-
li pp̄ha in iſto pſalmo agit de incarnatōne nr̄i
ſaluatoris et de reſurrectōe ipi9 et aduentu ſui
iudicij et de ꝯuerſione gentiū ⁊ ꝙ ei debemus
iubilare ⁊ pſallere nō ſolū cantando ſed etiam
bene opando. Vn̄ poſt duos pſalmos p̄cedē
tes bene hic pſalm9 poniť nam quaſi de eiſdē
hic et ibi diciť. Eadeꝫ enim ⁊ ſi iterenť ſepe: tm̄
ſemp noua ſunt varia deſcriptōe. Sn̄ia in ſpe
ciali. Inuitans ergo ad laudē ait o vos q̄ no-
ui eſtis in chriſto olim veteres in adam. (Can
tate) vita ⁊ lingua (dn̄o) ſcꝫ deo pr̄i (canticū) de
chriſti incarnatōe ⁊ hoīs redemptōne (nouū)
q2 nihil tale mundus audiuit. Vn̄ (q2 mirabi
lia fecit) i liberatōe mūdi ſeu generis humani
Mirabilia fecit in mūdi ⁊ hoīs creatōne ⁊ ex
euangelio multa mirabilia ⁊ miracula audi-
uimus que fecit ieſus. Sed multo maiora mi
rabilia ſunt que fecit in recreatōe q2 totū orbē
terrarū a morte eterna eripuit. Vn̄ ſubiungit
que mirabilia fecit q2 nō ſolum que cōmunia
ſunt ſed ⁊ hoc ſingulare ſcꝫ ꝙ.

**Saluauit ſibi dexterā eius: et brachiuꝫ
ſanctū eius.**

Saluauit ſibi) ſcꝫ deo patri orbē terre pu-
ta genus humanū redimēdo (dextera eius). i.
chriſtus dei filius q̄ diciť dextera pr̄is ab opa
tione (et brachiū ſanctū eius) ſcꝫ ipe idem chri
ſtus qui diciť brachiū a fortitudine. Et bn̄ di
cit (ſibi). ſ. deo. i. ad dei honorē et gloriā q2 mlť
ti ſaluanť corpaliter ſed ſibi ipis nō deo q2 ac
cepta corpali ſanitate laſciuiūt ⁊ mala pperrāt

qui egroti ab eis abſtinebāt de qua dextera et brachio adhuc ſubiungit.

**Notū fecit dn̄s ſalutare ſuū: in ꝯſpectu gentium reuelauit iuſticiā ſuam.**

Notū fecit dn̄s) ſcʒ deus pater (ſalutare ſuum). i. ieſum chriſtū filiū ſuum ꝓ ſalute mundi incarnatū et ſic viſibilē factū qui dicit̄ ſalutare qꝛ ſaluat: et ſubdit quibꝰ notū fecit qꝛ non hic vel illic ſed (in cōſpectu gentiū) oīm. i. vniuerſo orbe nō in iudea tm̄ (reuelauit). i. manifeſtauit nō ſub velamine oſtendit (iuſticiā ſuā) id eſt chriſtū qui dicit̄ iuſticia qꝛ iuſtificat ⁊ ſine hac iuſticia et niſi per ipm̄ nemo iuſtificari poteſt. Et hoc nō ex meritis ſed

**Recordatus eſt miſericordie ſue: et veritatis ſue domui iſrael.**

Recordatus eſt miſcdie ſue) qua ꝓmiſit qꝛ vt ꝓmitteret miſertus eſt et miſcdia fuit ꝙ promiſit (et veritatis ſue) qua reddidit. miſcdia ergo fecit ꝓmiſſionē patribꝰ de chriſto naſcituro et veritas reddidit qđ ꝓmiſit et hoc (domui iſrael). i. videntiū deum. Qui modo videt deū ꝑ fidem poſtea videbit ꝑ ſpeciē. debemus ergo purgare oculum cordis vt nobis ſapientie ſue ſpeciē dignetur dn̄s oſtendere. Et ne ad litteram putes iſrl' vnā gentē tm̄ ſubdit̄. Et ita

**Viderunt omnes termini terre ſalutare dei noſtri.**

Viderūt). i. ꝑ fidem et mentē aperte cognouerunt ac ſi oculis vidiſſent (oēs termini) et fines (terre). i. a termino vſqꝫ ad terminū nō iudea tm̄: vn̄ dicit oīs qꝛ oībꝰ ⁊ nō quibuſdaʒ tm̄ datus eſt chriſtus (ſalutare dei nr̄i). i. dn̄m ieſum chriſtū ſaluatorē oīm a pr̄e miſſuʒ. iđ

**Iubilate dn̄o oīs terra: cantate et exultate et pſallite.**

Iubilate dn̄o). i. in tantū affectum laudis aſſurgite vt non poſſit verbis dici nec tm̄ taceri (omnis terra). i. oēs habitatores terre (cantate) verbis ⁊ voce p̄dicate (et exultate) corde nō inuiti ſed iocundi ⁊ voluntarij (et pſallite) opere. Et quibus modis

**Pſallite dn̄o in cythara: in cythara et voce pſalmi: in tubis ductilibꝰ et voce tube cornee.**

Pſallite dn̄o in cythara). i. mortificatōne carnis oꝑa diuina facite ſcʒ paſcendo pauperes et hmōi. et celeſtia mandata implete. deinde eadem p̄poſterata ſubiungit cantate (in cythara et voce pſalmi) ideo p̄poſterat vt quod vis corꝫ prius fiat totū ad deum ꝑtineat' (in tubis ductilibꝰ) ſcʒ argēteis vel ereis tundendo ꝓductis ꝑ quas ſignificant̄ illi qui tunſionibꝰ id eſt tribulatōnibꝰ ꝓducunt̄. i. ꝑficiūt ⁊ laudes dei ſonāt. Talis tuba Iob erat qui in tantis tribulatōibꝰ dicebat: dn̄s dedit ⁊c̄. (et voce tube cornee). i. de cornu qđ carnē excedit et ſuꝑat facte ꝑ quā ſignificat̄ illi q̄ carnales affectus tranſcendūt et ita alijs p̄dicando ſonāt vt in ſeipis vicia carnis caſtigēt ⁊ ſupent. Talis tuba erat paulus q̄ dicebat ſi cōſurrexiſtis cū chriſto q̄ ſurſuʒ ſunt querite nō que ſuꝑ terram. i. carnē excedite nolite carnalia cogitare.

**Iubilate in ꝯſpectu regis dn̄i: moueat̄ mare et plenitudo eius orbis terrarū et qui habitant in eo.**

Iubilate) intus vbi deus videt nō ad aſpectum hoīm (ſed in cōſpectu regis dn̄i) ſcʒ ieſu chriſti cuiꝰ aures tubis ꝑſonantibꝰ delectant̄ et tubis ſonantibꝰ ⁊ veritatē p̄dicantibꝰ (moueat̄) ad dei reuerentiā ⁊ fidē (mare). i. ſeculuʒ (et plenitudo eius). i. oīes eius habitatores. Vel (moueat̄ mare et plenitudo eius). i. ꝯcitet̄ mūdus ad impugnandū cuʒ toto tumultu furoris ſui ⁊ ſic p̄dicit nō optat. Et quaſi exponendo ſubdit ſcʒ (orbis terrarū) ecce mare (et q̄ habitant in eo) ſcʒ mūdi amatores illis autē motis pariter ſiue in bono ſiue in malo.

**Flumina plaudent manu ſimul: mōtes exultabūt a ꝯſpectu dn̄i: qm̄ venit iudicare terram.**

Flumina). i. ſancti pleni aqua ſcʒ ſpiritu dei (plaudent manu ſimul). i. delectabiliter ⁊ cōcorditer bonis oꝑibꝰ inſudabūt ⁊ gaudebunt de oꝑibꝰ bonis in vnitate charitatꝭ. oꝑa ſctōꝝ laus dei eſt. chriſtꝰ nō voce laudat̄ ſed oꝑe. nō audit vocē ſed oꝑa (mōtes). i. boni alti celſitudine ſpūali (exultabūt a ꝯſpectu dn̄i). i. ab aduentu ⁊ a ꝯtemplatōe eius (qm̄ venit iudicare terrā) p̄mo iudicio diſcretōis ⁊ poſt iudicio retributōis. Vl' (qm̄ venit). i. vēturꝰ eſt (iudicare terrā). i. habitātes ī tra reddēdo cuiqꝫ ſm̄ oꝑa ſua. In gaudebūt boni ſed mali ꝯtremiſcēt.

**Iudicabit orbem terraruʒ in iuſticia: et ꝑplos in equitate.**

Iudicabit) eni (orbē terraꝝ). i. habitatores orbis (in iuſticia) aliquos vocando ad fideʒ et grām alios nō qđ iudiciū diſcretōis valde eſt iuſtū licet ſit nobis occultū (et) ſcđo (ꝑplos) oēs (in eq̄tate) reddens ſingulis ſm̄ mērita ſua vel in futuro iudicio (iudicabit orbē terraꝝ). i. oēs terrenos (in iuſticia) ſcʒ ſola qꝛ nō meruerunt miſcdiam ſcʒ liberantē. Ei nanqꝫ qui nō fecit miſcdiam fiet iudiciū ſine miſericordia ſcʒ ſaluante nō relaxante. qꝛ in omni oꝑe dn̄i miſericordia eſt et veritas et etiam in damnandis eſt

miſcõia qꝛ nõ puniũtᷣ quantũ meruerunt (et
populos).i.fideles de iudeis ⁊ gentibꝫ iudica
bit (in eq̃tate) qꝛ capient equa meritis ſuis.

Oratio.

Immitte dñe ſalutare tuũ in mentibꝫ nr̃is:
qui reuelaſti iuſticiã tuam gentibꝫ vniuerſis vt
qui quondã iudicari veniſti ꝓ perditis miſeri
cordiam cũ adueneris pro quibꝫ iudicatus es
largiaris. Qui viuis.

¶ Pſalmus de poteſtate chriſti regia
et magnificentia eius in eccleſia ac lau
de et veratõne ſibi tanq̃ꝫ deo et regi ab
omnibꝫ exhibenda. ps. xcviij.

Dominus regna
uit iraſcantur ꝑp̄li: qui ſedet ſup̄ che
rubin moueatur terra.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus eſt:
Pſalmus dauid. et patet titulus. Poſt laudez
ergo multiplicẽ agit hic ꝓpheta de potentia et
regno eius vt etiã in hoĩe adoretur et deſcribit
chriſtũ eſſe regem et bona dantẽ cui et antiqui
ſeruierũt. Materia reuocatio maloꝝ ad chri
ſtum cõfitendum et ꝓuocatio bonoꝝ ad ip̄m
exaltandũ. Intentio: monere vt chriſtũ tanq̃ꝫ
deum adoremus et velut regẽ exaltem⁹. Sen
tentia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo annũ
ciat chriſti ptãtem regiam inuitatq̃ꝫ hoĩes di
uerſoꝝ ſtatuũ ad laudez diuinã. Snĩa in ſpe
ciali Oſtendens ergo chriſtũ regẽ dicit (Do
minus) ſcꝫ ieſus chriſtus et ſi homo ⁊ humi
lis factus (regnauit) et in re ab eterno et in ma
nifeſtatõne poſt eius reſurrectõꝫ et aſcenſionẽ
qꝛ tunc rex eſſe innotuit et inde (iraſcantᷣ ꝑp̄li)
id eſt iraſcentᷣ vt ſit p̄dictio nõ iuſſio. dñs inq̃ꝫ
(qui ſedet ſup̄ cherubin).i. ſup̄ angelicas po
teſtates.i. qui preſidet angelicis ſpiritibꝫ pleni
tudinem ſcientie eius habentibꝫ ille ſcꝫ regna
uit et regnabit ſemp̄ et inde (moueatur terra)
id eſt mouebuntᷣ terreni. p̄ ꝑp̄los iraſcentes ra
tione vtentes et deũ celi colentes iudei poſſunt
intelligi. per terrã vero terreni et inſenſati gen
tiles idola ſenſu carentia adorantes qui vtri
q̃ꝫ regnante chriſto irati ſunt et cõmoti ſꝫ alij
ſana ira vt ſibi metipſis de peccatis iraſcen
tes ad chriſtũ cõuerterentᷣ. alij vero inſana et
furibunda vt chriſtũ et ſeruos eius ꝑſequerẽ
tur. Super cherubin vero dñs ſedere dicitᷣ vt
qualis et quantus ſit is qui regnauit demon
ſtraretur. Cherubin quippe interp̄tatur pleni
tudo ſcientie. Dñs ergo ſup̄ cherubin ſedet qꝛ
chriſtus qui eſt dei virtus ⁊ dei ſapientia ipos
ſcientia eminentes ſpũs ſuperat et implet. Et
ne putares illũ ita ſedere in principibꝫ vt nõ ſe
deat etiã in hominibꝫ adiungit.

Dñs in ſyon magnus: et excelſus ſuper
omnes populos.

Dñs) iſte eſt (magnus in ſyon) qđ interp̄ta
tur ſpeculatio.i. in eccleſia deũ ſpeculante nũc
p̄ fidẽ poſtea p̄ ſpeciẽ. Qđ aũt ſubditᷣ (et excel
ſus ſup̄ oĩs ꝑp̄los) deſignat eandẽ ecc̃liã per
vniuerſuꝫ mũdũ eſſe dilatatã vbi oĩs ꝑp̄li cõ
uerſantᷣ vbi dñs qui prius hũilis appꝫuit ma
gnus ⁊ excelſus dicitᷣ qꝛ a ſctã ecc̃lia quotidie
et magnificatᷣ ⁊ exaltatᷣ. Vel qꝛ ip̄e eãdẽ ecc̃liã
per ſuã grãm magnificat et cor ipi⁹ a terrenis
ad celeſtia ſubleuat. Et qꝛ eſt magnus ⁊ excel
ſus iam ergo illi qui prius blaſphemi erant et
humile ꝯtemnebant.

Confiteantᷣ nomi tuo magno qm̃ ter
ribile et ſanctũ eſt: et honor regis iudi
cium diligit.

Confiteantᷣ) ꝯfeſſione debite laudis (nomi
ni tuo magno) vbiq̃ꝫ per famã et gl̃iaꝫ dilata
to (qm̃ eſt terribile) potentia qua punit vt time
atur (et ſanctũ) bonitate qua parcit vt honoretᷣ
et ametᷣ (et honor regis).i. chriſti (iudiciũ dili
git) quo punit nõ tm̃ miſcõiam qua p̄cit. Hic
vtiq̃ꝫ vult a nobis honorari dñs rex vt nõ cre
damus eum pctã nr̃a dimittere impunita dili
git eni iudiciũ vel in nobis vel in ſe. In nobis
vt mala que fecim⁹ accuſem⁹ iudicem⁹ ⁊ dam
nemus. Qđ iudiciũ qui modo facere in ſe ne
gligit eum p̄ ſemetip̄m cuꝫ venerit diſtrict⁹ iu
dicabit. Sꝫ vt iuſti ſimus ip̄e facit. Vñ ſeq̄tᷣ.

Tu paraſti directões: iudiciũ et iuſticiã
in iacob tu feciſti.

Tu paſti directiões).i. p̄cepta iuſticie vt in
eis addiſcam⁹ quõ viuere debeam⁹ quas p̄ ſe
metip̄m nobis p̄auit. fecit eni qđ docuit et no
bis oſtendendo viam in ſe ipo omnẽ iuſticiaꝫ
impleuit. Vel (tu paſti directões).i. tue grẽ eſt
viam hoĩs dirigere (iudiciũ) vt diſcernam⁹ in
ter bonũ ⁊ malũ (et iuſticiã) vt bonũ faciam⁹
et maluꝫ vitem⁹. (in iacob) ſp̄ũali.i. in ꝑp̄lo lu
ctante cõtra vicia et ſupplantãte ea (tu feciſti) q̃
alius facere nõ poſſet. Ip̄e eĩ iuſtificat impiũ
ipſe opatᷣ velle et operari ꝓ bona volũtate. Et
quia hoc facit in nobis ergo.

Exaltate dñm deũ nr̃m: et adorate ſca
bellum pedũ eius qm̃ ſanctũ eſt.

Exaltate).i. laudibꝫ extollite non voſmeti
pſos: ſed (dñm deum noſtrũ) ſcꝫ chriſtum dei
filium ſcđm quod ip̄e eſt deus a quo habetis
q̃ iuſte viuitis. Quem humiliauit iudaica pſi

dia credite deū ſup omnia (et adorate).i.reue=
rentia ſingulari honorate (ſcabellum pedum
eius).i. venerabile corpus eius ſed ꝓpter ipm
cuius eſt in quo diuinitas tanq̄ȝ ſup ſcabellū
ſtetit quod ab ipa diuinitate valde inferius eſt
q.d.ſic exaltate diuinā potentiā vt adoretis hu
manam naturā nō in diuiſione ſed in vnitate
pſone (qm̄ ſanctū eſt) ipm ſcabelluȝ.i.corpus
quia nulla peccati macula inquinatū. Et me=
rito exaltate et adorate qm̄

**Moiſes et aaron in ſacerdotib9 eius: et ſamuel inter eos qui inuocāt nomē ei9.**

Moiſes) legiſlator (et aaron) ſummus ſa=
cerdos fuerunt (in ſacerdotib9 eius) ſcȝ chriſti
id eſt inter ſacerdotes vel numero ſacerdotum
Moiſes quidē ſacerdos dicit̄ q2 ſi nō hoſtias
vota tn̄ populi deo obtulit et p ꝑplo ſupplica=
uit (et ſamuel inter eos q̄ inuocāt nomē eius)
Samuel nō inter ſacerdotes ſed inter inuocā
tes nomē dn̄i numeratur q2 et ſi eſſet ſacerdos
ſicut alibi legitur nō tn̄ erat de tribu leui ſȝ de
tribu effraim de qua nō fit ſacerdos ſcd̄m le=
gem ſȝ de leui. Ac ſi diceret hos imitamini q2
hi magni fuerunt qui eum adorauerunt. Iſti
enim iam tunc.

**Inuocabāt dn̄m et ipe exaudiebat eos in columna nubis loquebat̄ ad eos.**

Inuocabant dn̄m) chriſtū cuius aduentuȝ
expectabāt (et ipſe) idem deus qui poſt in ho=
mine locutus eſt (exaudiebat eos) ꝓpter meri=
ta ſua. nam p p̄ces eoꝝ ſepe dimittebat deus
populi peccata (et in columna nubis) et de nu
be obſcura (loquebat̄ ad eos) qd̄ ſignificabat
verba ſua adhuc eſſe obſcura ⁊ occulta. Sed
qui tunc p figuras et enigmata figuraꝝ obſcu
re loquebat̄ in nube poſtmodū manifeſte lo=
cutus eſt in ſcabello.i.in aſſumpta carne. Et
iſti qui tanti erant

**Cuſtodiebant teſtimonia eius.et prece ptum quod dedit illis.**

Cuſtodiebant teſtimonia eius).i.carnalia
inſtituta venture gratie teſtimoniū phibentia.
vel (teſtimonia eius).i.p̄cepta eius oīa (et pre=
ceptum) ſingulare (qd̄ dedit illis) ſcȝ ſeruande
charitatis et ideo merebant̄ exaudiri nam ta=
les deus exaudit quos cuſtodire ſua precepta
conſpicit. Primo dicit teſtimonia in plurali et
poſtea p̄ceptū in ſingl'ari q2 ſm̄ Greg. p̄cepta
dn̄ica multa ſunt p diuerſitatē opis ⁊ vnuȝ in
radice charitatis ⁊ q2 oīa ad vnuȝ tendūt finē
Quiſq̄s ḡ vult teſtimonia dn̄i cuſtodire debet
et vnū p̄ceptū charitatis obſuare. Qd̄ niſi fe
cerit ſi multa alia facit totū pdit. Et q2 cuſto=
diebant ideo. P.

**Dn̄e deus noſter tu exaudiebas eos: de us tu ꝓpicius fuiſti eis: et vlciſcens in oīs adinuentōes eoꝝ.**

Dn̄e deus nr̄ tu exaudiebas eos) i iuſtis pe
titionib9 te inuocātes q2 audierūt te p̄cipientē
et o (deus tu ꝓpicius fuiſti eis) cōdonando eis
pctā et tn̄ (vlciſcēs).i.vindicans ſe (in oīs ad=
inuentōes eoꝝ) ſcȝ pctā que ſunt ab inuentiōe
hūana ⁊ nō relinquēs ea impunita. In q̄ ſctō
magnū q̄d ⁊ vtile cōmendat nobis deus. Illi
eni iraſcit̄ quē peccantē nō flagellat. Nam ve
re cui ꝓpicius eſt nō ſolū donat pctā ne in fu=
turo ſeculo noceāt ſȝ etiā caſtigat ne ſemp pec=
care et in peccatis morari delectet. q2 peccata
punire ſignū eſt miſeratōis diuine. Et quia ꝓ=
picius eſt ergo

**Exaltate dn̄m deū noſtrū: et adorate in monte ſancto eius: qm̄ ſanctus domi nus deus noſter.**

Exaltate).i.laudib9 extollite (dn̄m deū no=
ſtrum) ſcȝ chriſtū qui blandit̄ et cedit vt pater
nō ſolum eni exaltandus eſt et laudandus q2
peccatores miſericordit iuſtificat ſȝ etiā quos
iuſtificat miſericorditer flagellat (et adorate).i.
ſingulariter honorate ſcȝ eundē dn̄m (in mon
te ſctō eius).i.in ſctā eccleſia eius in cuius ſo=
liditate fidei ⁊ altitudine iuſticie eſſe debemus
ſi deū dn̄m vtiliter laudare volumus (qm̄ ſan
ctus) q̄ nos ſanctificat (dn̄s) qui nos regit (de
us) q̄ nos creauit (noſter) qui ſeipm nobis tra=
didit vnde ipm adoremus et adorando pure
ei ſeruiamus cui9 poſſeſſio ⁊ hereditas ſumus.

Oratio.

¶ Sublimis throni dn̄e te adoram9 et que=
ſumus vt columna nubis lumine refulgente
modum ſacerdotalis ordinis te cuſtode ſerue
mus. Per dn̄m.

¶ Inuitatio generaliter oīm hoīm ad cōfeſſionez peccatoꝝ et ad deū cum ex ultatione et alacritate laudandum.

ps.xcix.

# IUbilate domino

omnis terra: ſeruite dn̄o in leticia.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Ti
tulus eſt: Pſalmus in cōfeſſione. Et eſt ſenſus
pſalmus iſte eſt in cōfeſſione.i. agit de ꝯfeſſio=
ne. Eſt aūt cōfeſſio gemina. vna eſt peccatoꝝ
que ꝯuenit incipientib9. alia eſt laudis que cō
uenit pfectis. et de vtraq̄ȝ agit hic pſalmus. q̄
bene hoc loco ponit̄ q2 dn̄o tanto et tali prout

ſupra deſcribit᷑ merito vtraq̄ꝫ ꝑdicta confeſſio exhibet᷑. Materia: cōfeſſio gemina ſcʒ peccatorum et laudis quā hic indicit diuerſis. Intentio: monere ad vtranq̄ꝫ cōfeſſionē nō vnū angulū terre ſed totius terre habitatoꝝ. Sententia in generali: ꝓpheta in iſto pſalmo docet et inducit oēs deū alacriter laudare et peccata inceſſanter plangere q2 nec in malis eſt deſperandū nec in bonis animus debet eſſe elatus. Snīa in ſpeciali: Ad laudē ergo monens nō vnum angulū terre hortatur ſʒ ſicut vbiq̄ꝫ nomi ſeminatā benedictōēʒ ita vndiq̄ꝫ exigit iubilationē. dicens. (Jubilate) .i. exultate et ineffabili leticia aggaudete (dn̄o) redemptori noſtro non alij (oīs terra) .i. oēs habitantes in terra q2 vbiq̄ꝫ bn̄dictio eſt ſeminata. Jubilatio aūt vera fit voce et corde. Qui enī iubilat erumpit in quandā vocem exultatōis ſine verbis ita vt appareat eum ipa voce gaudere ſʒ q̄ſi repletū nimio gaudio non poſſe hoc verbis explicare. Talis ergo laudatio dn̄m decet vt ſicut ipſe a nobis cōprehendi nō valet ita magnitudo laudis eius paruitatē noſtri animi ſuperet (ſeruite dn̄o) q2 ꝑ chriſtū eſtis liberati (in leticia) ꝛ hilaritate animi nō neceſſitate ꝛ inuiti ſed charitate ꝛ voluntarij aliter enī ſeruit᷒ deo nō eſt acceptabilis q2 hilarē datorē diligit de᷒. Q̄ſi in dei ſeruitio aliq̄d moleſtie ꝓpter deū patimur nō iō a leticia aīi recedere debem᷒. vbi enī maior ꝑſſura ibi maior acquirit᷑ gl'ia.

Introite in ꝯſpectu eius: in exultatōe.

Introite in ꝯſpectu eius in exultatōe) .i. intrate ad ꝯſcientias vr̄as ꝛ in ꝯſciētijs exultate vbi deus videt quaꝝ teſtimonio adiſcetis in q̄bus vobis ſit exultādū. hinc de ſancta electoꝝ eccl'ia dicit᷑ oīs gloria eius filie regis ab intus Et paulus. gl'ia nr̄a hec eſt. teſtimoniuʒ ꝯſcie nr̄e. facile eſt exultare foris lingua in cōſpectu dei ꝛ in ꝯſcia exulta. Sunt enī nōnulli qui de ſeruitute dei nō intus corā dn̄o ſed foris coraʒ hoib3 gaudent ꝛ dum exteri᷒ de bono ope gloriant᷑ intus a fructu ꝛ mercede boni opis vacuant᷑. Et quicūq̄ꝫ ſeruitutē dn̄o exhibetis.

Scitote q̄m dn̄s ipſe eſt deus: ipe fecit nos et nō ipſi nos.

Scitote) ſine dubio (q̄m dn̄s) ieſus chriſt᷒ natus in carne ad cuius laudē vos inuito (ipe eſt de᷒) .i. creator omniū nō homo tm̄. hoc ſpecialiter dicit cōtra iudeos. q. d. nō vileſcat nobis quē crucifixiſtis. Et patet ex effectu ꝙ ipe ſit deus (q2 ipe fecit nos) creādo ꝛ refecit recreando oīa enī ꝑ ipm facta ſunt (ꝛ nō ipi) fecim᷒ (nos) q2 omne bonū noſtrū ex eo eſt nō ex nobis et nihil habem᷒ qd̄ nō ab ipſo accepim᷒ vn̄ pōt intelligi de opib3 creatōis ꝛ nature vel de opib3 recreatōis ꝛ gr̄e. ab eo enī ſumus nō ſolū corꝑalit᷑ facti ſʒ etiā ī nouū hoiem recreati ꝛ hoc nō nr̄o merito ſed ſuo dono. Et iō.

Pp'lus eius et oues paſcue eius introite portas eius in ꝯfeſſione: atria eius in hymnis ꝯfitemini illi.

Populus eius) quē ipe rex ſua bonitate regit et dirigit (et oues paſcue eius) quas ipſe paſtor verbo vite paſcit ꝛ ad paſcua eterna ꝑducit ad quoꝝ introitum nos hortat᷑ cum ſubdit (introite portas eius) et initiū bone ꝯuerſationis (in cōfeſſione) ſcʒ peccatoꝝ .i. a ꝯfeſſione peccatoꝝ incipite intrare portas eius quas nemo pt̄ ingredi niſi ſe peccata cōfitendo purgauerit. porte quippe illoꝝ paſcuoꝝ .i. vite eterne ſunt opa iuſticie: ad quas portas ꝑ cōfeſſionē intratur. Quiſquis enī vult bene opari et bn̄ operando portas iuſticie ingredi prius debet cōfiteri pctā ſua q2 initium bonoꝝ cōfeſſio eſt pctōꝝ ꝛ adite et introite ſpe et deſiderio (atria eius) .i. amplitudinē celeſtis beatitudinis ꝛ cū vere intraueritis gr̄e plenitudine ꝑcepta tunc (in hymnis) .i. in laudib3 (cōfitemini illi) gratias agentes liberatori. q. d. cum intratis vos reꝑhendite cum intraueritis ipm laudate. In introitu portaꝝ eſt confeſſio. in ꝑuentione vero atrij laudatio. Et in his omnib3

Laudate nomē eius q̄m ſuauis eſt dn̄s in eternū miſcđia eius: et vſq̄ꝫ in generationem et generatōēʒ veritas eius.

Laudate .i. cū laudib3 ꝑdicate (nomē eius) ſcʒ dn̄i nunc ꝛ in futuro. et merito q2 dum laudatur dulceſcit vn̄ ſubdit (q̄m ſuauis eſt dn̄s) et dulcis laudanti. laus dei eſt vita aīe. cū enī deuʒ tota deuotōne laudamus et toto cordis affectu eius amore accendimur tūc ſentimus q̄ꝫ dulcis et ſuauis eſt dn̄s: Et illa ſuauitas et ſpiritalis dulcedo cibus aīe eſt. Nihil ḡ vtilius pt̄ facere anima q̄ꝫ laudare eum a quo facta eſt. (in eternū) eſt (miſcđia eius) hic nobis parcendo et peccata dimittendo ac poſtmodū in eterna vita nos ſuſcipiendo. hic liberat ꝛ in futuro coronat (et vſq̄ꝫ in generationē ꝛ generationem) eſt (veritas eius) implens ꝓmiſſa .i. in generatōne pn̄ti et terrena que parit mortales: ac futura et celeſti que parit immortales ꝑſeuerabit qd̄ ꝓmiſit ſʒ hic eſt in ꝓmiſſione ibi in donatōne: hic ad fidem ibi ad viſioneʒ. hic quaſi per ſpeculum et in enigmate ibi facie ad faciem.

Oratio.

Jubilamus tibi eterne dñe in leticia ⁊ exul
tatione poſcentes vt dum porte pectorum no-
ſtrorum in tuis laudibꝫ reſerant̃ ſemꝑ ad mi-
ſericordiã veritatẽqꝫ pandantur. Per. d.

**Pſalmus de forma recte viuendi et ad ꝑfectionẽ ſanctitatis ꝑueniendi do-
cens et monens bona appetere et mala
reſpuere.** ps. C.

**MIſericordiã ⁊ iu**
diciũ cantabo tibi dñe: pſallã ⁊ in-
telligam in via immaculata quan-
do venies ad me.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus eſt.
Pſalmus ipſi dauid. Et eſt ſenſus: pſalmus il
le attribuitur ipſi dauid. i. chriſto. vt hoc totũ
qđ hic docemur virtutibꝫ chriſti applicetur qꝛ
omne bonũ noſtrũ a deo eſt ⁊ chriſto attribuẽ
dum et cõpetit hec vox capiti ⁊ corpi. Iſte pſ
hoc centeſimo loco ponit̃ qꝛ ſicut iſte numerꝰ
eſt ꝑfectus ita iſte pſalmus cõtinet ⁊ docet for
mam ꝑfecte ſanctitatis. hic enĩ docemur bo-
na appetere ⁊ mala renuere. Materia forma re
cte viuendi ⁊ ꝑfectio ſanctitatis. fidelis enĩ ani
ma que in pſalmo quinquageſimo ꝑ lamenta
pnĩe vitã ſuã correxit in hoc centeſimo ꝑfectõ
nem vite ſue alijs formã bene viuendi ꝓponit.
Intentio monere bona appetere ⁊ mala renue
re que eſt ꝑfecta ꝯuerſatio vite. Sñia in gene-
rali ꝓpħa in iſto pſalmo in ꝑſona chriſti vel ec
cleſie ſeu cuiuſlibꝫ ꝑfecti docet formã recte vi
uendi ⁊ ſpecialiter inſtruit maiores vt ſe deuo
te habeant erga deũ mũde ⁊ honeſte ad ſeipoſ
iuſte ad ſubiectos et ꝓximos. Sñia in ſpecia
li de miſcđia ꝗ̃ ⁊ iudicio ꝓponens ait chriſtus
in membris. (Miſcđiam) que modo eſt et iu
diciũ) qđ erit in futuro (cantabo). i. iocũde an-
nunciabo (tibi) o (dñe). i. ad tuũ honorẽ q̃ vtro
qꝫ laudabiliter vteris. qꝛ niſi ꝑ indebitã miam
nemo liberabit̃ ⁊ niſi ꝑ debitũ iudiciũ nemo
dãnabit̃. Nemo ꝗ̃ ad impunitatẽ de miſcđia
dei ꝓſumat ⁊ pnĩam ꝯtemnat qꝛ eſt ei et iudi-
cium ⁊ nemo in melius cõmutatꝰ iudiciũ time
at qꝛ eſt ei et miſcđia. hic eſt aũt tꝑs miſcđie. in
futuro tꝑs iudicij ⁊ ꝓpter hec duo (pſallã). i. in
hilaritate bñ oꝑabor (et intelligã). i. diligenter
attendam (in via immaculata) ambulando et
iuſte agendo (qñ venies ad me) modo ꝑ grã
vel in obitu ſeu in ſcđo aduentu. deinde expo
nit que ſit via immaculata.

**Perambulabã in innocẽtia cordis mei in medio domus mee.**

Perambulabã). i. ꝑfecte ambulabã ⁊ dele
ctabar (in innocentia cordis mei). i. in purita-
te cõſcientie vitando oĩa facinora et hoc expo
nendo ſubdit ſcꝫ (in medio domus mee). i. cor
dis mei. domus enĩ nr̃a eſt cor ſiue ꝯſcĩa vbi
quiete habitat et ambulat q̃ bñ ſibi ꝯſcius eſt
et ꝯſcientiã purã habet. in corde etiã ambula-
re eſt interiora cordis ſollicite ꝑſcrutari. San
cti eteni viri q̃tidie cor ſuũ inquirũt ⁊ diligent̃
tũc interiora ſua diſcutiũt ne quid ibi forte la-
teat qđ oculos diuine maieſtatis offendat. de-
inde innocentiã ꝑ partes exponit.

**Nõ ꝓponebã ante oculos meos rẽ iniu
ſtam: facientes ꝓuaricatões odiui.**

Nõ ꝓponebam ante oculos meos rem in-
iuſtam). i. nõ diligebã rem malã. res enĩ que
diligitur ante oculos frequenter habet̃. prius
eſt ergo rem malã nõ diligere: deinde etiã odi-
re vnde ſequit̃ (faciẽtes ꝓuaricatões). i. tranſ-
greſſiones a via legis ⁊ mandatoꝝ dei (odiui)
etiã amicos et ꝓximos nõ quidẽ ex eo ꝙ erant
hoies ſꝫ ex eo ꝙ ꝓuaricatores. non naturã ſed
culpam. nõ res ſed vicia. aliud eſt enim amare
ꝙ facti ſunt: aliud odire qđ faciũt. deinde ex-
ponit quos dicat ꝓuaricatores ſubdens.

**Non adheſit mihi cor prauũ: declinan
tem a me malignũ nõ cognoſcebam.**

Nõ adheſit mihi) ꝑ amorẽ et amicitiã (cor
prauum). i. homo praue volũtatis qui ꝓuari-
catur corde diſcrepans a deo ſicut rectum cor
habens ꝯformat ſe deo. q. d. nõ cõſenſi nõ re-
ctis ſꝫ ſicut cor meũ in omnibꝫ rectũ erat ita re
ctis corde ſolũmodo adherebat (declinantẽ a
me). i. diſſimilem mihi nõ me imitantẽ (mali-
gnum). i. maliuolũ ⁊ malo igne vicioꝝ ignitũ
(non cognoſcebã). i. nõ approbabam nõ mi-
hi placebat. d.

**Detrahentẽ ſecreto ꝓximo ſuo: hunc
perſequebar.**

Detrahentẽ ſecreto ꝓximo ſuo) et in abſen
tia famã boni minuentẽ qꝛ palam detrahere
nõ audet qui falſa tenet (hũc ꝑſequebar) argu
endo increpando ne hoc ageret. Ecce ꝑſecu-
tor bonus nõ hoīs ſꝫ pctĩ. Eſt ſane hoc viciũ
qđ in primis debeat extingui et ab his qui ſe
ipos inſtituere volunt prorſus excludi. Nihil
enĩ tam inquietat aĩam. nihil eſt qđ ita mobi-
lem mentẽ ac leuem faciat q̃ facile totũ crede
re et obtrectoꝝ verba temerario aſſenſu men-
tis ſequi. hinc enim crebre diſſenſiones. hinc
odia iniuſta naſcunt̃. hinc eſt qđ ſepe de ami-
ciſſimis etiã inimicos facit: dũ cõcordes qui-
dem ſed credulas aĩas maliloqua lingua diſ-
ſociat. At cõtra magna quies animi magnaqꝫ

eſt moꝝ grauitas nõ temere de quocꝫ ſiniſtrũ audire. beatuſcꝫ eſt qui ita ſe cõtra hoc viciũ armauit vt apud eum audeat detrahere nemo prudens in vtrocꝫ vtilitatẽ vt nec libenter audiat nec illũ peccare ꝑmittat. Nõ ſi eẽt hec in nobis diligẽtia nec paſſim obtrectatoribꝰ crederemus iam oĩs detrahere timerent ne non tam alios q̃ ſe ipos viles detrahẽdo facerẽt.

Suꝑbo oculo et inſatiabili corde: cum hoc nõ edebã.

Suꝑbo oculo).i. cum hoĩe ſuꝑbo et tumido. et dicit oculo qꝛ ſuꝑbia magis appet in oculis q̃ in alijs ꝑtibꝰ corpis. In oculis nãcꝫ et ſupcilio facile cuiuſlibet ſuꝑbia dephendit (et iſatiabili corde).i. notabilit cupido et auaro cuius auaricia expleri nõ poterat (cum hoc nõ edebã) ꝓpter correctionẽ tenendo me ab eis vt erubeſcerent ⁊ ſe corrigerent. Sed dñs nr̃ ieſus chriſtus cuꝫ publicanis ⁊ pctõribꝰ q̃ñcꝫ comedit vt eos emendaret. hic ḡ videt deteſtari duo vicia ꝑncipalia ſcꝫ ſuꝑbiam et auaritiã ecõtrario.

Oculi mei ad fideles terre: vt ſedeant mecũ: ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat.

Oculi mei) ſcꝫ cordis erant (ad fideles terre).i. q̃ fidẽ et veritatẽ tenẽt in terra hoc eſt tales placuerũt mihi (vt ſedeãt) ⁊ habitẽt (mecũ) in mea ſocietate (ãbulãs ĩ via ĩmaculata) innocenter ⁊ irrepꝛbenſibilr̃ viuendo (hic) nõ alius (mihi miniſtrabat) hoc omnibꝰ bonis ꝯuenit et maxĩe ſacerdotibꝰ vt prauis nõ cohabitent ſed virtuoſis. Sancti eteniꝫ viri ſicut ſtudent vitare ſocietatẽ maloꝝ. ſic cupiũt adiũgi ſocietati bonoꝝ. Exemplo ḡ ſctõꝝ vitanda eſt maloꝝ ſocietas ne prauis coꝝ exemplis corrumpamur ⁊ appetenda bonoꝝ ſocietas vt coꝝ bonis cõmuniter ꝑfruamur.

Non habitabit in medio domus mee q̃ facit ſuꝑbiam: qui loquit iniqua nõ direxit in cõſpectu oculoꝝ meoꝝ.

Nõ habitabit in medio domus mee).i. in meo ꝯtubernio (qui facit ſuꝑbiam).i. quilibꝫ ſuperbꝰ. hoc dicit ne videat approbare quos habet familiares ſi mali ſint (qui loquit iniq̃) malicioſe queciicꝫ ꝓferendo et quilibet maledicus (nõ direxit).i. nõ recte inceſſit nec placuit nec directionẽ gratam habuit. (in cõſpectu oculoꝝ meoꝝ) qꝛ et ſi apud ſe et apud ſtultos apud me tñ nõ eſt glorioſus. hinc alibi dicitur vir linguoſus nõ dirigetur in terra. Et nõ tñ hoĩes malos vitaui. ſꝫ etiã vicia declinaui. qꝛ

In matutino interficiebã oĩes peccatores terre: vt diſperderem de ciuitate dñi oĩes oꝑantes iniquitatẽ.

In matutino).i. in initio ſuggeſtionis (interficiebam) orõne qua debent eijci ne creſcãt: (oẽs peccatores terre).i. demones qui omneꝫ carnẽ peccare facit. et quia peccatores terreni ſunt. q.d. ſubmiſſionẽ. vel ſuggeſtionẽ diaboli eijciebam de corde meo et nõ ſuſcipiebã. cogitationibꝰ enĩ malis eiectis demones occiduntur. Et ita interficiebã (vt diſperderẽ de ciuitate dñi).i. de aĩa mea (oẽs oꝑantes iniquitatẽ) id eſt oĩes immiſſiones vel ſubmiſſiones diaboli. Ciuitas enĩ dei eſt aĩa iuſti vnde diſpergitur diabolus et remouetur. Et attende quia vtitur ꝑterito impfecto ſcꝫ interficiebam ſicut ſupra ꝑambulabam ⁊ cetera vt notet actũ nõ eſſe omnino preteritũ nec oĩno futurũ ſed inchoatum et adhuc in exiſtentia durantem.

Vel in perſona chriſti ꝑt dici (Oculi mei) ſunt (ad fideles terre).i. ſuꝑ iuſtos et ꝑfecte viuentes (vt ſedeant mecũ) ſuꝑ ſedes duodecim et iudicent mecũ (ambulans in via immaculata hic mihi miniſtrabat) euangeliſans mihi nõ ſibi non querens que ſua ſunt ſed que ieſu chriſti. In via ergo immaculata debet ambulare q̃ſquis deo digne ꝯcupit miniſtrare. (Nõ habitabit in medio domus mee qui facit ſuꝑbiam).i. in corde meo vbi mitis et quietus habitat mihi placens. vel in celo habitare nõ poterit quiſquis hic ſuꝑbe viuit (qui loquitur iniqua nõ direxit in cõſpectu oculoꝝ meorũ) qꝛ nõ ſolum ſuperbe agentes ſed etiã inqua loquentes reprobat deus. (In matutino).i. cuꝫ dies iudicij venerit cũ illuminabunt abſcondita tenebraꝝ (interficiebã oẽs peccatores terre).i. eterne mortis interitu perdam oẽs amatores pñtis vite ⁊ mittam malos in ignem eternum (vt diſperderẽ de ciuitate dñi) ſcꝫ de celeſti hierl'm.i. vt ſeparem a ſocietate ſctõꝝ (oĩs oꝑantes iniquitatẽ).i. omnes in iniquitate ꝑſeuerantes. Et tunc ceſſabit tps miſcdie quod modo eſt et erit tps iudicij qd nõ duꝫ eſt. Et q̃ modo in tpe miſcdie negligit grãm in tpe iudicij ſentiet iram.

Oratio.

¶ Incompꝛbenſibilis virtute omps deus qui tuis famulis miſcdiã et iudiciũ inſinuas clementer ꝯcede nobis fideliter te diligere rectaꝫ cꝫ viam ingredi et a vanitate execrabilis ſuꝑbie declinare. Per dñm.

¶ Oratio chriſti noſtro defectui cõpatientis vel vere penitẽtis veniã de peccatis et liberatõeꝫ a miſerijs deuote implorantis. ps.ci.

**Domine exaudi o**
**rationē meā: et clamor meus ad te**
**veniat.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus talis
eſt. oratō pauꝑis .i. chriſti pauꝑis in ſe ⁊ in mē
bris in quibꝫ ſunt et penitentes qui etiā hic lo
quunt̄ habita cum anxiaret̄ in miſerijs in q̄s
deiectus eſt ꝓpter pctm̄ primi hoīs ⁊ nr̄o defe=
ctui cōpatiens ⁊ corā dn̄o ꝑ quē ſoluꝫ poterat
liberari effudit precē ſuā vt eas euaderet. Ma
teria oratio chriſti anxij ⁊ cōpatientis nr̄o de=
fectui vel vere penitētis ⁊ veniā deuote implo=
rantis. Intentio: inuitare pctōres ad pn̄iam et
monere oīs ſuā aduertere miſeriā ⁊ petere dei
miſcōiaꝫ. Sn̄ia in generali ꝓpheta in iſto pſal=
mo loquit̄ in ꝑſona chriſti de repatōe generis
humani orantis vl' in ꝑſona cuiuſlibꝫ vere pe
nitentis ⁊ ad deū clamantis ꝓ ſua liberatiōe a
pctīs ⁊ multiplicibꝫ miſerijs. Maxima debet
eſſe anxietas penitentis vt tpa voluptatū ama
ricatōe pn̄ie cōpenſet. Iſte ḡ pſalmus licꝫ pau
peri chriſto attribuat̄ tn̄ ꝯuenīēter etiā in ꝑſo=
na humilis penitentis accipit̄ vn̄ poſt p̄ceden
tem pſalmū qui docuit ⁊ mouit nt bona appete
re et mala reſpuere bene hic pſalmus ordinat̄
q̄r agit de pn̄ia ꝑ quaꝫ quis a malo declinat ⁊
bonū facit ne in matutino cum pctōribꝫ inter
ficiat̄. Sn̄ia in ſpeciali ab orōne ḡ incipiens
loquit̄ chriſtus in ꝑſona membroꝝ vel peni=
tens in ꝑſona ſua. d. (Dn̄e exaudi) .i. ad affectū
audi (orationē meā) quā ad te fundo ꝓ mea mi
ſeria ꝯfidens de tua miſcōia (⁊ clamor meus)
cordis ⁊ oris .i. intenſus affectus orandi q̄ ſo=
let clamore exprimi (ad te veniat) et acceptus
ſit corā te nec obſtet mihi nubes pctōꝝ q̄ ini=
quis obſiſtit. Tunc oratio nr̄a ad deū clamor
fit qn̄ id qđ petimus cum magno cordis affe=
ctu ⁊ ingenti deſiderio poſtulamꝰ. Nr̄m q̄ppe
deſideriū clamor eſt ad deuꝫ. Et quanto plus
q̄ſq; deſiderat tāto ampliꝰ i auribꝫ dei clamat.

**Non auertas faciē tuā a me: in quacun**
**q; die tribulor inclina ad me aurē tuā.**

Non auertas) quaſi offenſus ꝓpter pctōꝝ
meoꝝ enormitatē (faciē tuā) ſcꝫ grē (a me) pe=
nitente tanquā indigno ꝯtemnēdo p̄ces meaſ
ſed auerte a pctīs ⁊ benigno ac ſereno vultu re
ſpice in me reſpuis quidē munꝰ iniquorū ſed
nō pn̄iaꝫ pctōꝝ deuotoꝝ. Et nō tm̄ ſemel ſed
(in quacūq; die tribulor) ꝑ verā ꝯtritionē (in
clina) qui es excelſus ⁊ ſurſuꝫ (ad me) humilē
qui tribulor deorſuꝫ (aurē tuā) .i. effectū miſe=
ricordie tue ⁊ ꝑ miſcōiam flectaris ad me ſicut
medicus ad egrotū.

**In quacūq; die inuocauero te: veloci=**
**ter exaudi me.**

In quacūq; die) cōuerſionis (inuocauero
te) .i. intus in corde vocauero te inuitans te in
me (velociter) et indilate (exaudi me) ne morer
in culpa ne impatiens ſim in pena. Inuocare
eſt deū intra ſe inuitare in intimo cordis ora=
re. Talis eni debet eſſe oratio nr̄a ſcꝫ cum in=
tentōne cordis ꝓlata. In p̄dictis tribꝫ verſibꝫ
eſt crebra repetitio eiuſdē ſn̄ie in quo affectus
penitentis ⁊ petentis oſtendit̄ ⁊ deus ad miſe=
rendū magis excitat̄. Ideo aūt clamor neceſ=
ſe eſt vt me exaudias.

**Quia defecerūt ſicut fumus dies mei:**
**et oſſa mea ſicut cremiū aruerūt.**

Quia defecerūt) .i. celeriter diſparuerūt et
euanuerūt (ſicut fumus) q̄ aſcendendo cito de
ficit (dies mei) .i. tpa vite mee. pn̄s eni vita ci=
to labit̄ ⁊ euaneſcit. q. d. infructuoſe totā vitaꝫ
meā expendi (et oſſa mea) que carnē portāt (ſi
cut cremiū) in frixorio ſiccatū (aruerūt) et de=
fecerunt .i. anime fortitudo quaſi ꝯfrixa ꝯtra=
hitur et infirmat̄ recordatōe pctōꝝ vel timore
iudicij iam enim frigit̄ homo dum timet ſe ar
ſurum. vel virtutes mee admoto igne cōcupię
aruerunt.

**Percuſſus ſum vt fenum et aruit cor**
**meum: q̄r oblitus ſum comedere panē**
**meum.**

Percuſſus ſum) tentatōe (vt fenū) qđ viret
ſed ꝑcuſſum ardore cito areſcit ⁊ ex feruore ten
tatōis mltiplicꝫ (aruit cor meū) ſcelleritate pec
cati et defectu deuotōnis a dulcedine amoris
dei a delectatōe ſpiritali q̄r (oblitus ſum come
dere panē meuꝫ) ſeruare verbū dei ⁊ preceptū
diuinū. verbū enim dei panis eſt anime. Vel
(comedere panē meū) .i. ſumere deuote eucha
riſtie ſacramentū. Et q̄r nō guſtamꝰ intus dul
cedinē diuinā amamus foris miſeri famē no
ſtram. Quapropter nunc.

**A voce gemitus mei: adheſit os meuꝫ**
**carni mee.**

A voce gemitus mei) .i. p̄ nimio dolore pec
cati queꝫ voce gemitus expſſi (adheſit os meū
carni mee) .i. ſpiritus cum carne infirmatꝰ eſt
Sicut enim caro que infirma eſt aliqn̄ fit for
tis cum ſpiritu in deo. ſic ſpiritus qui fortis eſt
aliqn̄ infirmat̄ cum carne in pctō. Vel (adhe
ſit os meū carni) .i. pelli (mee) carnē eni ꝓ pel=
le dixit. q. d. ita exſiccaui meipm ⁊ ꝯtabui vt ſi
ne carne eſſem (et os meū) deficientibꝫ carnibꝫ

pelli (mee) hereret diſcant hic pctōres quomodo agere debeant penitentiā.

**Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.**

Similis factus ſum pellicano ſolitudinis) illi aui egyptiace que in ſolitudine ſolet habitare q₂ ſolitudinē₃ cauſa meroris ꝛ pnīe expectū ꝛ ſine humano ſolatio ꝑmanſi (factus ſum ſicut nycticorax) habitans (in domicilio) vel in parietinis. i. coruus nocturnus vigil ꝛ teter qui noctē amat ꝛ habitat in parietib₉ ruinoſis ſine tecto q₂ tanquā abominabilis hominib₉ in locis occultis demorat᷑ ſum nō audēs pre erubeſcentia ꝛ ꝯfuſione pctōꝝ parere. Sȝ q₂ penitens pctm̄ ſuū cognoſcit ſubdit᷑.

**Vigilaui et factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.**

Vigilaui) ꝑ cognitōēȝ peccati: vel noctē in vigilijs ducendo et inquietus ꝑmanendo (et factus ſum ſicut paſſer ſolitarius) vel ſingularis habitans (in tecto) q₂ tecta amat nam auolans a cōſortio peccatoꝝ excluſi me a ꝯuerſatione hoīm. Per has aues diuerſa genera penitentiū₃ notari pñt. nam pellicano q̄ eſt auis nimie macici et ſoliuaga cōpantur heremite. Nycticoraci vero que in nocte vigilat ꝛ querit eſcas ſimulat᷑ illi qui a publico remotus dū alij in nocte huius ſeculi dormiunt vigilat et eſcas aīe ſibi querit. Paſſer eſt ille q̄ fugax ad alta virtutū fugit vbi tutus eſt a laqueis vnde nō deſcendat aliquid tollere de domo. Ideo vel ad cumulū mali.

**Tota die exꝓbrabant mihi inimici mei et qui laudabant me aduerſum me iurabant.**

Tota die) .i. aſſidue (exprobrabāt) .i. inſultabant (mihi inimici mei) verbis iniurioſis et improperoſis (et qui laudabāt me) dum cum eis fruerer vita ſeculari et cū eis eſſem in inſolentijs (aduerſum me iurabant) .i. ad me euertendum cōſpirabant. vel ſit᷑ eodem tp̄e ore palam ſed ficte laudabāt et corde inſidias ꝑparabant. Quos diabolus aliter nequit capere arte quadā vult decipe. facit᷑ enī irrideri penitentes quaſi iurent in coꝝ deteſtationē qui prius laudabant eos dum cum eis erant ſeculares. Et hoc ideo.

**Quia cinerē tanꝗ̄ panē manducabam et poculū meum cum fletu miſcebā.**

Q₂ cinerē) .i. reliqas pctōꝝ (tāꝗ̄ panē manducabā) .i. penitēdo ꝯſumebā q₂ ſiē panis mādu cādo ꝯſumit᷑ ſic oēs reliquie pctōꝝ et etiā tenuia. i. leuia peccata ꝑ pniām debēt cōſumi (et poculū meū) .i. tꝑalem iocunditatē vel deſiderium celeſtis patrie ꝑ dilatōē (cum fletu miſcebam) .i. cum lachrymis miſcui. Nihil temporale mihi erat ſuaue ſed celeſtē patriā tm̄ deſiderabam. Ad lr̄am etiā de penitentib₉ quibuſdam auditū eſt ꝙ panem cineri miſcebant et lixiuio conficiebāt. hec aūt oīa faciebam

**A facie ire indignatōnis tue: q₂ eleuans alliſiſti me.**

A facie ire indignatōnis tue) .i. ab inſtantia vindicte et a preſentia penalitatis a tua indignatione ꝓcedentis. q. d. talem auſteritatem ſuſtinebam cōſiderans aduentū tuum ꝛ futurum iudicium ne ſcȝ grauiorē incurrerem in purgatorio vel in inferno penam ꝓpter peccatorum meoꝝ grauitatem (quia eleuans) me in honorem faciendo ad imaginem tuā qua oīa animalia ſuperamus (alliſiſti) et ad terram conculliſti (me) peccantem. nullum enim animal hanc penam miſerie ſentit et gehenne niſi homo. Quia enī fecit deus hominem ceteris creaturis ratione meliorē ideo ſecuta eſt damnatio iuſta peccantem. hoc verbū dicant qui aliquando ſancti et in virtutib₉ eleuati fuerunt et poſtea ceciderunt. Vel poſſunt quedaȝ iam predicta ꝑſone chriſti cōuenire vbi torporē excutit et vt faſtidium repellere debeam₉ inuitat cum dicit. (Similis factus ſum) ꝛc̄. Iſte tres aues ſignificant chriſtū (pellican₉ in ſolitudine) chriſtus eſt ſolus natus de virgine. Solus enim ſic. ideo ſolitudo. Deinde (nycticorax) in nocte (in domicilio) q₂ in tenebris ignorantie et cecitatis iudeoꝝ tanꝗ̄ in nocte ꝛ in preuaricatione tanquā in domicilio ꝛ ruinis ipoꝝ occiſus eſt. poſtea (vigilauit) in reſurrectōē (ꝛ factus eſt ſicut paſſer) volitando id eſt aſcendendo (ſolitarius) ꝛ ſingularis (in tecto) id eſt in celo vbi interpellat ꝑ nobis. (Tota die) et aſſidue (exprobrabant mihi inimici mei) et multa obprobria ingerebant (ꝛ qui laudabāt me) adulando (aduerſum me iurabant) id eſt conſpirabant inſidiando. (Quia cinerē tanꝗ̄ panem manducabā) .i. pctōres penitentiā agentes qui igne vicioꝝ combuſti erant carbones emortui et incinerati incorporabā mihi tanꝗ̄ ſuauem cibuȝ ꝛ quemadmodū illos qui erant habiles et idonei ad hoc vt eſſent in corpore meo. Sic enim recepit matheū publicanū et pctōrem ſicut ioannē virginē ꝛ innocentē (et ꝓplm meum cum fletu miſcebā) id eſt eos quibus reficiebar tanquā potu ſociabā cum flentib₉ ſua pctā ꝛ triſtia pnīe cum letis iuſticie ad

iungebā. Iterū habebāt materiā mihi expro-
brandi(a facie ire et indignatōis tue).i.a ma-
nifeſtatōe grauioris ꝛ leuioris vindicte quam
ego ſ'm grauiora ꝛ leuiora pctā mea coꝝ repu
tatione ꝓmeruerā. que facies videbat̃ ex eo eſ-
ſe qꝛ tu (eleuans alliſiſti me) ſcꝫ ſublimē me in
ſtituens ꝛ ſciā ꝛ virtutibꝫ ꝓmiſiſti me ſubiace-
re miſerijs. Deinde iterū loquit̃ chriſtus in ꝑ-
ſona membroꝝ. vel penitens in ꝑſona ſua.

**Dies mei ſicut vmbra declinauerūt: et
ego ſicut fenū arui.**

Dies mei ſicut vmbra declinauerūt).i. ve-
lociſſime ꝛ cum ſūma feſtinatōne euanuerūt et
ad modū vmbre q̄ſi obſcuri ꝛ vani inutiles et
infructuoſi tranſierūt(et ego ſicut fenū arui).i.
ſine rore grē ꝯtabeſcēdo defeci. Queādmodū
enī fenū hodie vireſcit ꝛ cras marceſſit ita ho-
mo in hoc ſeculo de leticia in triſticiā de ſalute
in infirmitatē de felicitate in miſeriā de vita in
mortē tranſit. Deinde poſt afflictionē peniten
tis ponit̃ ſubleuatio ſaluatōis ꝛ ꝓmo ptās ei⁹
ad hoc faciendū.q.d. hoc ego iuſte et merito
patiens defeci.

**Tu aūt dn̄e ineternū ꝑmanes: ꝛ memo
riale tuū in generatōe et generationē.**

Tu aūt dn̄e ineternū ꝑmanes).i. ſtabiliter
ſine defectu ꝛ mutatōe ꝛ ſine ptātis diminutōe
et viges ad me liberandū q̄ viguiſti ad me hu-
miliandū ꝛ ideo ꝓpiciari potes cum volueris
(et memoriale tuū).i. memorabil' miſcdia tua
que dicit̃ memoriale dei qꝛ nunquā obliuiſcit̃
miſereri. Uel (memoriale tuū).i. ꝓmiſſū me-
morabile de venia ingemiſcentis et(in genera
tione ꝛ generationē).i. in om̄s generatōes ꝛ iō
quodāmodo ꝓpiciari debes. Memoriale vo-
cam⁹ aliq̄d egregie factū memoria dignū per
qđ miſcdia chriſti intelligēda eſt. pluſ enī opa
tus eſt circa genus humanū ex miſcdia q̄ ex
iuſticia. Nam.

**Tu exurgens miſereberis ſyon: qꝛ tem
pus miſerendi eius qꝛ venit tempus.**

Tu exurgens) et potentiā tuā manifeſtans
ꝓbendo auxiliū qui quaſi dormiēs diſtuleras
(miſereberis) prius (ſyon).i. eccl'ie iudeoꝝ in-
cipiendo ab hierl'm(qꝛ tps miſerendi eius) ve
nit ſcꝫ tempus grē ꝛ repētit(qꝛ venit tps) acce
ptabile ꝛ dies ſalutis qđ durat vſq; ad diē iu-
dicij. Ul'(miſereberis ſyon).i. eccle vl'i ex pctō
ribꝫ penitentibꝫ vt plurimū collecte(qꝛ tps mi
ſerendi eius) eſt. indiget enī nunc mīa. Confi-
dat ḡ qui agit pniam qm̄ venit tps miſerendi
et ſaluandi: dn̄s enim eſt miſericors. Et vere
miſereberis.

**Qm̄ placuerūt ſeruis tuis lapides ei⁹:
et terre eius miſerebunt̃.**

Qm̄ placuerūt ſeruis tuis).i. apl'is ꝛ cete-
ris p̄dicatoribꝫ(lapides ei⁹) ſcꝫ ſyon.i. ꝓphe fir
mi in quoꝝ eloquijs bn̄placitū habuert̃(ꝛ ter
re eius) ſyon.i. ꝑuaricatoꝝ (miſerebunt̃) mun
dantes terrenos ꝛ de terra imaginē dei formā
tes. de illa enī terra m'lta milia ꝯuerſa ſunt. Ul'
(qm̄ placuerūt ſeruis tuis).i. angelis ꝛ p̄dica-
toribꝫ (lapides ei⁹) ſyon.i. eccl'ie vl'is ſcꝫ ſcti q̄
ſūt firmi ꝛ fortes ī fide ꝛ ꝑfecti ī virtutibꝫ(et ter
re) ſeu pulueris (eius) eccle ſcꝫ pctōꝝ q̄ ſunt in
firmi ꝛ mīa indigentes(miſerebunt̃) ꝓcurātes
eorū ꝓmotionē in bonū vt fructū ſanctitatis
exhibeant.

**Et timebūt gentes nomen tuū dn̄e: et
om̄s reges terre gloriā tuā.**

Et) inde ſiue ꝑ hoc(timebūt) etiā(gentes) q̄
modo timere neſciūt(nomen tuū dn̄e) ſcꝫ chri
ſtianū et cōuertēt̃ ſicut iam videm⁹ impletū ꝑ
eaꝝ ꝯuerſionē ad deū. Que enī ꝑus idola me
tuebant ꝛ demonioꝝ noīa inuocabāt nūc no
men dn̄i venerant̃ ꝛ timent ꝛ nō tm̄ ſubditi(ſꝫ
et om̄s reges terre) timebūt (gloriā tuā).i. glo-
rioſā ꝫ potētiā tuā maiorē ſua. Utrūq; ad vtrū
q; referendū eſt qꝛ ꝛ gētes et reges timebūt no
men tuū et gentes ꝛ reges timebūt gloriā tuā ꝫ
Et hoc ideo.

**Quia edificabit dn̄s ſyon: et videbit̃ in
gloria ſua.**

Quia edificabit dn̄s ſyon).i. eccl'iā ꝫ ſuā ꝫ ꝑ
mundū. hoc agit̃ nunc vt iam lapides viui in
ſtructurā currant nō in ruinā. et edificata ſy-
on(videbit̃) dn̄s (in gloria ſua) vbiq; dilatata
vel tandē videbit̃ glorioſus q̄ primo viſus eſt
infirm⁹. Nam ī edificatōe ſyon ꝛ in eccl'ia mi
litante viſus eſt tantū in infirmitate ac ꝓo cū
venerit iudicare et appuerit in maieſtate ſua et
ptāte tunc ꝛ in eccl'ia triūphāte videbit̃ in glo
ria ſua. Sꝫ antequā illud fieret vel hoc fiat.

**Reſpexit in orationē humiliū: ꝛ nō ſpre
uit precem eoꝝ.**

Reſpexit miſcditer (in orationē humiliū) ꝛ
pauꝑum ſpū q̄ ſpū pleni orabant vt veniret(et
nō ſpreuit precē coꝝ) minus dicit ſcꝫ nō ſpre-
uit ꝛ plus intelligit ſcꝫ q; exaudiuit. hoc agit̃ ꝛ
modo in edificatōe ſyon. Orant et gemūt edi
ficantes manducāt cinerē tāquā panē ꝛ potū
ſuū cum fletu miſcent ne in futuro ſero querat̃
inaniter petat̃. fruſtra pulſet̃. foris cum virgi-
nibꝫ fatuis remaneat̃. et reſpicit dn̄s in oratio
nem coꝝ. Ora ḡ ꝛ curre qꝛ reſpicit dn̄s in orō
nem humiliū.

**Scribant̄ hec in generatōe altera: ⁊ po-
pulus qui creabit̄ laudabit dñm.**

Scribant̄) nunc (hec) que dicunt̄ de miſe
ratione ſyon ⁊ eius edificatōe (in generatōe al
tera). i. ad ꝓphetiſandū nouū teſtamentū. Vel
(ſcribant̄) ab euāgeliſtis ⁊ memoriter teneant̄
hec que fuīt in edificatōe ſyon (in generatōe al
tera). i. ad opus generatōnis alterius ſcʒ noue
ꝑfutura vt de tantis bñficiis deū laudet ideo
ſubdit̄ et ita (ꝑpl'us) acquiſitiōis (qui creabit̄)
in bonis opib⁹ (laudabit dñm) de ſua reꝑatōe
Et qꝛ ſupra dixit edificabit dñs ſyon ⁊ iterū
ſcribant̄ hec in generatōe altera. modo vtrūqꝫ
declarat ſcʒ quomō edificauit ⁊ quid dixit eſſe
ſcribendū dicens.

**Quia ꝓſpexit de excelſo ſancto ſuo: dñs
de celo in terrā aſpexit.**

Quia ꝓſpexit) oculo ſue miſcōie (de excel-
ſo ſctō ſuo) ſcʒ habitaculo. i. de ſinu pr̄is ⁊ ape
rit euidenti⁹ qđ dixit (dñs) excelſus (de celo) ce
loꝝ (in terrā aſpexit) ad hūiles ꝓpha ꝑpter cer-
titudinē dicit vt ꝑterita que tūc adhuc erāt
futura ꝓſpexit dñs ex alto vt humiles videret
et inde ad hūiles humilis veniret ⁊ ex alto fa-
ctus eſt humilis vt humiles exaltaret reſpexit
vt miſeret̄. Deſcēdit vt vincula quib⁹ nexi era-
mus abſolueret. Unde ſequit̄.

**Ut audiret gemitus cōpeditoꝝ: vt ſol-
ueret filios interemptoꝝ.**

Ut audiret gemitus cōpeditoꝝ) ſcʒ ſctōꝝ q̄
legalib⁹ vinculis aſtricti cum gemitu orabant
vt deus mundū a pctīs ſolueret vel ſctōꝝ qui
ſunt cōpediti timore dei et diſciplina eius q̄b⁹
ligati martyres dura ſuſtinebāt vel penitentiū
qui prius erant aſtricti rhetib⁹ pctōꝝ (et vt ſol-
ueret). i. liberaret a paternis errorib⁹ vl' nodis
pctōꝝ (filios) viuentes in mūdo (interēptoꝝ)
fraude diaboli. i. occiſoꝝ ſeu mortuoꝝ ⁊ dam
natoꝝ ne ſic dānarent̄ ſicut pr̄es coꝝ. Adhoc
aūt audiuit ⁊ ſoluit.

**Ut annūcient in ſyon nomen dñi: ⁊ lau
dem eius in hierl'm.**

Ut) ſoluti iam (annūcient) primo (in ſyon)
id eſt in eccl'ia ꝑmitiua (nomē dñi). i. laudē de
dei eſſentia (et) deinde (laudeʒ eius) ſcʒ opa (in
hierl'm). i. in generali eccl'ia ad hoc eni a dia-
bolicis ⁊ pctōꝝ laqueis ſoluunt̄ vt laudē an-
nuncient in eccl'ia. Vel (vt annūcient in ſyon)
que ſpeculatio dicit̄. i. in pn̄ti eccl'a que adhuc
ꝑ ſpeculū videt ⁊ gloriaʒ dñi a longe ſpeculat̄
(et laudē eius in hierl'm) celeſti que viſio pacis
dicit̄ cuius habitatores facie ad faciē vidētes
laudant eum ineternū. annūcient inquā.

**In cōueniendo ꝑpl'os in vnum: et re-
ges vt ſeruiant dño.**

In cōueniendo). i. ad ꝯueniendū (ꝑpl'os in
vnū). i. in vnitatē fidei ⁊ moꝝ (et ſilr' (reges) ter
rarū ⁊ ꝑncipes ꝑpl'oꝝ ad hoc (vt ſeruiāt dño)
vniuerſi. hoc eſt vt faciāt magnos mediocres
et puos cōuenire in eccl'iaſticā vnitatē vt oīs
ſeruiant dño q̄ eis miſcōiter dignatus eſt ſub-
uenire. Exauditi ſunt ergo qui erant in ꝑſſura
et humilitate vt eſſet nr̄is tpib⁹ eccl'ia in tanta
gloria vt iam regna que ꝑſequebant̄ ipā ſerui
ant dño. Illis aūt annunciantib⁹.

**Reſpondit ei in via virtutis ſue: pauci
tatem dierū meoꝝ nuncia mihi.**

Reſpondit) eccl'ia vocata (ei) ſcʒ dño credē
do. gr̄as agendo. beneviuendo. gratulando et
obſequēdo. nō ꝯtempſit ſed vocata rn̄dit et cō
pluta fructū reddidit vocata eſt eccl'ia ⁊ rn̄dit
dño qn̄ quiſqꝫ pctōr gr̄as ei agit vocat⁹ ab illo
Ille vocat iſte rn̄det nō voce ſed corde nō lin-
gua ſed vita ⁊ hoc (in via virtutis ſue). i. reuer-
ſus ⁊ poſitus in via virtutis ac gr̄e ⁊ pn̄ie ⁊ re-
ſpondendo orauit. d. O deus (paucitatē) ⁊ bre
uitatē (dierū meoꝝ nuncia mihi). i. breue tp̄s
vite mee fac me attendere ne tranſitoriis inhe-
ream. valde eni ad eternitatē aīe ꝓficit cum ei
deus breuitatē vite ſue ad memoriaʒ reducit.
Nam cum finē ſuū primū cogitat minus eaʒ
peccare delectat hinc dicit̄. Memorare nouiſ
ſima tua ⁊ ineternū nō peccabis. vn̄ ⁊ Hiero.
phia vera eſt aſſidua mortis meditatio. Et qꝛ
tendo ad eterna.

**Ne reuoces me in dimidio dierū meoꝝ
in generatōe et generationē anni tui.**

Ne reuoces me in dimidio dierū meoꝝ) ꝑ
ſentiū. i. ne ſinas me reuocari ad tranſactā vi-
tam pctōꝝ ſed hos dimidios dies et futuros
cōtinuē. Cum nos deus vocat ad ea que ante
nos ſunt inuitat. cuius reuocare eſt cum ad ea
que retro ſunt nos cadere ꝑmittit. ꝑſentes vero
dies quantūcunqꝫ ſint boni nō ſunt niſi dimi
dii ⁊ imꝑfecti niſi addant̄ eterni. Orat ergo ne
eum in dimidio dierū reuocet. i. ne hoc qꝛ tp̄a
liter viuit obliuiſcendo a curſu celeſtiū ad tp̄a
lia amanda corruat. Minus eni eterna diligi
mus cuʒ in delectatōe ꝑſentis vite oculos cor
dis intendim⁹. Cum ꝓo tranſitoria omnia co
gitamus magis ad amāda celeſtia excitamur
dies eni mei exigui ſunt ſed (in generatōe ⁊ ge
nerationē). i. ineternū ſunt (anni tui) q̄ nō tran
ſeunt nec mutāt̄ de quib⁹ fac me ſatagere. An
ni dei eternitas eius eſt. vbi nihil eſt preteritū
vel futurū vbi nō eſt niſi eſt. Quia.

**Initio tu dñe terrã fundaſti: et opa manuum tuarũ ſunt celi.**

Initio) tpis (tu dñe terrã fundaſti) ꝗ eternitate tua p̄cedis oĩa que feciſti. ſine initio ei ante creaturas extitiſti (et opa manuũ tuarũ) .i. verbi ⁊ virtutis (ſunt celi) qꝛ qđ v̄bo facit hoc et manu. i. virtute ⁊ ꝑ iſta duo ſcꝫ celũ ⁊ terrã intelligunť oĩs creature a deo facte. ꝑ terrã etiã eccl'ia ⁊ ꝑ celos apl'i poſſunt intelligi in quibꝫ celis manẽs deus intonuit p̄ceptis ch[illegible]ſcauit miraculis irrigauit terraꝫ imbre veritatis. Et ſicut ante omnia creata fuiſti ita poſt mutata ꝑmanebis. Unde ſubdit.

**Ipſi ꝑibũt tu aũt ꝑmanes: et oĩes ſicut veſtimentũ veteraſcent.**

Ipſi) ſcꝫ celi ⁊ multo magis terra (ꝑibunt) ꝯflagratõne ignis quo ad aliquã diſpoſitionẽ ſcꝫ ſcđm qualitatẽ de celis ꝓximis terre hoc conſtat de ſuꝑiorib9 aũt certũ nõ eſt. Uel (celi) .i. iuſti ſcđm corpus ꝑibũt ſed in meli9 mutabunť in reſurrectõne (tu aũt ꝑmanes) omnino ſemꝑ immutabilis qui mutari nõ potes (et oĩs ſicut veſtimentũ veteraſcent) a ſtatu in ꝗ ſunt qđ nõ de angelis accipi poteſt ſed de mutabilib9 ſcꝫ de celis ad literã vel de ſanctis qui veteraſcent ſicut veſtimentũ. i. ſcđꝫ corpus qđ more veſtis ꝯſumiť ſed in meli9 mutabunť.

**Et ſicut opertoriũ mutabis eos et mutabunť: tu autẽ idem ipſe es: et anni tui nõ deficient.**

Et ſicut opertoriũ mutabis eos) celos (et mutabunť) a ſtatu ſuo in meliorẽ qꝛ iam corruptioni ſicut ante nõ ſubiacebũt. vel celos. i. ſanctos mutabis vt vicioꝝ ſorde mũdati pulchriores fiãt ⁊ mutabunť ad eternitatẽ (tu aũt idem ipſe es) .i. idem ꝑmanes ſine mutatõne (⁊ anni tui) qui erunt in generatõe ⁊ generationẽ id eſt duritia tua que in ãnis apud nos diſtinguitur (nõ deficient) et nullo fine claudenť qꝛ eternitas tua immutabilis ꝑmanet. Deinde ſequiť hilaris ꝯcluſio oſtendens ꝗꝛ ⁊ nos ibi eſſe poterimus.

**Filij ſeruoꝝ tuoꝝ habitabunt: et ſemen eoꝝ in ſeculũ dirigeť.**

Filij ſeruoꝝ tuoꝝ) .i. aploꝝ qui ꝑ p̄dicationem eoꝝ i fide ſũt geniti et nõ tm̃ ipi ſui (habitabũt) ⁊ ꝑſeuerabũt i tuis ãnis nõ deficiẽtib9 et eternaliter corã te (et ſemẽ eoꝝ) .i. imitatores et tota ſequẽs generatio electoꝝ (in ſeculũ dirigetur) .i. ineternũ qꝛ ſemꝑ actu ⁊ ꝯtinue in deum ferenť et dirigenť ad appetenduꝫ eternitatẽ et ineternũ manebũt. Uel (filij ſuoꝝ tuoꝝ habitabũt) ibi. i. ſerui ꝑ bona opa quaſi ꝑ filios, nemo enim ibi habitabit niſi ꝑ opa ſua. Non enim qui dicit dñe dñe. ſed qui facit voluntatẽ patris ipe intrabit in regnũ celoꝝ (et ſemen eorum) .i. opa ſine quib9 nullus intrat ⁊ vñ fructus eternus metitur (in ſeculũ) .i. ineternũ (dirigeť) qꝛ nihil totũ intrat. Noli ergo eſſe ſterilis ſi intrare ⁊ habitare vis ſed p̄mitte fetus operũ quos ſequaris. p̄cedant te opa tua parare tibi epulas eterne refectõis: filij tui te ducãt ad terrã ꝓmiſſionis.

Oratio.

Exorabilis dñe intende in orationẽ ſupplicum tuoꝝ vt ꝗ in pctis detenti tanquã fenuꝫ aruim9 reſpectu celeſtis miſcđie ſubleuemur. Per dñm no.

**Excitatio ad dei laudẽ et grãꝝ actionem ꝓ multis beneficijs collatis et ꝯferendis et in omnib9 eius operib9.**

Ps. cij.

# Benedic anima mea dño: et omnia que intra me ſunt nomini ſancto eius.

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulus hic eſt pſalmus ſcꝫ iſte fit ipſi dauid ſcꝫ vero chriſto. hoc eſt laus iſta que hic cantať fit chriſto non alij poſt p̄dictas quidẽ preces pauꝑis ſequũť hic p̄conia gaudentis. primo ſeipm ad laudãdum deũ exhortantis atq; in hoc ſe ceteris exemplũ ꝓponentis. Materia enumeratio beneficioꝝ dei multiplicũ. Intẽtio monere ad deuotaꝫ laudẽ dei ꝓ tantis ſuis beneficijs. Sententia in generali ꝓpha in iſto pſalmo in pſona cuiuſlibet fidelis excitat ſpm̃ humanuꝫ ſcꝫ ꝓpriũ ſpiritũ angelicũ vniuerſitatẽ creaturarũ ad laudandũ deũ enarrans ⁊ enumerans mltitudinẽ beneficioꝝ collatoꝝ et conferendoꝝ. Sentẽtia in ſpeciali ꝓpha ergo in ꝑſona generalis iuſti loquens ⁊ qđ ſibi hoc omnib9 ꝯſulens qꝛ oĩs ꝗ in chriſto ſunt quaſi vnus homo ſunt ſcđm ſuperiorẽ vim anime. i. rationẽ exhortať animã ad benedicendũ deũ dicens. (Benedic) .i. laudem dic ⁊ grãs redde ꝓ beneficijs o (anima mea dño) et lauda eum ꝗ dicit ſacrificiũ laudis honorificabit me. Non enim habemus quid ei ex tantis beneficijs retribuam9 niſi vt eum inceſſanter laudem9 ⁊ nõ ficte ⁊ oretenus ſed ex intimis omnib9. Unde ſubdiť (et omnia que intra me ſunt) .i. interiora mea ſcꝫ oĩs cogitatõẽs oẽs vires bona naturalia ⁊ gratuita bñdicite (nomini ſctõ eius) vt ſi aliqñ foris ceſſat lingua a laude dei nunq̃ ceſſet a laude eius affectus interioris animi ⁊ ſi aliquãdo in laude eius fatigať corpus

nunquã fatiget animꝰ et ſic q̄cq̄d eſt hoīs ap‑plicet laudibꝫ diuinis. Et ex inteſo affectu idẽ replicat vt magis exhortet. d.

**Benedic anima mea dño: et noli obliuiſci oīs retributões eius.**

Benedic) inq̄ꝫ (anima mea dño) et vt ſemꝑ bn̄dicas (noli obliuiſci) tãq̄ꝫ ingrata (oīs retributões eius). i. bn̄ficia que tibi retribuit q̄ bona ꝓ malis reddidit. que vere magna ſunt. homo quippe ad imaginẽ dei factus ꝓ ſimilitudine quam deo debebat reddidit diſſimilitudinẽ ⁊ ꝓ his malis retribuit deus bona inſpirando pn̄iam ⁊ pſtando veniã ⁊ alia multiplicia. Cogita ergo omnia mala tua q: q̄ꝫ mlta ea ſunt tam multe bone retributões dei ſunt. Non enim ante oculos tuos poterũt eſſe retributões dei niſi ante oculos tuos fuerint pctã tua. Unde ſubdit retributões.

**Qui ꝓpiciat omnibꝫ iniquitatibꝫ tuis: qui ſanat oīs infirmitates tuas.**

Qui ꝓpiciat omnibꝫ iniquitatibꝫ tuis) originalibꝫ ⁊ actualibꝫ eas remittendo ſi volueris ⁊ vere penitueris (qui) poſt remiſſionẽ etiaꝫ (ſanat oīs infirmitates tuas) que relinquunt ex pctõ vt eſt ꝓnitas ad malũ quã ſanat impediẽdo ꝯſenſum ⁊ difficultas ad bonũ quaꝫ ſanat expediendo ꝓceſſuꝫ. Sanat etiã infirmitates anime nunc fouẽdo blandis nũc ſecãdo aſperis ⁊ generalit oīs infirmitates ſanat taꝫ corꝑales q̄ꝫ ſpũales quantũ ad ſalutẽ anime ſpectat. omnipotenti enĩ medico nullus inſanabilis languor occurrit.

**Qui redimit de interitu vitã tuaꝫ: qui coronat te in miſcdia et miſeratõibꝫ.**

Qui redimit) precio ſui ſanguinis (de interitu) eterno. i. de morte quã incurriſti ꝓpter peccatũ (vitã tuã) quam ꝑdidiſti deũ offendẽdo et ab eo recedendo qui ſi viceris etiã (coronat te) poſt certamẽ. i. coronare diſponit ĩ celeſtibꝫ nõ tñ tuis meritis ſed (in miſcdia) ſua (et miſerationibꝫ). i. miſcdie effectibꝫ. Coronat nos deus ad gloriã nõ ex nr̃a iuſticia ſed ĩn ſua mĩa nõ ex nr̃is opibꝫ ſed in ſuis miſeratõibꝫ poſt coronã quid agam. Sequit ⁊ dicit.

**Qui replet in bonis deſideriũ tuũ: renouabit vt aquile iuuentus tua.**

Qui) etiã (replet). i. ſatiabit (in bonis) celeſtibꝫ ⁊ eternis que hic deſiderabas (deſideriuꝫ tuũ) quo hic ad ea ſuſpirabas. Manifeſtatõe glorie ſue nos ſatiabit. ſatiabor inq̄t cuꝫ apparuerit gloria tua. Ibi quidẽ ſacietas cum deſiderio ⁊ deſideriũ cum ſacietate erit. nec deſideriuꝫ penã nec ſacietas faſtidiũ pariet ⁊ hoc erit qñ (renouabit iuuẽtus tua) ſcꝫ in futura reſurrectõe primitiua reſumpta imagine vt a veteri in nouũ hominẽ muteris (vt aquile) que ad ſenectutẽ deueniens quibuſdã modis in iuuentutem reparat. Et quõ id fieri poſſit demonſtrat. Quia eſt.

**Faciens miſcdias dñs: et iudiciũ omnibus iniuriã patientibꝫ.**

Faciens) modo ⁊ in futuro (miſcdias dñs) ſed miſcdibꝫ qm̃ ipi mĩam ꝯſequunt. Illi ſũt qui inimicos diligũt ⁊ in ſe peccantibꝫ dimittunt ac indigentibꝫ ſubueniũt. Non eſt aliud vehiculũ quo ꝑducamur ex hac vita ad celeſtem patriã niſi miſcdia ſic enĩ in te facit mĩam deus ſi miſertꝰ fueris. Ex ſi non feceris mĩam ſed iniuriã time q: ⁊ dñs eſt (faciens iudiciũ) vñ ait mihi vindictã ⁊ ego retribuã ⁊ hoc (iniuriaꝫ patientibꝫ) q: punit iniuriã faciẽtes nec malũ relinq̄t impunitũ. Deinde ſubiũgit bn̄ficia antiq̄s collata vt nos ſperemꝰ ſilia.

**Notas fecit vias ſuas moiſi: filijs iſrael voluntates ſuas.**

Notas fecit vias ſuas moiſi) ꝑ quas rite eſt incedendũ p̄ijs ſcꝫ p̄cepta ⁊ mãdata legis et ꝑ moiſen notas fecit (filijs iſrl' voluntates ſuas) quid velit aut nolit ꝑ moiſen ⁊ filios iſrl' oīs iuſtos intellige q: moiſi. i. ei qui legẽ ſpiritaliter intelligit ⁊ filijs iſrl' veris ꝑ fidẽ deũ cernentibꝫ et in quibꝫ nõ eſt dolus notas facit ſuas vias et volũtates. In lege magnũ eſt myſteriũ q̄ ideo data eſt vt creſcente pctõ hũiliarent ſuꝑbi humiliati ꝯfiterent ꝯfeſſi ſanarent. Iſte ſũt vie occulte quas notos fecit dñs deus moiſi ꝑ quem legẽ dedit qua pctm̃ abundauit vt ſuꝑabundaret gr̃a. Aliqñ enĩ videt ſibi homo ſanus ⁊ egrotat ⁊ q egrotat nõ ſentit: medicũ nõ querit. Auget morbꝫ creſcit moleſtia queritur medicus ⁊ ſanat egrotus.

**Miſerator et miſericors dñs: longanimis et multũ miſericors.**

Miſerator) in actu et exhibitõe (et miſericors) in natura ⁊ voluntate eſt (dñs) et hoc culpas remittendo ⁊ penas relaxãdo ⁊ q: miſericordiã neceſſario ſequit patientia ſubdit (longanimis). i. patiens diſſimulando ac peccantes diu ſuſtinendo ⁊ ad penitentiã expectãdo. (et multũ miſericors) multos pctõres multotiens ⁊ multis modis reuocãdo ⁊ redeũtes recipiẽdo nec eſt vllũ pctm̃ qd penitẽti nõ remittit etiã ſi blaſphemꝰ fuerit nec tm̃ pctã remittit ſed ⁊ dona ſuꝑaddit. Uocat multis mõis ad correctõꝫ ⁊ pn̄iam. vocat bn̄ficijs creature. vocat impertiendo tps viuẽdi. vocat ꝑ lectorẽ. vo‑

cat ꝑ intima cogitationū. vocat ꝑ flagellū cor
rectōnis. vocat ꝑ miſcḋiam ꝯſolatōis. Et ve
re miſericors qꝫ.

**Non imppetuū iraſcet: neqꝫ ineternuꝫ
cōminabit.**

Non imppetuū iraſcet) penitētibꝫ nec eter
nam exercebit in eis vindictā ſed ꝯſolat ꝑmit
tens iram finiendā (neqꝫ ineternū cōminabit)
de pena eterna ſed ad modicū tꝑs qꝛ aduenien
te pnīa ſtati adeſt dei miſcḋia ⁊ ꝯdonat venia
Jam eni nō ſumus filij ire qꝛ ſublatꝰ eſt reatꝰ
culpe q̄uis remaneat obnoxietas pene. Age
ḡ pnīam obediēdo vocanti ne longanimitate
mie dei male vtendo theſauriſes tibi irā in die
ire ⁊ reuelatōnis iuſti iudicij dei. Et hoc autē
patet ꝙ nō iraſcet nec cōminabit ieternū qꝛ.

**Non ſcḋm pctā noſtra fecit nobis: neqꝫ
ſcḋm iniquitates nr̄as retribuit nobis.**

Nō ſm pctā nr̄a).i. ſm merita pctōꝝ nr̄oꝝ
(fecit nob)qꝛ qḋ nō merebamur accepimꝰ cū
gratis bona nob ꝓſtitit (neqꝫ ſm iniq̄tates no
ſtras).i. ſm merita iniquitatuꝫ nr̄aꝝ (retribuit
nobis) vt mala que meruimꝰ inferret ſꝫ aut ni
hil r̄ſpectiue aut citra ꝯdignū nos puniuit im
mo cū digni eſſemꝰ morte etiā ꝓ nobis morteꝫ
ſubijt ⁊ poſt offenſā nos abſoluit nos reddidi
mus mala ꝓ bonis ipē vero retribuit bona ꝓ
malis. Unde ſequit.

**Qm̄ ſcḋm altitudinē celi a terra corro
borauit: miam ſuā ſuꝑ timentes ſe.**

Qm̄ corroborauit) ⁊ ꝯfirmauit (miam ſuā)
.i. miam roboratā ⁊ indeficientē exhibuit ſpe
cialiter ⁊ maxie (ſuꝑ timentes ſe) ⁊ penitentes
qꝛ tales ſe hūiliant. Sic leo miſeret hoī ꝓſtra
to corā ſe et hoc (ſm altitudinē celi a terra) q.d
ſicut celū terrā valde excedit ipmqꝫ vbiqꝫ ⁊ vn
diqꝫ ꝓtegit ipi influit ſine quo ipa deficit cum
inde ſit lux ⁊ aer pluuia ⁊ fructꝰ ſic in infinitū
amplꝰ mīa dei nr̄am miſeriā excedit nos vn
diqꝫ ꝓtegit nobis gr̄am influit luce ſua nos il
luminat ſpū replet ſpūali pluuia rigat fructu
boni oꝑis fecundat.

**Quantū diſtat ortus ab occidente: lon
ge fecit a nobis iniquitates nr̄as.**

Quantū diſtat ortus) ſolis ſeu lucis (ab oc
cidente) et a tenebris tam (longe fecit).i. elon
gauit (a nobis iniq̄tates nr̄as) illas remittēdo
qn eni pctā nobis dimittunt tunc tam longe
ſunt a nobis quantū diſtat lux a tenebris imo
vt viuus a mortuo ſic tunc iuſtꝰ differt ab iniq̄
Qn̄ pctā remittunt tūc occidūt pctā ⁊ orit gr̄a
pctā quaſi in occaſu ſunt gr̄a qua liberaris in
ortu eſt ad ortū attēdere debes ab occaſu auer
ti. Auertere a pctīs tuis ꝯuertere ad gr̄aꝫ dei.

**Quō miſeret pater filioꝝ miſertus eſt
dn̄s timentibꝫ ſe: qm̄ ipſe cognouit fi
gmentū noſtrū.**

Quō) et q̄s paterno affectu (miſeret pr̄) car
nalis (filioꝝ) delinquentiū etiaꝫ in flagellꝭ (ita
miſertus eſt dn̄s timentibꝫ ſe) ⁊ penitentibꝫ de
pctīs ſuis. pr̄ miſeret filio cuꝫ eum verberat vt
emendet ita ⁊ dn̄s corripit nos interdū vt ſal
uos faciat nō tn̄ derelinquit vt ꝑdat (qm̄ ipſe
ꝯgnouit figmentū nr̄m).i. fragilē plaſmatōeꝫ
et infirmitatē nr̄aꝫ ſcꝫ ꝓnitatē ad peccandū et
fragilitatē ad ſtandū. Nouit q̄d fecerit. quō la
pſum ſit. quomō reficiendū ſit. Deinde expo
nit figmentū ſubdens.

**Recordatus eſt qm̄ puluis ſumus: ho
mo ſicut fenū dies eius tanq̄ flos agri
ſic efflorebit.**

Recordatꝰ eſt) miſcḋiter. tūc dn̄s quaſi obli
uiſcit qn̄ nō miſeret ⁊ tūc videt quaſi recorda
ri qn̄ ei placet miſereri (qm̄ puluis ſumꝰ) et ori
gine et reſolutōe quantū ad corpus vn̄ niſi a
quis mie ſue nos irrigaſſet a q̄libet ventoꝝ fla
tu ꝓiceremur (hō) eni hoc habꝫ ꝙ (ſicut fenū)
id eſt herba ad modicū virens ⁊ cito areſcens
eſt (dies eius).i. felicitas vel vita eius vel ſtat il
le noīatiuꝰ hō abſolute vt locū habeat ſeq̄ns
relatio ſcꝫ eius ⁊ (tanq̄ flos agri) qui cito tran
ſit (ſic efflorebit).i. ad tꝑs paruū ſic florebit. vꝫ
(efflorebit).i. deflorebit et florere deſinet. At
tende o homo in hoc verſu q̄d ſis.

**Qm̄ ſpūs ꝑtranſibit in illo et nō ſubſi
ſtet: et nō cognoſcet amplius locū ſuū.**

Qm̄ ſpūs).i. anima in hoīe exn̄s (ꝑtranſi
bit in illo) in morte et egredit ab eo et illo e
greſſo (nō ſubſiſtet) homo ⁊ tunc omnis iocū
ditas viriditatis eius traditur obliuioni (⁊ nō
cognoſcet) ſpūs (amplꝰ locū ſuuꝫ) ſcꝫ corpus
in quo habitauit vt reuertat ad habitandū in
eo in hoc mūdo. Talis eſt vindicta pctī talis
eſt pena inobedientie. Conſidera ergo homo
in te ipō corruptionē ⁊ mortalitatē quā habes
a pctō ⁊ ex tua pena recognoſce quāta ſit cul
pa nō cuſtodire dn̄i mandata. Et dum tuā at
tendis humilitatē ⁊ vilitatē noli extolli quic
qui.. eni melius eris gr̄a illꝰ eſt et miſcḋia nō
tua iuſticia. Unde ſequit.

**Miſcḋia autē dn̄i ab eterno et vſqꝫ ine
ternū: ſuꝑ timentes eum.**

Miſcḋia aūt dn̄i ab eterno).i. a mundi ꝓn
cipio (et vſqꝫ ineternū).i. ſine fine. Uel (ab eter
no) ꝓpoſita ⁊ ꝓfinita qꝛ ab eterno fuit in eo ꝓ
poſituꝫ miſerēdi (⁊ vſqꝫ ineternū) ꝑmāſura erit

et manebit nunquã deficiens imppetuũ (ſup
timentes eum) timore caſto ꝛ filialis reueren=
tie qui etiã in pr̃ia manebit ſed nõ ſup alios ſic
erit qꝛ quiſq̧ cũ timere negligit in inferno ꝛ in
tormento remanebit. q. d. talis eſt natura hoĩs
ſed ꝑ miſcdiã dei erit eternus hinc p̃ſumptiõ̃z
premit inde ſpem ſtatuit.

**Et iuſticia illius in filios filioꝝ: his qui
ſeruant teſtamentũ eius.**

Et iuſticia) remuneratio ꝛ retributio iuſticie
ſeu iuſta (illi⁹). i. ab illo exhibita erit (in filios
filioꝝ) q̇ ſunt imitatores ꝛ heredes patronoꝝ
bonoꝝ. q. d. ꝑ miſcdiã ꝛ iuſticiã eius dabit̃ ti=
mentib⁹ eum eterna merces ꝓ bonis operib⁹.
Et ne oĩs p̃ſumant ſubdit (his qui ſeruãt te=
ſtamentũ eius). i. precepta dñi cuſtodiũt corde
recipiendo et oꝑe adimplẽdo intus ꝑfidẽ ꝛ ex
terius ꝑ oꝑationẽ. Et ideo quomodo cuſtodi
enduz ſit oſtendit̃ cum ſubinfert.

**Et memores ſunt mandatoꝝ ipſius: ad
faciendũ ea.**

Et) q̇ (memores ſunt mandatoꝝ ipſius) nõ
tantũ ad ſciendũ in mente vel ad loquendũ in
ore ſed (ad faciendũ ea) in oꝑe. i. vt agãt qđ di=
dicerũt prius eſt ergo voluntatẽ dñi in ſcriptu
ris ſanctis inq̇rere ꝛ poſtmodũ oꝑando fideli
ter adimplere. Ille enĩ teſtamentũ dei bene cu
ſtodit q̇ dñica p̃cepta ꝛ memoriter retinet. Et
bene oꝑando implet. Nõ ſi nimis multa tibi
vident̃ in duob⁹ mandatis charitatis oĩa im=
plent̃. Tene ergo radicẽ charitatis et tota ar=
bor eſt in te et certe debemus eſſe memores ad
faciendũ qꝛ.

**Dñs in celo parauit ſedem ſuam: ꝛ re=
gnum ipſius omnib⁹ dñabit̃.**

Dñs) ſcz chriſtus q̇ aſcendit (in celo) ſcz em
pirreo tanq̧ in loco digniori ꝛ eminẽtiori (pa
rauit ſedem ſuã) vt ibi oĩb⁹ ſctis et electis elu=
ceret virtus glorie ſue. Qui hoĩem aſſumptuz
in celũ leuauit ipſe ſibi ꝛ nobis in celo ſedẽ pa
rauit ſibi vt ſedeat ad dexterã pr̃is nobis vt ſe
deamus in regno pr̃is (et regnũ ipſi⁹) cui⁹ etiaz
ciues erunt reges (oĩb⁹ dñabit̃) qꝛ oĩa ei ſubijci
entur ꝛ de oĩb⁹ ſcz bonis ꝛ malis iudicabit p̃di
cit iudiciũ futurũ ne peccãtes inſoleſcant. De
inde oĩs creaturas monet benedicere incipi
ens ab angelis ꝛ. d.

**Benedicite dño omnes angeli eius po=
tentes virtute: facientes verbũ illius ad
audiendã vocẽ ſermonũ eius.**

Benedicite dño oĩs angeli eius) nuncij ve
ritatis aggaudẽtes ſaluti nr̃e ꝛ veſtre qđ ꝯgra
tulando dicit nõ imꝑando vł monendo. q. d.
qđ facitis amo qꝛ quotidie bñdicũt ꝛ laudant
cantando ſanctus ſctũs ſctũs ꝛc̃. qui eſtis (po
tentes) et excellentes (virtute) et ptãte data vo=
bis a veſtro creatore (facientes verbũ). i. man=
data illius ad hoĩes illico que fuerit locut⁹ ex=
plentes ꝛ hoc (ad audiendã). i. ad hoc vt ꝑ vos
hoĩes audiant (vocẽ ſermonũ eius). i. intelli=
gant que p̃cepit. Deus enĩ ꝑ angelos manife=
ſtat voluntatẽ ſuã hoĩb⁹.

**Benedicite dño oĩs virtutes eius: mi
niſtri eius qui facitis voluntatẽ eius.**

Benedicite dño oĩs virtutes eius) qui vir
tute illius roborati ſigna ꝛ mira ac queq̧ ma
gnalia oꝑamini diuina virtute. deinde genera
liter de oĩb⁹ ſubdit. Et vos alij (miniſtri eius)
qui in alijs grãꝝ diſtributõnib⁹ deo miniſtra
tis (qui facitis voluntatẽ eius) quã cum intuen
tes agnoſcitis ꝛ ꝓ implenda volũtate eius fa=
citis omnia que facitis. Si g̃ vis benedicere
dñm fac verbũ eius. fac voluntatẽ ipſi⁹. Qui s
enĩ male viuens ꝛ ſi lingua tacet vita dñm ma
ledicit et ſi hymnũ cantat lingua multos tñ in
blaſphemiã mittit vita. Et ne te iactes qꝛ fa=
cis voluntatẽ eius qꝛ nõ eſt opus tuũ ſed dei.
Unde ſubdit.

**Benedicite dño omnia opera eius: in
omni loco dñationis eius: benedic ani=
ma mea dño.**

Bñdicite dño oĩa oꝑa eius) qꝛ cum bene vi
uis ꝛ in bona vita dñm bñdicis oꝑa eius bñ
dicunt eum nõ merita tua ipſe eſt enĩ qui ꝑ te et
in te bonũ oꝑat̃. Uł (bñdicite) etiã (dño oĩa
oꝑa eius). i. celeſtia ꝛ terreſtria ſcz angeli ꝛ ho
mines ꝑ ſe alia vero inquantũ ſunt creaturis
intellectualib⁹ materia laudis diuine vt in eis
et de eis bñdicat̃ deus et hoc (in oĩ loco dñatõ
nis) et ptãtis eius. i. vbiq̧ vñ ſicut nulla crea=
tura ſic nullus locus laudi eius excipit̃ vt qui
vbiq̧ eſt ꝛ vbiq̧ dñatur vbiq̧ bñdicat̃ ꝛ vbi
q̧ ei bñ viuat̃ ꝛ q̇ vndiq̧ eſt vndiq̧ illi iubile=
tur deinde cõcludendo ad ſeipſ̃z rediens a quo
et pſalmũ incepit iterato excitat ſeip̃m ad lau=
dem dei. d. (bñdic aĩa mea dño) iterũ nec vnq̧
ceſſes a laude ipſius qꝛ deus ſine fine ſemꝑ eſt
laudand⁹ vñ incepit inde finit ꝑ qđ notat eos
qui bonis initijs bonũ finẽ adiungũt hoc aũt
ꝓpheta nõ de ſua tm̃ aĩa ſed ꝛ ad nr̃as q̃z ani=
mas loquit̃ vt dñm iugiter bñdicant.

Oratio.

¶ Sana dñe languores pplı̃ q̇ ſemꝑ pctõrib⁹
ſicut pater filijs miſereris vt excepti ab interi=
tu mortis ꝑpetue te anima nr̃a benedicat ꝛ vi=
ta clarificet. Per dñm

Inuitatio ad dei laudē ꝓ diuerſis opi-
bus ſuis et ꝓ multis beneficijs vniuer-
ſe creature exhibitis. ps. ciij.

# Benedic anima me

a dn̄o: dn̄e deus meus magnificat⁹ es
vehementer.

Auctoꝛ pſalmi ꝓpha dauid. Titul⁹ talis eſt
pſalmus dauid ſcꝫ ꝓphe q̄ videns animo ma-
gna et iocunda dei oꝑa hunc pſalmū eructa-
bat cū exultatōe. Materia: enumeratio diuer
ſoꝛum dei operū ac etiam multoꝝ beneficioꝝ
vniuerſe creature exhibitoꝛuꝫ. Intentio: mo-
nere ad laudē dei ꝓ huiuſmōi oꝑibꝫ ⁊ bn̄ficijs
Sn̄ia in generali ꝓpha in iſto pſalmo iterū ex
alijs cauſis hoꝛtaꝛ et inuitat ſeip̄m ⁊ exemplo
ſui oīs hoīes ⁊ creaturas ad gloꝛificādū deū
ſcꝫ ꝓpter magnificentiā ip̄ius quā euidēter oñ
dit in multis eius mirabilibꝫ ⁊ magnalibꝫ. Et
ſi fere cuncta que hic dicunꝛ ad literā religioſe
poſſint accipi ſunt tn̄ plena myſterijs. Iuxta li
terā ex viſibilibꝫ oꝑibꝫ que hic tangunꝛ inui-
ſibilia dei debent intelligi ſicut ex fabrice mū
dialis magnitudine et pulchritudine fabrica
toꝛis ineſtimabilis magnitudo et pulchritu-
do pōt ꝑpendi ⁊ amari vt ſic tandē poſſit vide
ri. Spūalis tn̄ ſenſus in oībꝫ querendus eſt ⁊
ꝑſcrutandus. Sn̄ia in ſpeciali ꝓpha ḡ dei ma
gnalia que mente ꝯcepat narraturus viſionis
ip̄ius exultatōe ructat. d. (Benedic) o (anima
mea) nō tn̄ lingua (dn̄o). i. lauda euꝫ ꝓ tantis
beneficijs ⁊ muneribꝫ que hic narranꝛ vt duꝫ
bn̄dicis illū tu bn̄dicaris ab illo et cōuertens
ſermonē ad ip̄m oñdit cauſam quare ſit bn̄di
cendus qꝛ O (dn̄e deus meus) q̄ ſemꝑ es ma-
gnus ⁊ magnificus in te ⁊ tua natura cu⁹ ma
gnitudinis nō eſt finis (magnus es vehemen-
ter). i. valde ⁊ excellenter in me ⁊ in reliq̄s ſan
ctis tuis nō creſcens in te qꝛ ꝑfect⁹ es ſed in no
bis ⁊ nr̄a noticia ex ꝯſideratōe operū tuoꝝ in
quibꝫ magnus innotuiſti. Vn̄ aūt magnifica
tus ſit demonſtrat cum ſubdit.

## Confeſſionē ⁊ decoꝛē induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento.

Confeſſionē). i. laudē angeloꝝ ⁊ hominū
omniūq; creaturarū (et decoꝛē). i. pulchritudi
nem (induiſti) in ceaturarū ꝓductōe ⁊ oꝛdina
tione. i. appuiſti in eis laudabilis et decoꝛ⁹ qꝛ
vndiq; habes creaturas que te ꝯfitētur. i. lau-
dant ac decoꝝ ⁊ glorioſum oſtendūt q̄ in te es
(amictus) et coopꝑtus (lumine) ineffabili (ſicut
veſtimento) qꝛ lux vndiq; tibi eſt qui habitas
lucē inacceſſibilē. Vel (ꝯfeſſionē et decoꝛē in-
duiſti). i. eccl'iaꝫ in qua eſt prius ꝯfeſſio pctōꝝ
per quā deponit feditatē. Deinde decoꝛ virtu
tum ꝑ quem placet ſpecioſo pre filijs hoīm et
es (amictus lumine) ſcꝫ ip̄a eccl'ia tua qꝛ eccl'ia
facta eſt lux in dn̄o que ṗus erat tenebre in ſe
ip̄ſa (ſicut veſtimento) Ip̄a enim eſt veſtis ſine
macula ⁊ ruga ip̄a eſt tunica incōſutilis nō di
uidenda. prius quidē ponit ꝯfeſſionē deinde
decoꝛē qꝛ ad decoꝛē iuſticie nō veniꝛ niſi ṗce-
dente ꝯfeſſione. prius ḡ de iniquitatibꝫ tuis in
cipe ꝯfiteri ⁊ a ꝯfeſſione incipis decoꝛari de-
coꝛatus efficeris veſtimentū dei. Et qꝛ omnia
cōfitenꝛ de ſingulis ſubſequenter agit. Et pri-
mo de celo dicens. Tu es.

## Extendens celū ſicut pellem: qui tegis aquis ſuꝑioꝛa eius.

Extendens celū ſicut pellē) et quaſi tectū et
opꝑturā omnuū ſuꝑ oꝛbē terrarū. Ad literā fa-
cultas dei oꝑantis cōmēdaꝛ qꝛ plus q̄ꝫ tibi fa
cile eſt extendere vnam pellē facili⁹ illi fuit ex
tendere tam magnū celū. figurate aūt ꝑ celos
ſacra ſcriptura accipiꝛ qꝛ ꝑ eaꝫ illuminamur
ꝑ pellē moꝛtales hoīes intelligūꝛ pellis eni q̄
moꝛtuis aīalibꝫ detrahiꝛ moꝛtalitatē ſignifi-
cat vn̄ primi parentes cū peccauerūt moꝛta-
les facti de pellibꝫ tunicas acceperūt. Celuꝫ ḡ
ſicut pellis extendiꝛ qꝛ ſacra ſcriptura ꝑ moꝛ-
tales hoīes vbiq; ṗdicaꝛ ⁊ aperiꝛ (q̄ tegis aq̄s
ſuꝑioꝛa eius) ad literā qn̄ iuſſit vt fieret firma-
mentū inter aquas ⁊ aq̄s factū eſt vt ſint aque
inferioꝛes que ꝑfundunt terras ⁊ ſint aque ſu
ꝑioꝛes ab aſpectibꝫ hoīm remote que tegūt ſu
ꝑioꝛa celi vn̄ alibi aque que ſuꝑ celos ſunt lau
dent nomen dn̄i. Quidā dicūt hic ꝑ celos in-
telligi celos aereos vltra quos ſunt nubes aq̄
ſe quas dicūt eē aquas ſupꝛa firmamētuꝫ ſub
quo ſunt aque inferioꝛes in groſſa ſb̄a quā ex
poſitōeꝫ. ponit Aug⁹ ſuꝑ gen̄. et eā cōmendat
figurate aūt ꝑ ſuꝑioꝛes aquas charitas intel-
ligiꝛ que in coꝛdibꝫ nr̄is diffundiꝛ que quideꝫ
ſuꝑ celos eſt. i. ſuꝑ oīs libꝛos et ſcṗturas bn̄
aūt his aq̄s celū tegi diciꝛ qꝛ in diuinis libꝛiſ
nihil eminenti⁹ charitate inueniꝛ.

## Qui ponis nubem aſcenſuꝫ tuum: qui ambulas ſuꝑ pennas ventoꝝ.

Qui ponis nubem aſcenſum tuū) ad literā
dn̄s viſibiliter aſcendit in celuꝫ ⁊ ſcriptū eſt q̄
nubes ſuſcepit eum ab oculis coꝝ ⁊ de reſur-
rectione nr̄a diciꝛ qđ rapiemur in nubibꝫ ob
uiaꝫ chꝛiſto in aera. figurate aūt ṗdicatoꝛes ve
ritatis nubes ſunt qꝛ doctrinis cōpluūt. Ex-
tenſa eſt ſcriptura ſuꝑ oꝛbē terrarū nec deſunt
nubes que pluunt. i. ṗdicant verbū ꝟitatis ex

ponunt omnia que obſcura ſunt. Et ſic p nubes corda noſtra a intelligentiā ſcripturarū et ad deū aſcendūt (qui ambulas ſup pēnas ventoꝝ) ad literā velocitatē venti p pēnas ſignificatam dñs ſupat p agilitatē opatōnis q vbiq3 pñs eſt qz velocius q̄3 venti currant opat. Vñ alibi dicit velociter currit ſermo eius cito implens quicqd vult. Myſtice aūt venti ſunt aīe et penne virtutes q̄ ſunt in duab9 alis .i. in duob9 pceptis charitatis ſ3 charitatē omniū charitas chriſti ſupat 7 ideo ſup pēnas ventoꝝ .i. ſctōꝝ p agilitatē charitatis ambulat et omēs virtutes animarū tranſcendit.

**Qui facis angelos tuos ſpiritus: et miniſtros tuos ignem vrentē.**

Qui facis ſpūs) in ſuba .i. ſpūales ſubas tibi aſſiſtentes eſſe (angelos tuos) .i. nūcios tue volūtatis cum eos mittis. ſpūs eni nomen nature eſt angelus nomen officij (et ignē vrentē) id eſt ſpūs ſupmi ordinis ſc3 ſeraphin qui interpretant ardentes facis (miniſtros tuos) cuius. vñ in Eſaia. Volauit ad me vnus de ſeraphin. Vel (q facis angelos tuos ſpūs) vt ſpirent hoib9 tua3 facere voluntatē (et miniſtros tuos ignē vrentē) .i. ardentē vt in alijs lumen veritatis infundant in alijs pctā ɔſumant figurate aūt poſſum9 p ſpūs intelligere ſpūales quos facit angelos ſuos .i. nūcios verbi ſui et ardentes ſpū et charitate facit miniſtros ſuos qui alios incendūt et feruere charitate faciunt p verbū dei qd audiūt 7 vicia in eis ɔſumunt nō eni incendit qui nō ardet. Et ideo oportet hoies antequā pdicandi officiū aſſumant eſſe ſpūales 7 ſpiritu feruentes.

**Qui fūdaſti terrā ſup ſtabilitatē ſuā: nō inclinabit in ſeculū ſeculi.**

Qui fundaſti terrā ſup ſtabilitatē) et baſem (ſuā) .i. immobilitatē centri ſui. dando ei virtutem 7 firmitatē p quā ſtat tanquā ab illa ſuſtētata 7 in illa fundata. vñ (nō inclinabit) vel cōmouebit (in ſeculū ſeculi) .i. ineternū in aliqua parte a loco ſuo totali 7 a centro mūdi in quo eius virtus ſuſtentiua ɔſiſtit. Quāuis eni tranſeat ſcdm qualitatē nō tñ ſcdm ſbam. Spūaliter fundauit terrā .i. eccl'iā ſup chriſtū q eſt ſtabilitas huius eccl'ie et oīa ɔtinet ptāte 7 nos bonitate. fundamentū eni aliud nemo pōt ponere preter id qd poſitū eſt qd eſt ieſus chriſt9. et iō tali fundamento ſuffulta nunqua3 inclinabit vel deficiet. Terra itaq3 nō inclinabit licet.

**Abyſſus ſicut veſtimētū amictus eius: ſup montes ſtabunt aque.**

Abyſſus) .i. mare 7 oīs aqꝝ cōgeries (ſicut veſtimentū) ſit (amictus ei9) ſc3 terre ex oī pte qz mare 7 flumina opiunt terrā 7 vt veſtis circūdant eā excepta vna pte q remanſit arida ppter vitā hoim 7 aīaliū q abyſſus tpe diluuij ita excreuit vt et montes opiret. vñ ſequit (ſup mōtes ſtabūt aq̄) in tpe diluuij vbi ponit futurum p pterito. vel h futuru3 erat referendo ad tps q terra fundata fuerat. Myſtice pphā eccleſiā futurā in diluuio pſecutionū volebat intelligi. Fuit eni aliqñ tps q terrā dei .i. eccl'iam ita coopuit abyſſus .i. multitudo pſecutionu3 vt nec ipi magni q ſunt mōtes apparerēt. Stabant quippe ſup mōtes aq̄ qz ppli reſiſtētes ſuperabant auctoritatē fortiter euangeliſantiu3 verbum dei 7 pualebant ſup martyres. Sed hoc non diu quia

**Ab increpatōe tua fugient: a voce tonitrui tui formidabūt.**

Ab increpatōe tua) o dñe .i. ſcdm ordinatōe3 volūtatis tue ac ſi eſſent a te increpate (fugiēt) et recedēt ſc3 aque diluuij ad locū deſtinatū (et a voce tonitrui tui) .i. venti terribil' 7 ſicci (formidabūt) .i. qſi formidātes ceſſabūt vt appareat terra qz p tales ventos ceſſauerūt. Myſtice Ab increpatōe dei fugerūt aque recedentes a pſſura montiū 7 eminēt mōtes in ſalutē ppl'oꝝ qz coꝝ regū in manu dñi fuit qd deflexit q voluit. Juſſit p eos pacē dari chriſtianis 7 eminuit auctoritas aplica a voce tonitrui dei fctā p apl'os p nubes p ſcripturas formidāt aque pſecutionū. mali eni ɔminatōne iudicij timēt. Quib9 aquis ceſſantib9

**Aſcendūt montes et deſcendūt campi: in locum quē fundaſti eis.**

Aſcendūt mōtes 7 deſcendūt campi) .i. per hūc receſſum aqꝝ apparuit in terra aſcenſus et multitudo montiū et deſcenſus ſeu planicies campoꝝ qui prius latebāt ſub aq̄s (in loco quē fundaſti eis) .i. ſcdm loca in qb9 eos a principio fundaſti. Myſtice (Aſcendūt mōtes) .i. ſancti in ſpiritalē pficiūt intelligentiā (et deſcēdunt campi) .i. ppli ſe coꝝ doctrinis ſubdūt vt virtutū fructib9 7 florib9 repleant. (in locū quē fundaſti eis) in ɔuentū eccleſiaſticū 7 faciunt ſcdm dona q ɔtuliſti eis quantū quis pprium donum habet ex te. Alios eni dedit pphas alios euāgeliſtas 7 hmōi. Ideo aūt nō ſeuiūt modo nec dant operam euertere terram qz

**Terminū poſuiſti quē nō tranſgredientur: neq3 cōuertentur opire terram.**

Terminū) 7 finē ſc3 alueos pprios (poſuiſti) ſc3 aq̄s oceani 7 alijs claudendo eos litorib9. (quē nō tranſgrediētur) trāſeundo a loco ſuo

et vltra ꝓcedendo (nec̄ꝫ cõuertent̄ opire).i.nõ reuertent̄ et redibũt ampli⁹ ab alueis ſuis vt opiant (terrã) ſicut in diluuio fecerũt. Myſtice finẽ impoſitũ tranſgredi nõ pñt aq̄ ꝑſecutionũ et ſi ad oras terre fluct⁹ ꝓſtrepũt ꝛ ſi adhuc murmurãt terrã tñ eccie diluuio nõ opiunt vt iã liceat eccie libere ꝑdicare. Terminuꝫ etiã et modũ aq̄s tribulationũ poſuit ne motus eaꝝ ſit longior aut vehemẽtior q̄ꝫ ſit opus. Sꝫ q̄d fit in terra mundata. Sequit̄ ꝛ dicit.

**Qui emittis fontes in ꝯuallibꝫ: inter medium montiũ ꝑtranſibũt aque.**

Qui emittis) ꝛ manare facis (fontes in conuallibꝫ).i. in locis terre humilibꝫ ꝛ inde (inter mediũ montiũ) ſcꝫ in ꝯuallibꝫ (ꝑtranſibũt aq̄) orte ex illis fontibꝫ. ſepe eñi fontes ꝑmo fluũt et deinde flumina faciũt. Myſtice emittit (fontes in ꝯuallibꝫ).i. gr̃aꝫ ſcti ſpũs q̄ ſuꝑ humilẽ q̄eſcit ꝑſtat hũilibꝫ ꝛ gr̃e ſubditis ꝛ eq̄liter (int̄ mediũ montiũ).i. eccl'iaꝝ (ꝑtranſibũt aque).i. ꝑdicatores ṽbi veritatis irrigãdo doctrina et donis celeſtibꝫ ꝓpl'm ꝛ eque oĩbꝫ miniſtrando q2 aqua dei.i. doctrina nõ ꝓpria eſt alicui ꝛ priuata ſed cõmunis ꝛ publica. Vl' (inter mediũ montiũ) q̄ ſunt due ſpẽs ſuꝑbie quarũ vna naſcit̄ ex re tp̄ali alia ex re ſpũali ꝛ int̄ iſtos duoſ mõtes eſt vallis hũilitatꝭ nõ declinãs ad aliq̄ꝫ ſpeciẽ ſuꝑbie et in iſto medio (ꝑtranſibũt aq̄) gratiarũ. Et de his fontibꝫ et aquis.

**Potabũt oĩs beſtie agri: expectabunt onagri in ſiti ſua.**

Potabũt oĩs beſtie agri).i. aĩalia regionũ (expectabũt onagri).i. aſini ſilueſtres i deſ'tis exñtes (in ſiti ſua) ſcꝫ refici ꝑ hmõi fontes ꝛ flumina. Myſtice potabũt de ill' aq̄s ſpiritalibꝫ (oĩs beſtie agri).i. oĩs gentiles magni ꝛ ꝑui (et expectabũt onagri).i. ſuꝑbi iudei ſuꝑba iactantia vagãtes tanq̄ꝫ in deſ'to (in ſiti ſua) q̄ñq̄ꝫ refici ꝛ bibere has aq̄s q2 ſuꝑbi iudei differũt bibere vſq̄ꝫ in tp̄s vltimũ: fluũt ḡ ille aq̄! ꝛ inde bibũt timidi ꝛ feri: ꝑui ꝛ magni gẽtiles ꝛ iudei vt oĩbꝫ hec gr̃a miſtret̄. Tꝑata ẽ aq̄ oĩbꝫ nullũ terret vt vnuſquiſq̄ꝫ ſ'm ſuã ſitim ꝛ deſiderium capiat alius plus alius min⁹.

**Suꝑ ea volucres celi habitabũt: de medio petraꝝ dabunt voces.**

Suꝑ).i. iuxta (ea) q̄ dicta ſũt ſcꝫ ꝯualles ac mõtes ꝛ flumina (volucres celi) aerei (habitabũt) ꝛ morabunt̄ (de medio petraꝝ) ꝛ nemorũ (dabũt vocẽ).i. cantabũt ꝯgaudẽtes vicinitati vbi ſunt nutriti. Myſtice (ſuꝑ ea) q̄ dicta ſunt ſcꝫ aq̄s ꝛ hmõi (volucres celi).i. ſpũales viri ꝯtemplatõe gaudẽtes celeſti q̄ ṽtutũ pẽnis ceteros volare docẽt (hitabunt) q2 auctoritatibꝫ apl'oꝝ ꝛ ſctõꝝ nõ ſuis cordibꝫ innitent̄. et (de medio petraꝝ dabũt voces) q2 in medio eccia rum apuerit os ſuũ ad docendũ ꝓpl'm ꝛ collaudandũ deũ. vel (de medio petraꝝ).i. de ꝯcordi auc'te ſctõꝝ vel duoꝝ teſtamẽtoꝝ in q̄bꝫ ſonat chriſtus (dabũt voces) ꝑdicatõis. Emittis inq̄ꝫ fontes in ꝯuallibꝫ ꝛ cetera ꝑdicta facꝭ.

**Rigans mõtes de ſuꝑioribꝫ ſuis: de fructu operum tuoꝝ ſatiabit̄ terra.**

Rigãs) etiã o de⁹ (mõtes de ſuꝑioribꝫ ſuis) id ẽ de aq̄s in ſuꝑioribꝫ ꝑtibꝫ celi generatis q2 ꝯualles ꝛ campi rigant̄ fontibꝫ ꝛ fluminibꝫ ſꝫ mõtes indigẽt rigari pluuijs vt ibi etiã creſcat herba aĩalibꝫ oportuna (de fructu opm tuoꝝ) id ẽ de effectu pluuie q̄d eſt opus tuũ (ſatiabit̄ terra).i. fecundabit̄. Myſtice (Rigans montes).i. apl'os ꝛ ꝑdicatores (de ſuꝑioribꝫ ſuis).i. de celeſtibꝫ q̄ ſunt ipſis altiora. ſpiritali eñi gr̃a corda coꝝ rigauit effundẽs ſuꝑ eos ſpm̃ ſctm̃. et (de fructu opm tuoꝝ ſatiabit̄ t'ra) q2 de ſpiritali doctrina apl'oꝝ ꝛ ꝑdicatoꝝ reficit̄ eccia Et bñ nõ de fructu montiũ ſꝫ opm tuoꝝ dicit̄ q2 q̄cq̄d in ṽtutibꝫ ſcõꝝ agit̄: illius eſt gr̃e qui merita largit̄. Terra inq̄ꝫ ſic irrigata

**Producens fenũ iumentis: et herbam ſeruituti hominum.**

Producẽs fenũ iumẽtis).i. ad pabulũ ꝛ nutrimentũ iumentoꝝ (et herbã ſ'uituti hoĩm).i. iumẽtis q̄ in cultu terre ſ'uiũt hoĩbꝫ. Myſtice Terra ꝓducit fenũ.i. terrenũ ſubſidiũ (iumẽtis).i. ꝑdicatoribꝫ q̄ iumẽta fctã ſunt q2 onera eccie portauerũt ꝛ in eadẽ laborauerũt. Juſtũ eſt eñi ſi iumentũ in terra laborat vt t'ra iumento ſuo fenũ ꝓducat. debẽt ſci viri ab eis corꝑalia ſtipẽdia ꝑcipe q̄bꝫ ſtudẽt ſpũalia miniſtrare. (et herbã).i. tp̄alia (ſ'uituti hoĩm).i. ꝑdicatoribꝫ ſ'uis hoĩm ꝑ chriſto ꝛ ex charitate fcis: et eſt expoſitio ꝑcedentꝭ. Nota ꝑ herbã ꝛ fenũ intelligi vict⁹ ſimplicitatẽ: h̄ aũt ẽ neceſſariũ.

**Vt educas panẽ de terra: et vinuꝫ letificet cor hominis.**

Vt) ꝑ coꝝ laboreꝫ (educas panẽ de t'ra).i. frumentũ vñ fit panis q̄ eſt hoĩm nutrimentũ et ſil'r (vinũ) educas vt (letificet cor hoĩs) nõ inebriet ſꝫ ſobrios reddat ꝛ ſpũalẽ leticiã inducat. Myſtice Vt ꝑ coꝝ ꝑdicatõeꝫ (educas panẽ) ſcꝫ chriſtũ. ipẽ eſt eñi panis q̄ de celo deſcẽdit (de t'ra).i. hoĩbꝫ in terra habitãtibꝫ ꝛ terrenum corp⁹ geſtãtibꝫ q̄ ꝑ coꝝ doctrinã credũt et chriſtũ ꝯfitent̄. (et) educas (vinũ) ſcꝫ ſpũale interiorẽ hoĩem reficiẽs vt (letificet cor hoĩs) ſpũali leticia ꝛ inebriet vt obliuiſcat̄ terrenoꝝ

quo vino nō ſolū letificari ſ; et inebriari debe
mus ſic vt videat̃ illa ebrietas in opib; noſtris
in ſctō amore iuſticie in alienatōe mētis nr̄e a
terrenis in celū vt educas etiā de terra oleū.

**Ut exhilaret faciē in oleo: et panis cor
hoīs cōfirmet.**

Ut) homo (exhilaret). i. letificet (faciē). i. mē
tem ſuā (in oleo) ex eius ſapore ꝛ ꝯdimēto. vel
loquit̃ more antiq̄ꝝ. q̄ vngebāt facies ſuas in
ſignū leticie. Et q: vtilitatē vini ꝛ olei dixerat
ideo etiā vtilitatē panis ſubdit. d. (et) vt (panis
cor hoīs ꝯfirmet) corpꝰ reficiēdo. Myſtice (vt
exhilaret). i. letificet ꝛ hilarē faciat (faciē ſuā). i.
mentē (in oleo). i. in grā ſpūſſcī q̄ q̄ꝺ repleue=
rit letos ꝛ hilares reddit ꝛ gratioſos apō alioſ
efficit. letificat̃ enī hō in ſe ꝛ hilarat̃ ad ꝓximū
ad impendendū qꝺ h; ex charitate (et panis)
ſpūal'. ſ. chriſtꝰ (cor hoīs ꝯfirmet) in bonis q:
panis cordis eſt et dat vitā mundo.

**Saturabūt̃ ligna campi et cedri libani
q̄s plātauit: illic paſſeres nidificabūt.**

Saturabunt̃ etiā ligna campi). i. ad ſacie=
tate; nutrient̃ ex t̃ra ſic rigata (et cedri libani)
ſilr ſaturabunt̃ (q̄s plantauit). ſ. dn̄s q: oīa li
gna ꝛ arbores ſunt creature eiꝰ (illic) in cedris
(paſſeres) minuta volatilia celi (nidificabūt)
et q̄ſcent. Myſtice de iſtis. ſ. pane vino ꝛ oleo
id eſt a grā dei educta de t̃ra eccl'ie (ſaturabūt̃
ligna campi). i. reficient̃ plebes hūiles ꝑplo=ꝝ
(et) etiā (cedri libani). i. ſublimes in cādore ſe=
culi ille tn̄ q̄s ipe dn̄s (plantauit) in vnitate ec
cl'iaſtice fidei (illic) ſc; in cedris. i. in potentib;
ſeculi (paſſeres nidificabūt). i. paupes in ſcl'o
q̄ ſua reliquerūt vt nudi ſequerent̃ ieſu;. Nobi
les enī ꝛ diuites hꝰ ſcl'i attendētes res ſuas et
ſupfluas copias ꝑbent illas ſuis dei dāt poſ=
ſeſſiōes edificāt eccias ꝯſtruūt monaſteria col
ligunt̃ paſſeres. i. paupes chriſti q̄ꝝ ꝯuerſatio
in celis eſt vt nidificent in ramis facultatū ce=
droꝝ libani.

**Herodij domus dux eſt eoꝝ montes ex
celſi ceruis: petra refugiū herinatijs.**

Herodij domꝰ). i. nidus. ſ. petra q̄ eſt domꝰ
eius (dux) et refugiū ē (eoꝝ). ſ. paſſeꝝ. ſi forte ce
dri mouent̃ (mōtes excelſi ceruis) ſunt r̄fugiū
et firmamētū (petra) in via ſubt̃ranea eſt (refu
giū erinatijs) i q̄ ſe abſcōdit q: erinaciꝰ ſeu eri
cius ē aīal īfirmū ꝛ pauidū. ſ. paruū ꝛ ſpinoſū.
Myſtice. Et ſi in cedris paſſeres ꝓpter pn̄tem
natiuitatē nidificēt ꝛ poſſeſſiōib; diuitū ſuſten
tent̃ nō tn̄ iō ſpē in eis ponūt ſ; in ſolo chriſto
q: ſi forte cedri irati fuerint ꝛ aliq̄d moleſtie vl'
ſcādali ſuis dei in ramis ſuis cōmouerint vo=
labunt quidē inde paupes ſ; nō ꝑibunt q: nō
ipi cedri ſ; petra chriſtꝰ cuiꝰ paſſionē imitant̃
dux eſt eoꝝ. chriſtꝰ. n. eſt paupi refugiū. Cer=
ui magni ſpiritales ꝛ ſupne ꝯuerſatōis amato
res trāſcēdentes i curſu oīa ſpinoſa ſcl'i teneāt
altos montes alta p̄cepta dei ſublimia cogitēt
teneāt ea q̄ multū eminēt in ſcpturis iuſtificēt̃
in ſūmis. Minutū aīal infirmū ꝛ ſpinoſū eri
cius: ſignificat pctōres. ſpine eī pctā ſignificāt
quib; coopt9 eſt q̄ peccat. Et q: talis nō p̄t te=
nere excelſa illa ꝛ ꝑfctā p̄cepta refugiū eſt ei pe
tra. i. chriſtꝰ q: factꝰ eſt dn̄s refugiū pctōri. Ta
lis petra vbiq; eſt vtilis ꝛ in montib; ꝛ in ꝯual
lib; ꝛ magnis ꝛ ꝑuis beſtijs ꝛ celi volatilib;.

**Fecit lunā i tpe: ſol cognouit occaſu; ſuū.**

Fecit lunā in tpe) vt ꝑ eam diſtinguant̃ tpa
(ſol cognouit occaſū ſuū) q: ita regularit̃ et ordi=
nate vadit ad occaſu; ac ſi haberet intellectū.
Myſtice poſt ordinatōe; p̄latoꝝ et ſubditorū
ſubiūgit de chriſto et eccia. q. d. p̄dicta ordina
uit deus ꝛ ipe (fecit lunā). i. eccl'iā q̄ accipit lu=
men a chriſto ſicut luna a ſole (in tpa) q: h̄ tpa
liter tranſit et creſcit ꝛ decreſcit aliq̄n trāſitura
nec mirū ſi trāſit nam (et ſol). i. chriſtꝰ (cognouit)
et p̄ſciuit (occaſu; ſuū). i. paſſionē ſuā ꝑ ea ſub
eundā. hoc eſt approbauit et placuit ei. Si enī
diſpliceret quō pateret̃. Et bn̄ paſſio occaſui
ſolis compat̃. ſol enī ſic occidit vt oriat̃ ita qui
dormiuit. i. chriſtus adiecit vt reſurgeret.

**Poſuiſti tenebras ꝛ facta eſt nox: in ipa
ꝑtranſibūt oīs beſtie ſilue.**

Poſuiſti tenebras) ꝑ occaſu; ſolis (et facta
eſt nox) in emiſpio nr̄o (in ipa) ſc; nocte (ꝑtrāſi
būt oēs beſtie ſilue) ad q̄rendū alimentū. My
ſtice cū paſſus eſt chriſtꝰ (poſuiſti tenebras). i.
poni ꝑmiſiſti. ita ſepe dr̄ deus facere qꝺ fit de
eius ꝑmiſſiōe. tenebre. n. facte ſunt in apl'is q:
defecit ſpes coꝝ (et fctā eſt nox) infidelitatis in
eis. Uel (poſuiſti tenebras) cū cecitatē i iſrl' fie
ri et iudeos ꝓpter eoꝝ ſupbiā i errore ignorātie
remanere ꝑmiſiſti (et fctā ē nox). i. obſcura mē
tis obſtinatio ꝛ q: nō habuerūt lumē fidei ꝑue
nerūt ad noctē pctī vt ieſu; dolo tenerēt et oc=
ciderēt (in ipa) ſc; nocte erroris (ꝑtrāſibūt oēs
beſtie ſilue) ſc; demōes ad capiendū aīas. q̄s
aūt generaliter dixerat beſtias. deinde in catu
los diuidit et leones.

**Catuli leonu; rugientes vt rapiant: et
querant a deo eſcā ſibi.**

Catuli leonū) nō ſolū leones ꝑtrāſibūt (ru=
gientes). i. fremētes ꝛ cū rugitu anhelantes (vt
rapiant) p̄dam aliquā (et q̄rant a deo) cuiꝰ eſt
oīb; ꝓuidere (eſcā ſibi) neceſſariā. Myſtice leo

nes ſunt ꝑncipes demonioꝝ ⁊ catuli ſunt mi-
nora demonia. ſunt eni magni demones ⁊ mi
nores q̄ qn̄ nobis occūbit ſol iuſticie cum ru-
gitu circueūt vt ſeductionibꝫ aīas rapiāt ⁊ eſcā
habeāt qꝛ paſcunt̄ erroribꝫ hoīm q̄ꝛ pctā ſunt
eſca ipoꝝ. Querere aūt a deo eſcā ſibi dicti ſūt
qꝛ nec tentare queq̄ꝫ niſi deo ꝑmittēte pn̄t dat̄
ꝟo ptās aut ad dānandos īpios aut ad ꝓban
dos pios. Nulla eſt q̄ppe ptās in hoīe vel dia-
bolo niſi deſup det̄ a dn̄o. Iſta ḡ faciūt in no-
cte ⁊ in tenebris. Nam.

**Ortus eſt ſol et ꝯgregati ſunt: et in cu-
bilibꝫ ſuis collocabunt̄.**

Ortus eſt ſol) ſup terrā (et) oriēte ſole ſtatim
(ꝯgregati ſunt) ceſſantes ⁊ deſiſtentes q̄rere ꝑ
dam (et in cubilibꝫ ſuis collocabunt̄). ſ. vt q̄e-
ſcant impetꝰ nō faciēdo. Myſtice hoc faciūt
in nocte vbi nō coḡſcit̄ chriſtꝰ nam quibꝫ ortꝰ
eſt ſol. i. cognitꝰ eſt chriſtꝰ nō hos audent inua
dere qꝛ vidēt eos ſignū thau. i. crucis hr̄e. Ma
gis magiſq̄ꝫ vbiq̄ꝫ orit̄ ſol iſte vt clarificet̄ chri
ſtus ī toto orbe ⁊ ꝯgregant̄ leones ⁊ catuli coꝝ
recedētes a pſecutōe eccl'ie et collocant̄ in cubi
libꝫ ſuis. i. ꝑmanent in cordibꝫ infideliū ⁊ ꝑti-
naciū ne iam faciant in ſctōs impetū. Sic ḡ
chriſto in aliq̄ occidente ꝑ pctm̄ vigent mala ⁊
eodē reſurgente ꝑ gr̄am fugiūt ipa. Et tunc in
ortu ſolis.

**Exibit homo ad opus ſuū: et ad opatō
nem ſuā vſq̄ꝫ ad veſperā.**

Exibit homo) de q̄ete ⁊ ocio (ad opus ſuū)
faciendū (⁊ ad opatōꝫ ſuā) ꝯtinuandā (vſq̄ꝫ ad
veſperā) et tenebras. qn̄ iterū ceſſabit figurate
orto ſole gr̄e ⁊ iuſticie icipiet hō bn̄ opari et cō
tinuabit pſeuerando vſq̄ꝫ ad veſperā. i. vſq̄ꝫ ad
finē ſeculi qꝛ iaꝫ licet in ſecuritate pacis bona
opari ſꝫ ꝯtenebratio ⁊ grauis impetꝰ erit in fi-
ne mūdi. Exeant ḡ iam ſcti viri ꝑ terras ad ꝑ-
dicandū verbū. faciant opus ſuū impleāt mi-
niſteriū iniunctū. Exeat etiā hō q̄libet ad opa
tionē ſuā opet̄ bona ſua opa vſq̄ꝫ ad veſpeꝝ. i.
vſq̄ꝫ ad ꝯſumatōeꝫ vel vſq̄ꝫ ad finē. Oꝑtet eni
nos omni tp̄e opari iuſticiā ⁊ pſeuerare qꝛ fi-
nis nō pugna coronat his oībꝫ inſpectis ꝓpha
et oīs hō credēs exultat ⁊ admirādo exclamat
Qꝛ hec predicta feciſti ergo.

**Q̄ magnificata ſunt opa tua dn̄e: oīa
in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſ
ſeſſione tua.**

Q̄ magnificata). i. magna ⁊ multa (ſunt) q̄
explicari nō pn̄t: humanū ſenſuꝫ excedūt (opa
tua) o (dn̄e) ad literā oīs creatura a te fctā l' opa
myſtica. ſ. creatōis ⁊ recreatōis q̄ regit q̄ ꝯſer
uat, q̄ expectat alios ad pn̄iam alios reliq̄t. q̄
punit reprobos q̄ remunerat electos (oīa ī ſa-
pientia feciſti). i. in chriſto. ipe eſt eni dei virtꝰ
et dei ſapīa ꝑ quē ad literā deus pr̄ q̄cq̄d ī t̄ra
in mari ⁊ in celo eſt creauit. vl' myſtice accipit̄
de noua creatura quā a veteri hoīe chriſtꝰ eru
it ⁊ liberauit ⁊ qꝛ multa ſunt (impleta eſt terra
poſſeſſiōe tua). i. multis bonis corꝑalibꝫ ⁊ ſpi-
ritualibꝫ q̄ ſunt poſſeſſio tua qꝛ ad litterā ple-
na eſt terra creaturis ſuis q̄s creauit ⁊ in ptāte
habet. Vel myſtice terra. i. eccl'ia plena eſt fide
libꝫ ſuis. Ecce in ꝑmo magna dei potentia. in
ſcd̄o magna eiꝰ ſapīa. in tercio magna eiꝰ clemētia.

**Hoc mare magnū et ſpacioſuꝫ manibꝫ:
illic reptilia quoꝝ nō eſt numerus.**

Hoc mare) ſilr̄ impletū eſt tua poſſeſſione
et creaturis magnū ꝓfunditate (et ſpacioſuꝫ)
latitudine (manibꝫ). i. locis. et dicit manibꝫ eo
q̄ q̄ſi expanſas manꝰ habeat ⁊ in ſe cūcta ſu-
ſcipiat (⁊ illic). ſ. in mari ſunt (reptilia) ⁊ piſces
diuerſoꝝ generꝝ (quoꝝ nō eſt numerꝰ) noticia
hūana. Vl' myſtice dicit quō eccl'iā ꝑ mare ſe
culi ad litus pr̄ie traducit. Impleta q̄dē eſt ter
ra ſed nōdum ſumus in terra viuentiū vbi eſt
portio nr̄a immo mare. i. ſeculū adhuc eſt trā
ſeundū (hoc) aūt (mare magnū eſt) et (ſpacio-
ſum manibꝫ) exercendis qꝛ multa in hoc mū
do ad opandū inuenimꝰ ſed (illic) in illo mari
ſunt reptilia quoꝝ nō eſt numerꝰ). i. mali ſpūs
quoꝝ innumere inſidie in hoc ſeculo repūt et
incautos repente occupāt. Et in h̄ mari ſūt.

**Animalia puſilla cum magnis illic na-
ues ꝑtranſibunt.**

Animalia puſilla cum magnis) ſcꝫ piſces
parui ⁊ magni. Nec ſolū hoc mare eſt ad vſuꝫ
piſciū ⁊ reptiliū ſed etiā ad vſum hoīm naui-
gantiū. Vn̄ dicit (illic). ſ. in mari (naues ꝑtrā-
ſibūt) ad deducendū hoīes ⁊ bona coꝝ. My-
ſtice adhuc ī his amaris aq̄s ſunt infideles pu
ſilli ⁊ magni. Multi eni puſilli. multi ꝑmates
ſeculi nōdum crediderūt ſed odiunt eccl'iaꝫ et
ꝑmunt. Sꝫ noli timere qꝛ licet in mari ſint tot
ꝑicula (tn̄ illic naues). i. eccl'ie (ꝑtranſibūt) ſe-
cure inter inſidias et ꝓcellas tentationū inter
aīalia puſilla ⁊ magna. nauis ſiue diminutiue
ꝓpter humilitatē nauicula eſt ſctā eccl'ia q̄ flu-
ctibꝫ tentationū ⁊ tēpeſtatibꝫ tribulationū tun
ditur ⁊ quatit̄ ſed nō ſubmergit̄ habꝫ ꝓ malo
crucē. ꝓ velo fidē. ꝓ anchora pacientiā. ꝓ gu-
bernatore chriſtuꝫ. Non ḡ naues timeant nō
valde attendant vbi natent ſed a quo gubernē
tur venient ad debitū finē ꝑducent̄ ad quietē.
Et pr̄ hec aīalia eſt etiā ī mari qd̄ ſupat oīa. ſ.

**Draco iſte quē formaſti ad illudendū ei: omnia a te expectant vt des illis eſcā in tpe.**

Draco iſte).i.cetus cuius magnitudo exce=
dit magnitudinē alioꝝ aialiū terreſtriū et ma=
rinoꝝ (quē formaſti) o deus (ad illudendū ei)
cum enī cetus vult capere piſces ꝑ cibatōe: il=
li inſtinctu naturali fugiūt verſus ripā vbi na
tare non pōt ꝓpter aque paruitatē ⁊ ideo cetus
eos inſequens impingit in terrā et ibi a piſca=
toribꝫ occidit̄ ⁊ ſic illuſus a ſua ſpe fruſtrat̄ (o=
mnia) ſcꝫ viuentia ſuꝑ terrā ⁊ in aquis (a te ex
pectant) naturalr̄ (vt des illis eſcā) ꝑ nature
ſuſtentatōe (in tpe) ſcꝫ oportuno. Sicut enim
aialia creata ſunt a deo. Ita ex creaturiſ dei re
ficiunt̄. Myſtice draco iſte eſt inimicus eccl'ie
qui alibi dicit̄ lucifer alibi leuithan quem for
mauit deus ſm ſubam ⁊ in celo locauit ſed vi=
cio ſuo inde cadens ad hoc factus eſt hic vt il
ludat̄ ei: ab angelis qñ nobis ſuggerūt bona
et reuocāt a malis ⁊ a ſanctis ſcꝫ tentationū et
tribulationū victoribꝫ. Illude ḡ draconi non
cōſentiendo praue eius ſuggeſtioni ſic enī illu
ditur ei. Iſte quidē draco manducare vult ſed
nō manducat quem vult. nam omnia: ⁊ tenta
toreſ ⁊ tentati eſcam a deo expectant ipi draco
ni dictū eſt terrā comedes omibꝫ diebꝫ vite tue
Cibꝫ ergo huius draconis eſt terra.i.terreni et
pctōres. Cibꝫ eius eſſe nō vis nolli eſſe terra.i.
noli amare terrena. Cibus aūt iuſti eſt verbū
dei. Si ḡ bñ viꝫeris cibū chriſti habebis ſiue
ro a chriſto receſſeris cibus draconis eris.

**Dante te illis colligēt apiente te manū tuā omnia implebunt̄ bonitate.**

Dante te).i.cum dederis (illis) ſcꝫ eſcā (col=
ligent) eā (apiente te manū tuā).i. largiter te tri
buente ſicut homo largus dicit̄ manū apertā
habere (omnia implebunt̄ bonitate).i.reficiē
tur ex bonitate largitatis tue. Myſtice (dante
te illis) ſcꝫ demonibꝫ cibum ſuuꝫ et ꝑmittente
vt accipiāt colligent eum: ante nō pñt collige=
re nec tentare. dat eis deus cibū qñ vult et quē
vult q: neminē ſibi incorporare pñt niſi dñs
ꝑmittat. ſequit̄ de cibo noſtro q: (aperiente te
manū tuam) et ꝑtātem qua abunde reples ꝗs
vis ⁊ plenitter te impendēte munificentiā (oīa)
que implenda ſunt (implebuntur bonitate) et
gratiaꝝ largitōne q: a te habet homo quicꝗd
boni habet. Et ecōtrario

**Auertente aūt te faciem turbabunt̄: auferes ſpiritū eoꝝ et deficient: et in puluerem ſuū reuertentur.**

Auertente aūt te facieꝫ).i.ſi illa neglexeris
quaſi nō curando de eis (turbabuntur) ſcꝫ fa=
me et defectu nature immo ꝑ iſtū modū (aufe
res ſpm̄ eoꝝ) quo viuificantur (et deficiēt) ru
endo in mortē (et in puluerē ſuum).i.in mate=
riam ſue prime originis (reuertentur) ꝑ putre=
factionem. Myſtice q: multi impleti bonita=
te dei ſibi tribuerunt inani gloria elati volens
deus eis ꝓbare ꝙ nō a ſe ſed ab ipo habent vt
cum bonitate habeant ⁊ hūilitatem aliqñ eos
ꝑturbat auertendo ab eis faciem.i.ſubtrahen
do beniuolentiā ⁊ cadūt in tentationē variam
et ita oñdit illis q: ꝙ iuſti erant ⁊ recte ambu=
labant ipo regente fiebat. vtiliter ergo turban
tur: turba enī tribulatōis remouet ſpm̄ elatōis
vnde ſequitur (auferes ſpm̄ eoꝝ) ſcꝫ ſuperbie
quo inflantur (et) eo amiſſo (deficient) in ſe vt
ꝓficiant in te.i.de ſe ipis nō ꝓſument (et) ſic de
peccatis penitentes (in puluerē ſuum) ſcꝫ hūi
litatis (reuertentur) recognoſcentes ſe eſſe pul
uerem et cinerem.

**Emitte ſpm̄ tuū et creabuntur: et renouabis faciem terre:**

Emittes ſpm̄ tuū).i.dabis tue voluntatis
impium ⁊ effectū et que mortua ſunt (creabū=
tur).i.de nouo formabunt̄ ſcꝫ in eadem ſpecie
ſm curſum nature (et renouabis faciē terre).i.
ſtatum terrenoꝝ ⁊ mortaliū in aialibꝫ volatili
bus ⁊ alijs ꝑ ſubtractioneꝫ cure tue perditus.
Myſtice ablato ſpū eoꝝ quo inflantur ⁊ cor=
rumpūtur (Emittes ſpm̄ tuū) ſanctū qui creat
nouos et eo miſſo (creabuntur).i. recreabunt̄
et reformabuntur. ſed quia eſt nouitas ſtatus
hoīs ideo dicit̄ creabunt̄ ſcꝫ in opibꝫ bonis et
ad iuſticiā. a ſpiritu enī eius accepimus grām
vt iuſte viuamus quia ipe eſt qui iuſtificat im
pium (et renouabis faciē terre).i.terrenoꝝ vt
habeant faciē cunctis in hieruſalē cum ante ꝑ
diuerſis generibꝫ peccatoꝝ haberēt diuerſas
facies animalium: hoc eſt nouos hoīes facies
ſpū mentis ſue renouatos cōfitentes ꝙ nō a ſe
ſꝫ a te ſunt iuſtificati et boni vt gratia dei ſit in
illis. Facies quippe terre renouatur cum ani=
ma peccatoris ad iuſticiaꝫ dei reformatur. Et
q: a deo ſunt omnia bona ergo.

**Sit gloria dñi in ſeculum: letabitur dominus in operibꝫ ſuis.**

Sit) et duret (gloria dñi).i.glorifecet̄ dñs ꝑ
tam multis et magnis beneficijs et nō ad tps
ſed (in ſeculū).i.abſq; termino ⁊ ineternū (et le
tabit̄ dñs in opibꝫ ſuis).i.in creaturis ad ſuaꝫ
gloriā ordinatis. Uel (ſit gloria dñi) non nr̄a
(in ſeculū).i. ſemꝑ vt ꝗ gloriat̄ in dño gloriet̄
et dicat non nobis dñe nō nobis ſed nomini

tuo da gloꝛiā. bona etenim vita noſtra nō vir-
tus noſtra eſt ſed ipſius gloria qui operatᷣ ⁊ vel
le et pficere in nobis et ſic (letabitᷣ dñs in opi-
bus ſuis) que in nobis facit nō in noſtris qua
ſi noſtris qꝛ opa noſtra ſi mala ſunt p iniqui-
tatem noſtrā mala ſunt. ſi bona ſunt p gratiaꝫ
dei ſunt bona. letatᷣ autē dñs de nobis cum be
neviuimus ⁊ gaudet eternus paſtoꝛ ſi ouē ſuā
inuenit quam pdidit. letatᷣ etiā dñs in operibꝫ
ſuis qꝛ placent dño qui ſunt creati p euꝫ in no
uitate vite.

**Qui reſpicit terrā et facit eam tremere qui tangit montes et fumigant.**

Qui reſpicit terrā ⁊ facit eam tremere) vt pa
tet ſepe factū in terre motu, pcedente ex diuina
oꝛdinatōe (qui tangit montes) altos tactu ful
guris (et fumigāt). i. fumū emittūt ex illo igne
fulgureo hoc factū eſt cuꝫ deſcenderet dñs in
montē ſynai ad danduꝫ legē et adhuc ſepe fit
ad incutiendū nobis timoꝛē. Myſtice ſubdit
de operibꝫ ſuis qualiter illa faciat. d. (Qui re-
ſpicit) miſcōia ſua (terraꝫ) humani coꝛdis a ſe
auerſam que ſpinas pctōꝝ germinabat vel ſi
bi vires bonitatis et opulentie ſue tribuebat (⁊
facit eam tremere) et timere de peccati ꝯſcien-
tia. nam tunc ibi requeſcit deus. ſic reſpexit dñs
petrū ⁊ fleuit amare. Melioꝛ eſt tremoꝛ humi
litatis ꝙ̄ ꝯfidentia elatōnis (qui tangit) com-
punctōne ⁊ inſpiratōe vel aduerſitate (mōtes)
id eſt ſupbos ⁊ ſe iactantes (et) tacti (fumigāt)
id eſt ploꝛant, p peccatis vt ponatᷣ nomen cau
ſe, p effectu fumus eni lachꝛymas excitat. Vl'
(fumigant). i. incenſuꝫ oꝛationū ſurſuꝫ ad deū
mittunt. Tundit pctōꝛ pectus ſuū. fundit la-
chꝛymoſam oꝛationē et ſic fumigat ſacrificiū
coꝛdis lachꝛymaꝝ et precū ad deuꝫ. his pdi-
ctis que fecit dñs inſpectis.

**Cantabo dño in vita mea: pſallam deo meo ꝙ̄diu ſum.**

Cantabo dño). i. laudabo dñm ⁊ ei leto ani
mo gratias referaꝫ nō in lingua tm̄ ſed (in vi-
ta mea). i. ex iuſticia ⁊ operibꝫ vite mee ideo ſe-
quitur (pſallā) bene opando (deo meo) id eſt ad
honoꝛē dei mei (ꝙ̄diu ſum). i. in bono opere p
ſeuerando. pſallere ad bonā operationē perti-
net ꝙ̄diu ſum ad boni operis pſeuerantiā. nō
enim qui cepit ſed qui pſeuerauerit vſqꝫ in fi-
nem hic ſaluus erit. Vl' (cantabo dño in vita
mea) preſenti ⁊ futura (et pſallā deo meo ꝙ̄diu
ſum). i. ſine fine qꝛ in illo ſine fine ſum quem
ſemp amabimꝰ ſemp laudabimꝰ. Non enim
erit alius actus illius vite ꝙ̄ pſallere ſine faſti
dio et ſine fine. vnde rogo vt.

**Iocundū ſit ei eloquiū meū: ego vero delectaboꝛ in dño.**

Iocundū ſit ei) id eſt coꝛā eo ſuaue et placi-
tum (eloquiū meū) in ꝯfeſſione laudis ⁊ pctō-
rum. oībꝫ modis optandū ⁊ ſtudendū eſt no-
bis vt eloquiū noſtrū deo ſit iocundū felix eſt
anima cuius eloquio delectatᷣ deus. Non eni
in illis delectatus eſt de quibꝫ ait pplus hic la-
bijs me honoꝛat coꝛ autē eoꝛuꝫ longe eſt a me
ppterea hec ſancta anima ſubdit (ego vero de-
lectaboꝛ in dño) tanquaꝫ in ſummo bono ⁊ in
nullo alio. Ecce bona cōmutatio ſuauis eſt ti
bi ipſius gratia ſicut ei tuū eloquiū. Nam ſi tu
in dño delectaris ipſe delectatᷣ in te. Si iocun-
da ſunt tibi eloquia eius. Iocunda ſunt ei elo
quia tua. Ego inqꝫ delectaboꝛ in dño ⁊ exem-
plo meo, puocati.

**Deficiāt pctōꝛes a terra et iniqui ita vt nō ſint: benedic anima mea dño.**

Deficiāt pctōꝛes) qui ſcꝫ in ſe peccant (a ter
ra) id eſt a terrenis operibꝫ ⁊ peccatis deficiāt
a ſuo ſpiritu et ab eo quod terra ſunt ⁊ terram
amant ne iam ſint qđ prius erant (et iniqui) q̄
peccant in pximos ſcꝫ deficiāt (ita vt nō ſint)
iniqui ſed iuſti vt deſinant eſſe qđ erant et inci
piant eſſe quod nō erant. Iuxta qđ dicitᷣ verte
impios et nō erunt vidit hoc iſte ſcꝫ ꝙ pctōꝛes
et iniq̄ deficiant ⁊ impletus gaudio iterat pn-
cipiuꝫ dicens (benedic anima mea dño) ſcꝫ p
omnibꝫ eius beneficijs p hoc innuēs ꝙ finis
bonoꝝ ſimilis eſt principio ⁊ ꝙ laus dei ſem-
per durare debet. Iterū animā ſuā ad benedi
cendū dño, p tantis eius beneficijs inuitat qꝛ
enim dño, p tantis eius bonis digna retribue
re nō poſſumꝰ ſaltem, p modulo noſtro laudeſ
referre debemus. Oratio.

¶ Inclite omnipotens deus qui fructu locu-
plete terrā aridā ſatiaſti da nobis ſpūali men-
te aſcenſum tue glorie cōtueri vt dum te in ce-
lis ſuſpicimꝰ illa ſemp que ſunt celeſtia medi-
temur. Per dñm.

¶ **Incitatio ad dei laudē p beneficijs et mirabilibꝫ diuinis pplo iſrl'i tempoꝛibꝫ diuerſoꝝ patrū antiquoꝝ exhibitis.**

ps. Ciiij.

**Confitemini do-**
mino ⁊ inuocate nomen eius: an-
nunciate inter gentes opa eius.

Auctoꝛ pſalmi, pheta dauid. Titulus au-
tem eius eſt all'a ⁊ eſt primus pſalmꝰ in eis ſcꝫ
viginti quibus all'a prenotatᷣ in quibꝫ omnibꝫ
magnalia dei cum exultatōne dicuntᷣ. Cuius

verbi vel potius verboꝝ interpꝛetatio eſt lau=
date dominū allelu laudate ia nomen dei in=
uiſibilis quod ei tantū ꝯuenit ꝛ ideo inde pſal
mus incipit hic pꝛimū angelicū verbū.ſ.all'a
poſitum inuenit nec ante a quoquā ſcriptoꝝ
poſitū eſt quod nulla lingua mutare pꝛeſum=
pſit. Materia recitatio beneficioꝝ dei popu=
lo iſraeli tempoꝛibꝫ quinqꝫ patrū exhibitoꝝ.
Intentio monere fideles ex cōſideratōne ho=
rum beneficioꝝ deū ſemper timere amare et
laudare. Sententia in generali ꝓpheta qui ſu=
pꝛa ſuo exemplo monuit om̄es ad laudandū
deum nunc in iſto pſalmo directo ſermone ex
citat et inuitat ſpecialiter electos ex iſrael ad
laudē diuinā ex cōſideratōe et recoꝛdatōne be
neficioꝝ ꝛ mirabiliū diuinoꝝ tempe abꝛahe
iſaac ꝛ iacob moiſi ꝛ ioſue exhibitoꝝ. Hec au
tem ſunt terre chanaan ꝓmiſſio. cōtra hoſtes
foꝛtis pꝛotectio ipſus ꝓpl'i iſrael in terra egypti
multiplicatio. a ſeruitute egyptiaca liberatio. in
deſerto ſuſtentatio. in terrā ꝓmiſſam cum gau
dio introductio. Sententia in ſpeciali ꝓpheta
ergo a laude incipiens quam titulus pꝛenotat
ait. (Confitemini dn̄o) ꝯfeſſione laudis id eſt
laudate dominū ꝓ beneficijs ab eo acceptis ꝛ
ſic poſt confeſſionē (inuocate nomen eius) id
eſt rem nominis eius crebꝛis oꝛatōibꝫ ꝓ alijs
obtinendis dn̄s eſt nomen illi ꝛ ideo ſic inuo=
cate vt vos ſuos faciatis. Congruus oꝛdo vt
pꝛius ſit laus poſt inuocatio qꝛ laudans au=
ditur. Exaudit quippe dn̄s inuocantē quem
videt laudantē. laudantē autē videt quem pꝛo
bat amantē nō eſt eñi ſpecioſa laus in oꝛe pec
catoꝛis et ne laus maneat ſolū in vobis ꝛ ſalu
tem veſtrā tm̄ queratis (annunciate inter gen=
tes) qꝛ amoꝛ dn̄i in paſcendis eius ouibꝫ ma=
xime oſtendit (opera eius) ſue pꝛātis ꝛ bonita
tis declaratiua ſcꝫ creatōnis recreatōis vltio=
nis retributōnis.

Cantate ꝛ pſallite ei: narrate omnia mi
rabilia eius laudamini in nomīe ſancto
eius.

Cantate ei) voce ꝛ coꝛde (et pſallite ei) in o=
peratione id eſt et verbo et opere laudate. Oꝛe
quippe cantat pſalterio autē manibꝫ pſallit (et
ſic narrate omnia mirabilia eius vobis cogni
ta ꝛ manifeſta (ꝛ laudamini in nomine ſancto
eius) id eſt bene operamini ex intentione glo=
rie diuine nō ꝓpꝛie ſic vt de illis operibꝫ laude
mini in noīe dn̄i ad cuiꝰ honoꝛē ſunt facta vt
de bono ope homo nō in ſe tanquā in virtute
ſua ſed in dn̄o a quo habꝫ gloꝛiet. Non enim
vetat laudari bonos ſed nō niſi in dn̄o qui bo
nos facit cui omne bonū debet aſcribere et in
omnibꝫ eius gloꝛiā querere luceant opera eo=
rum coꝛam hominibꝫ nō eo fine vt ipſi videan
tur ab eis ſed vt videntes opera bona gloꝛifi=
cent patrem qui in celis eſt hoc eſt laudari in
nomine ſancto eius.

Letetur coꝛ querentiū dn̄m: querite do
minū et cōfirmamini: querite faciē eius
ſemper.

Letet coꝛ) et ſi nō coꝛpus (querentiū dn̄m)
id eſt letanter ꝛ iocunde querat ꝛ amoꝛe magiſ
qꝫ timoꝛe ei ſeruiat. Sic enim dn̄s querit cuꝫ
ſpiritualiter coꝛ in dn̄o letat. Non enim que=
ritur paſſibꝫ coꝛpis ſed affectu coꝛdis. Et quā
to plus in eo gaudes tanto verius eum queris
(q̄rite) deſiderando ꝛ bene operando (dn̄m) in
pꝛemiū nō aliquid pꝛeter ipm̄ (ꝛ ꝯfirmamini)
in inquiſitōe nec ceſſetis neqꝫ puſillanimes
ſitis ꝓ tentatōne qꝛ eſtis certi de inuentōe foꝛ=
ti enim ꝛ firmo animo opus eſt in ſeruitute dei
qꝛ vt dicit Hieroꝰ. maxima pars chꝛiſtiane re
ligionis conſtat in animo (querite faciē) id eſt
pꝛeſentiā (eius ſemper) et ſine intermiſſione in
hac vita quomodo eam videre poſſitis in alia
Que et ſi iam per fidem inueniat tamen adhuc
ſemper querenda eſt vt poſt per ſpeciem ha=
beatur.

Mementote mirabiliū eius que fecit: ꝓ
digia eius et iudicia oꝛis eius.

Mementote mirabiliū eius que fecit) no=
biſcum ꝛ cum patribꝫ noſtris multipliciter be
nefaciendo eis ꝛ mementote (ꝓdigia eius) pꝛo
cul dicentia aliquid aliud venturū maioꝛa ſcꝫ
miracula quibus aliquid futurū ſignificabat
(et iudicia oꝛis eius (iuſta ꝛ recta que loquen=
do ad moiſen fieri indicauit ꝛ per eum in lege
mandauit. Et ſubiungit quibꝫ hoc dicit.

Semen abꝛaham ſerui eius: filij iacob
electi eius.

Semen abꝛahā) id eſt vos qui eſtis ſemen
abꝛahe ſm fidem et eius fidē imitaturi debe=
tis iſta memoꝛari. abꝛahe inquā ſpecialis (ſer=
ui eius) ſcꝫ dn̄i et qui eſtis (filij iacob). i. imita
toꝛes luctando cōtra vicia ꝛ ſupplantando ea
ſiliter debetis iſta memoꝛari. iacob dico (ele=
cti eius) ſcꝫ dn̄i quem elegit in figura repꝛoba
to eſau ꝓmogenita. Et debetis memoꝛari qꝛ.

Ipſe dn̄s deus noſter: in vniuerſa terra
iudicia eius.

Ipſe) idem (dn̄s deus noſter) ſcꝫ eſt ꝑ verū
cultuꝫ ꝛ fidem qui fecit hec mirabilia et etiam
qꝛ (in vniuerſa terra) nō tm̄ in iudea ſunt (iudi

cia) et precepta (eius) iuſta et recta q: in omni terra eſt gloria eius vbiq; predicantur iudicia eius. q. d. nō putetis filios abrahe ⁊ iacob tm̄ eſſe in vna gente ſm̄ carnem q: vbiq; ſunt fideles quibꝫ iudicia ſua manifeſtat. Ideo etiaꝫ debetis eſſe memores q:.

**Memor fuit in ſeculū teſtamēti ſui: verbi qđ mandauit in mille generatōes.**

Memor fuit teſtamenti ſui, ſcꝫ noui (in ſeculum) id eſt ineternū duraturi implendo ꝓmiſſa in eo. Deinde vt determinet cuius teſtamenti ſubdit (verbi qđ mandauit in mille generationes) manſurū id eſt in omnes quibꝫ ex fide eſt viuendū mille enim ꝓpter numeri ꝑfectionem ꝓ omnibꝫ accipit. quādiu enim generatio generatōni ſuccedit tamdiu mandatū eſt viuere ex fide hoc eſt verbū fidei quod predicamus vt iuſtus ex fide viuat ⁊ huic fidei hereditas eterna in nouo teſtamento ꝓmittit.

**Quod diſpoſuit ad abrahā: et iuramenti ſui ad iſaac.**

Quod diſpoſuit ad abrahā) et pepigit cum eo ſibi ꝓmittendo dicens in ſemine tuo benedicent omnes gentes. Non q abrahaꝫ teſtamentuꝫ nouū legerit. ſed q: ipſe fidem vnde eſt nouum teſtamentū diſponente dño habuit. et memor fuit (iuramenti ſui) quod diſpoſuit vel ꝑtinentis (ad iſaac) de quo dixit abrahe in iſaac vocabit tibi ſemen. Iuramentū firmā dicit ꝓmiſſionē tanquā iuramento firmatā.

**Et ſtatuit illud iacob in preceptū: ⁊ iſrl' in teſtamentū eternū.**

Et ſtatuit). i. firmauit (illud) ſcꝫ teſtamentū et verbum fidei ipi (iacob) adhuc luctanti (in preceptū) precipiendo ei vt firmiter crederet illud implenduꝫ (et iſrael) id eſt ipſi iacob iam iſrael facto (in teſtamentū) id eſt ꝓmiſſum (eternum) et eternaliter manſurū id eſt q ex ipo verbo ⁊ precepto impleto daturus eſſet aliud eternum. Ecce illud verbū ⁊ in p̄cepto eſt quo ad opus et in ꝓmiſſo quo ad mercedē.

**Dicens tibi dabo terrā chanaan: funiculum hereditatis veſtre.**

Dicens tibi) o abrahā iſaac ⁊ iacob (dabo terrā chanaan) ſcꝫ ꝓmiſſionis id eſt quod per eam ſignificat ſcꝫ eternaꝫ hereditatē et hoc ſic ſcꝫ (funiculū) id eſt menſurā diuiſionis cuilibet competentē (hereditatis veſtre) id eſt iure hereditario poſſidendā hoc aliquid eternū ſignificat ſcꝫ terram viuentiū que electis ſcđm exigentiā diuerſoꝝ meritoꝝ ꝑ diuerſas manſiones in hereditatē diſtribuit. dedit enim eis terraꝫ ꝓmiſſionis in figura eterne hereditatis et ſicut funiculo diſtributa eſt terra ꝓmiſſionis in diuerſas ꝑtes ita in domo celeſti diuerſe ſunt manſiōes. Congrue autē hereditas celeſtis dicit terra chanaan. interpretat enī chanaan humilis q: in eam nemo intrat niſi humilis. deinde exequit hiſtoriā veritate notiſſimam. q. d. hoc ꝓmiſit deus.

**Cum eſſent numero breui: pauciſſimi et incole eius.**

Cum) adhuc (eſſent) ſcꝫ abrahā iſaac et iacob (numero breui) et paruo antequaꝫ in egypto multiplicarent (pauciſſimi) ad inhabitandum terrā illam (et incole) id eſt aduene ⁊ peregrini (eius) ſcꝫ terre chanaan terre aliene. quādo enim ibi patres habitauerūt abrahā iſaac et iacob antequā eam in hereditatē acciperent in ſemine ſuo pauciſſimi erant ac inquilini et incole eius nō dñi ⁊ indigine.

**Et ꝑtranſierūt de gente in gentem: ⁊ de regno ad ppl'm alterū.**

Et ꝑtranſierūt) inde diſpoſitōe dei (de gente) in cuius terra habitabāt ſcꝫ chanaan (in gētem) alterā ſcꝫ egyptiā ⁊ repetit dicens (et de regno) vno ſcꝫ terre ꝓmiſſionis que dicit regnuꝫ non quod tunc eſſet ſed qđ futurū eſſet ibi regnum iſrael (ad ppl'm alterū) id eſt alterius regni ſcꝫ egyptiū. hoc autē facere vl' in hoc ꝑducere nō ſuis viribꝫ potuerūt. Sed deus.

**Non reliquit hominē nocere eis: ⁊ corripuit ꝓ eis reges.**

Non reliquit). i. nō ꝑmiſit (hominē nocere eis) ſcꝫ ꝑtriarchis notabili nocumēto (et corripuit) ꝑ internā inſpirationē occulte vel ꝑ angelum expreſſe vl' ꝑ exteriorē afflictionē (ꝓ eis reges) volentes eis iniuriari vt regē egypti ne noceret abrahe. ⁊ regē gerare ne noceret iſaac. et alios ne nocerent iacob dicens eis ꝑ talem correptionē monendo.

**Nolite tangere chriſtos meos: et in ꝓphetis meis nolite malignari.**

Nolite tangere) exteriori iniuria (chriſtos meos). i. vnctos meos vnctōe ſpūali ſcꝫ gratia ſpeciali. Et bñ dicit chriſtos q: iam tunc chriſtiani erant ⁊ ſi latenter. Vñ in euāge. abrahā exultauit vt videret diem meū vidit ⁊ gauiſus eſt. Nullus enim preter hanc fidē vel ante incarnationē vel poſt deo reconciliatꝰ eſt. vnus enim mediator dei ⁊ hoīm homo chriſtꝰ ieſus (et in ꝓphetis meis). i. cōtra ꝓphās meos (nolite malignari). i. interiori affectu iniuriari q̄ ⁊ ſi nō ſcripſerūt futura cum ꝓuiderūt ⁊ factis ꝓ-

ꝓhetiſauerūt ⁊ licet occulti⁹ tñ dñm ꝓnuncia-
uerūt. Deinde narrat quō factū ſit vt trāſiret. d.

**Et vocauit famem ſup terraȝ: et omne frumentū panis cōtriuit.**

Et vocauit) deus (famē ſup terrā). i. dixit vt
fames eſſet ⁊ iuſſit eſſe in actu q̄ iam erat in di-
ſpoſitione ⁊ eam ac ſi vocaret venire fecit. Et
quomodo vocauerit famē exponit. d. (et). i. qꝛ
(omne frumentū panis) q̄ ꝯfirmat cor hoīs. i.
omnē virtutē ⁊ fortitudinē ſuſtentatōis (ꝯtri-
uit). i. ꝯſūpſit ⁊ annihilauit ⁊ ꝓpter h̄ trāſiert.

**Miſit ante eos virū: in ſeruū venundatus eſt ioſeph.**

Miſit). i. mitti ꝓordinauit (ante eos). i. ante
iacob ⁊ filios eius (virū) ſcȝ ioſeph a virilitate
ſic dictū qui venditus a fratrib⁹ iuit in egyptū
preparare patri ⁊ fratrib⁹ ſuis hoſpiciū ⁊ alimē-
tum vide quō deus vtitur bene ⁊ in bonū ma
lis operib⁹ hoīm ſicut ⁊ illi male vtunt̄ bonis
opib⁹ dei. Et ſubdit quē ⁊ quō miſit. d. (in ſuū
venūdat⁹ eſt ioſeph) iſmaelitis p̄mo a fratrib⁹
ſuis poſtea principi egypti ab iſmaelitis.

**Humiliauerūt in cōpedib⁹ pedes eius: ferrū ꝑtranſijt animā eius donec veniret verbū eius.**

Humiliauerūt) egyptij (in compedib⁹). i. in
vinculis (pedes eius) qꝛ ad falſam accuſatōeȝ
dñe ſue fuit in carcere religat⁹ ⁊ p̄ter mala cor-
poris (ferrū). i. tribulatio dure neceſſitatis (per
tranſijt animā eius) vt ⁊ de maria dicit̄ qꝛ cō-
pedib⁹ ferreis nō ſoluȝ fuit afflict⁹ in corꝑe ſȝ
etiam in mente ita vt etiā timor mortis eum in
uaderet. Et in hac tribulatōe fuit ioſeph (do-
nec veniret verbū eius). i. compleret̄ ⁊ verifi-
caretur in euentu interpretatio ſomnioꝝ. Sȝ
nō fuit ab eo illud verbū qꝛ.

**Eloquiū dñi inflāmauit eū: miſit rex et ſoluit eū: pꝛiceps ꝑploꝝ et dimiſit eum.**

Eloquiū dñi). i. ſpiritus ꝓphie reuelans my
ſteria vl' verbū dei inſpiratū ei ꝑ ſpiritū ſanctū
(inflāmauit) vel igniuit ⁊ aſpirauit (eum) inte-
rius mentē eius illuminando de occultis. i. vi
uaciter incitauit eum vel futura diceret (miſit
rex) pharao hoc cognito ad principē carceris
(et ſoluit) a vinculis (eum) cōpeditū (princeps
ꝑploꝝ) ſcȝ idem ipe rex vel putifar qui erat pri
ceps exercitus pharaonis (et dimiſit) abire a
carcere liberū (eum) prius incluſuȝ ⁊ poſt.

**Conſtituit euȝ dñm domus ſue: et principem omnis poſſeſſionis ſue.**

Conſtituit) rex (eum) ſcȝ ioſeph (dñm dom⁹
ſue). i. omniū rerū domeſticarū ⁊ familiarū qꝛ
cōmiſit ei regimen hoſpicij ſui vt illud tanquā
dñs diſponeret (et principē oīs poſſeſſionis
ſue) qꝛ ꝑfecit eum toti terre egypti vt oīes ſibi
tanquā principi obedirent.

**Ut erudiret pꝛincipes ei⁹ ſicut ſemetipſum: et ſenes eius prudentiā doceret.**

Ut erudiret principes eius) ſcȝ pharaonis
(ſicut ſemetipſum) in terre gubernatōne id eſt
vt moderaret et regeret officia aliorum princi
pum ſcd̄m voluntatem ſuā (et ſenes eius pru
dentiā doceret) informando eos et cautos fa-
ciendo de futura fame et de frumentis cuſto-
diendis vt ſibi ꝓuiderent ne fame interirent:
vel imbuendo eos ſcientia diuina qꝛ creden-
dum eſt tantū virum non de ſolis corꝑalibus
ſed etiā de ſpiritualib⁹ curam geſſiſſe.

**Et intrauit iſrael in egyptum: et iacob accola fuit in terra cham.**

Et) poſt ioſeph ita eo ſublimato et fame co
gente (intrauit iſrael) ſcȝ iacob cum ſuis filijs
et familia eorum (in egyptum) ad mandatum
ioſeph vt fame durante poſſet ibi viuere (et ia
cob) qui eſt et iſrl' (accola) id eſt colonus et ad
uena non dominus et indigena (fuit in terra
cham) id ē in egypto cuius dñs fuit cham re-
probus filius noe et de ipſo cham cui primiti
uus fuit chanaan egyptij traxerunt originem
Deinde narrat que in egypto geſta ſunt. d.

**Et auxit ꝑplm ſuuȝ vehementer: firmauit eum ſuper inimicos eius.**

Et) ibi (auxit) fecunditate naſcendi (popu-
lum ſuum) ſcȝ filios iſrael (vehementer). i. val
de (et firmauit eum) nō ſtatim ſed poſtea id eſt
robuſtum fecit ꝓpter multitudinem (ſuper ini-
micos eius) ſcȝ egyptios vt eēȝ robuſtior qua
ſi illi. Uel (firmauit eum ſup inimicos eius) ꝑ
magnalia quando in manu potenti per ſigna
et portenta dei ſui metuendi facti ſunt et hono
randi. Quomodo autem hoc factum ſit quia
iam breuiter ꝓpoſuit cōſequenter plene narra-
re et latius explanare incipit. d.

**Conuertit cor eoꝝ vt odirēt ꝑplm eius et dolū facerent in ſeruos eius.**

Conuertit) deus id eſt cōuerti permiſit. non
enim deus cuiuſcȝ peccati vel mali eſt auctor
(cor eorum) ſcilicȝ egyptiorū ſponte ꝑuerſum
nō malum immittendo ſed gratiam nō infun
dendo (vt odirent populū eius) ſcȝ filios iſrael
cum augerentur: (et) vt (dolum facerent in ſer
uos eius) vt opere et labore minuerent̄ et vt la
borem eorum nō remuneraret. Ex eo ergo qꝛ
dñs populū ſuum multiplicauit et ei benefe-

cit illi ad inuidiã moti ſunt. Inuidia enim eſt odiũ felicitatis aliene. deinde quomodo odio illorum vſus ſit ad gloriam ſuam incipit exponere dicens.

**Miſit moiſen ſeruum ſuum: aaron quẽ elegit ipſum:**

Miſit) ſcilicet dominus qui omnia poterat vt doceret qua moderatõne hec egiſſet (moiſen ſeruum ſuum) ad releuandum grauamen populi ſui et ad liberanduꝫ eum de egypto (et ipm aaron) etiã (quẽ elegit) vt eſſet ei coadiutor ad hoc cum eo exequendũ ſufficeret dicere quem elegit ſed addit ipſum ſcdm conſuetudinem diuine locutõnis ad explanationem.

**Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum et prodigioꝝ: in terra cham.**

Poſuit in eis) ſcilicet moiſe et aaron (verba ſignorum ſuorum) id eſt mirabiliũ minoꝝ (et etiam ꝓdigiorum) id eſt mirabiliũ maiorum que aliquid portendebant fiendoruꝫ (in terra cham) id ẽ in terra egypti hoc eſt mandata ad pharaonẽ que fuerunt ſignorum et prodigiorum cauſa. Uel (poſuit in eis verba) non vocum et ſonorum quibꝰ fierent ſigna et prodigia: multa enim ſine verbis ſunt facta ſed verba ſignorum et prodigioꝝ. id eſt per eos fecit ſigna et prodigia que tanq̃ verba aliquid ſignificabãt. Quia enĩ illa q̃ facta ſunt nõ erãt ſignificatõis inania ſicut ỽba que loquimur ideo et ipſa dicta ſunt verba. Que auteꝫ ſigna fecerit ſubdit.

**Miſit tenebras et obſcurauit: et nõ exacerbauit ſermones ſuos.**

Miſit tenebras) denſiſſimas tribus diebꝰ ſuper egyptios (et obſcurauit) ſcꝫ totam terrã egypti ꝙ nullus alium videre poterat ꝑ quod oſtendit corda eorum obſcurata qui precepta dei ſpernebant. Et hec fuit nona plaga in ordine ſed hic primo eam ponit quia eſt competens initium plagarum cecitas ſine qua nõ incurriſſent ceteras (et non exacerbauit ſermones ſuos). i. acerbos et duros nõ fecit ſed dulcorauit quia cum pharao ꝓmittebat penitentiam remouebat penaꝫ ⁊ quia eos duriſſimos patientiſſime ꝑferebat donec oĩa que in eis facere diſpoſuerat ex ordine cõplerentur.

**Conuertit aquas eorum in ſanguinem et occidit piſces eorum.**

Conuertit aquas eorum) ſcilicet egyptiorũ (in ſanguinem) in ſignum ꝙ aquas maris rubri verteret eis in mortem (et occidit piſces eorum) qui ibi naturaliter nutriunt̃. Per aquas ſacram ſcripturã: et per ſanguinem hereticas ſententias accipimus. per piſces vero qui perambulant ſemitas maris ipos curioſos ſcrutatores intelligere poſſumus qui ex ſacra ſcriptura ſenſus hereticos eliciũt ⁊ ſic aquã in ſanguinẽ vertunt et moriunt̃ hec eſt hic plaga ſecunda que in exodo ponit̃ prima.

**Edidit terra eorũ ranas: in penetralibꝰ regum ipſoꝝ.**

Edidit terra eoꝝ ranas) et hoc nõ tm̃ extra domos ſꝫ etiã (in penetralibꝰ) ⁊ cubiculibꝰ (regum ipoꝝ). i. principũ egypti. tanta enim ranarum fuerat multitudo vt etiam in abſconditis et interioribꝰ domoꝝ nõ deeſſent per quod ſignificabat̃ principes ſocios ranaꝝ futuros ſub aquis. per ranas poſſumꝰ intelligere adulatores qui nunc ſunt ſtipatores principũ ⁊ in penetralibꝰ iporum hec eſt plaga tercia que in exodo eſt ſcđa.

**Dixit et venit cynomia et ciniphes: in omnibꝰ finibꝰ eoꝝ.**

Dixit) id eſt p̃cepit deus (et venit cynomia) id eſt maior muſca ſcꝫ canina et (ciniphes) id eſt muſce minutiſſime aculeis ꝑmoleſte vt culices et nõ pauce immo (in oĩbꝰ finibꝰ eoꝝ) ſcꝫ egyptioꝝ. Et que iactantia eſt regis que nunc par eſt muſcis per iſta intelligunt̃ detractores qui ſicut muſce pungunt ⁊ vbiqꝫ ꝯſiſtunt. Ecce plaga hic quarta ſed in ordine cyniſes ad plagã terciã ⁊ cynomia ad quartã ꝑtinent.

**Poſuit pluuias eoꝝ grandinẽ: ignẽ cõburentem in terra ipſoꝝ.**

Poſuit pluuias eoꝝ grandinẽ) id eſt ꝓ pluuia que fecũdabat facta eſt grando que tacta arefecit (ignem comburentẽ) per choruſcationem id eſt fulmina ſua poſuit (in terra ipſoꝝ) quia in illa plaga grando ⁊ ignis pariter ferebantur.

**Et ꝑcuſſit vineas eoꝝ et ficulneas eoꝝ et ꝯtriuit lignũ finiũ eoꝝ.**

Et percuſſit) grandine ⁊ fulminibꝰ (vineas eoꝝ et ficulneas eoꝝ) et vi grandinis ⁊ fulminum (cõtriuit) id eſt cõfregit (lignũ) id eſt multitudinẽ lignoꝝ (finiũ eorũ) id eſt in terra egypti. Nec dubium quin etiam ſata ꝑierint vbi maiora percuſſa ſunt. hec eſt plaga quinta ſed in ordine fuit ſeptima. per pluuias ſacra ⁊ ſalutaria eloquia. per grandinẽ prauas cogitatões. per ignem pctm̃ mala accendens poſſumus intelligere. ꝑ vineas aliquatenꝰ mordaces in loquendo. et ꝑ ficulneas ſuauiter ⁊ dulciter loquentes accipere.

**Dixit et venit locuſta et brucus: cuius non erat numerus.**

Dixit) .i. pcepit deus (⁊ venit locuſta) que eſt paruū animal hn̄s crura retro longiora nō ſatis in altū volans (et brucus) quidam vermis ſic dictus eo ꝙ breuis ſit et breuiter duret (cuius) ſcꝫ locuſte et bruci (nō erat numerus) pre multitudine.

**Et comedit omne fenū in terra eorum: et comedit omnē fructū terre eoꝝ.**

Et comedit) locuſta ⁊ brucus (omne fenū) id eſt herbam (in terra eoꝝ) vt cibus iumentis deficeret (et comedit omnē fructū) ſegetum (terre eorum) vt etiā hoīes cibum non haberent. Una plaga eſt locuſte et bruci que hic eſt ſexta ſed in exodo eſt octaua. per locuſtas et brucos que totū nunc fenum et herbam nūc fructum cōſumit poſſumus intelligere adulationem que fenū ſeu herbam cōſumit quādo verba alicuius inuanū extollit: fructum quando opera corrumpit.

**Et pcuſſit omne primogenitū in terra eoꝝ: primitias omnis laboris eoꝝ.**

Et pcuſſit) ſcꝫ occidendo (omne primogenitum) id eſt primogenita (omnis laboris eorum) .i. ad oēm laborem valentiū vel hominū labore et ſtudio nutritoꝝ et hec ſunt primogenita pecoꝝ que ſimiliter pcuſſit. hec plaga eſt hic ſeptima ſꝫ in exodo decima et eſt plaga nouiſſima excepta morte in mari rubro. Primogenitum eſt fides que prima petit campū qua extincta ſequitur mors eterna. Et notandum ꝙ cum ſint decem plage quas moiſes in exodo ponit nec oēs hic ꝓpheta ꝯmemorat nec eo ordine quo ibi narrant̄ quia libera eſt laudatio de qua hic agitur a lege texentis hiſtoriam de qua ibi tractatur. Addit qꝫ hic quod hiſtoria nō habet et pterit quod illa habet auctoritate eiuſdeꝫ ſpūs qui ꝑ hiſtoricū locutus eſt hic ergo ſeptem mala dat egyptijs cōtra ſeptem bn̄ficia que poſt dicet data hebreis. vnde ſubdit.

**Et eduxit eos cū argento et auro: et nō erat in tribubꝯ eoꝝ infirmus.**

Et eduxit eos) de egypto (cū argento ⁊ auro) ab egyptijs petito et obtento cū quo egreſſi ſunt deo id permittente pro laboris mercede quam egyptij detinuerāt iniuſte. Ecce primuꝫ beneficium quia et ipſi tales erant vt nondum poſſent cōtemnere mercedem laborū ſuorum licet tpalem tamen debitam et iuſtam. Et hoc eis fecerat qui talia iure paſſi ſunt et quamuis per dolū ab iniquis hominibꝯ tamen quod ſibi reddi debuit abſtulerūt. In quo ſpiritualiter figuratuꝫ eſt phariſeos ſiue hereticos a catholicis expoliari his qui in verbis vel ſcripturis eoꝝ tabernacula dei .i. eccleſie dei congrua reperiunt̄. deinde ſequitur ſecundū beneficium (et nō erat in tribubꝯ eorū infirmus) aliquis ſcꝫ corpore licet animo et hoc fuit magnum et ſpeciale dei beneficiuꝫ et migraturis valde neceſſariū vt omnes ſimul abſqꝫ impedimento poſſent egredi de egypto.

**Letata eſt egyptus in pfectōne eorum: qꝛ incubuit timor eoꝝ ſup eos.**

Letata eſt egyptus) .i. egyptij ſunt letati (in pfectione) id eſt receſſu (eorum) de egypto propter plagas quas patiebant̄ in hebreoꝝ preſentia. (quia incubuit timor eorum) ſcꝫ hebreorum (ſup eos) ſcꝫ egyptios. Ex hoc eni ꝙ oēs pmogeniti ſubito erant mortui timebāt oēs alij mori ſi amplius filij iſrl' morarent̄ in terra egypti. Vel hoc intelligenduꝫ eſt poſt vltimam egyptioꝝ mortem in mari rubro ſcꝫ egyptios timuiſſe reſiduos ne hebrei redirēt ⁊ eorum reliquias magna facilitate contererent et delerent. Deinde ſequit̄ terciū beneficiū.

**Expandit nubem in ptectionē eoꝝ: et ignem vt luceret eis ꝑ noctem.**

Expandit nubem in ptectōnē) et in refrigerium (eorū) contra eſtum ⁊ ardorē ſolis per diem (et ignem) .i. columnā ignis ſcꝫ expandit (vt luceret eis) cōtra tenebras (per noctē) ne errore itineris deſolarent̄. Deinde ſequit̄ quartū beneficiū.

**Petierunt et venit coturnix: et pane celi ſaturauit eos.**

Petierūt) ſcꝫ a deo remediū famis nō qōcunqꝫ ſed delicatuꝫ ſcꝫ carnes (et venit coturnix) .i. multitudo coturnicū que ſolent in maritimis abundare. Deinde ſequit̄ quintū beneficium (et pane celi) id eſt manna de celo deſcēdente ⁊ celeſtē panem ſcꝫ ſanctā euchariſtiā ſignificante (ſaturauit eos) in abundantia. Deinde ſequit̄ ſextū beneficiū.

**Dirupit petram et fluxerūt aque: abierunt in ſicco flumina.**

Dirupit) pcutiendo (petrā) qꝛ dirupta ⁊ diuiſa eſt ad percuſſionē virge moiſi vt fieret via aquis erumpentibꝯ (et fluxerunt aque) in tanta abundantia ꝙ abierunt) et cucurrerunt (in ſicco) id eſt in locis prius aridis (flumina) ita vt biberent homines et iumenta hec petra fuit chriſtus de qua fluenta gratie prorumpunt

de quinqꝫ foraminibꝰ in corꝑe illiꝰ de qͥbꝰ etiā
ſacre ſcripture fluūt que nos reficiūt ⁊ hec fluē
ta gratie ac ſcripture abierūt in ſiccū ⁊ deſertū
gentiū his autē oībꝰ bñficijs deus cōmendat
in abrahā meritū fidei ſequitꝰ eni ⁊ dicit.

**Qm̄ memor fuit verbi ſancti ſui: qđ ha
buit ad abrahā puerū ſuū.**

Qm̄ memor fuit) ⁊ recordatꝰ eſt (verbi ſan=
cti ſui). i. ꝓmiſſi ſui firmi et inuiolabilis qđ in
figura cōplens eterna ꝑſignauit (qđ habuit)
et fecit (ad abrahā puerū). i. ſeruū (ſuū) vl̄ ꝓ pue
rum ſuū) ꝓpter obedientiā et innocentiā. q. d.
Iſta bñficia nō fuerūt illi ꝑp̄lo impenſa ꝓpter
ſua merita ⁊ oꝑa ſed potius hec omnia fecit et
ꝑſtitit eis deus ꝓpter merita fidei abrahe et ad
implendū ꝓmiſſionē ei factā.

**Et eduxit pp̄lm ſuū in exultatōe: et ele=
ctos ſuos in leticia.**

Et eduxit) dñs. ſ. de ſeruitute egyptiaca (pp̄lm
ſuū) filios ſcꝫ abrahe (in exultatōe). i. exteriori
hilaritate (⁊ electos ſuos) eundē. ſ. pp̄lm eduxit
(in leticia) interiori dicit electos q̄ murmurā=
tes ꝑcuſſi ſunt. Vñ poſt tranſitū maris rubri
cantabāt dño dicentes. cantemꝰ dño glorioſe
enim magnificatꝰ eſt. Semꝑ eni victores ac li
beri canticū in leticia et exultatōe cōcelebrant
ſicut moiſes maria delbora. deīde ponitꝰ ſepti=
mum beneficiū.

**Et dedit illis regiones gentiū: et labo=
res pp̄loꝝ poſſederūt.**

Et dedit illis regiones gentium) ſcꝫ terram
chanaan vbi prius habitabant gentiles (et la
bores pp̄loꝝ poſſiderūt) occupando ciuitates
et vineas ⁊ alias poſſeſſiones quas alij cum la
bore ſibi ꝑparauerant et alia bona que acq̄ſie
rant ⁊ in hoc beneficio eſt ꝓmiſſionū cōpletio
Et ne hoc ip̄m putaretꝰ ſūmū bonū ꝙ iſta feli
citas rerū tp̄aliū data eſt pp̄lo dei ꝯtinuo eam
ad aliud retulit vbi ſūmū bonū oportet inq̄=
ri dedit enim nō vt ꝓpter iſta eum colant ſed vt
ea ad bonū eternū referant et ꝑ admonitionē
viſibiliū tranſire valeant ad amorē eternorū.
Vnde ſequitꝰ.

**Vt cuſtodiant iuſtificatiōes eius: et le=
gem eius requirant.**

Vt) ipi electi ſcꝫ verū ſemen abrahe ꝓuoca
ti tp̄alibꝰ beneficijs (cuſtodiant iuſtificatōnes
eius). i. mandata eius in lege tradita q̄ et apte
iuſticiā ꝯtinent ⁊ obſeruantes ea iuſtos faciūt
(et legē eius requirant) ſcꝫ ſpiritualē eius intel
lectū diligenter inueſtigādo hoc eſt vt cum iu=
ſticia viuant ⁊ myſteria legis intelligāt lex eni
eſt vmbra futuroꝝ ⁊ de his que nō corporalr̄
ſed ſpiritualr̄ nunc iplenda ſunt. Audiāt hoc
monachi q̄ ideo in monaſteria introducuntꝰ vt
cūctis ſollicitudinibꝰ abiectis ſolius dei lege
et ſeruicio ꝑfruantꝰ vbi intelligendū eſt dei ſer
uos ꝓpterea iſta bona terre ſumere a deo vt nō
in eis luxu defluant ſeu ꝑuerſa ſecuritate tor=
peſcant ſed ideo habeant diuina miſcđia ꝑpa
rata ꝑ quibꝰ inquirendis poſſent negocioſiſſi=
mis laboribꝰ occupari vt ad hoc vacent vñ bo
num eternū poſſit acquiri. i. cuſtodiant iuſtifi
cationes eius ⁊ legē eius requirant. Vt aūt
in verbis huius pſalmi quaſi exterioribꝰ inte=
riorem intellectū cōmendemꝰ videtꝰ hic admo
neri ſemen abrahe qui ſunt oēs filij ꝓmiſſio
nis ꝑtinentes ad eternā hereditatē teſtamenti
eterni vt tanquā ipam hereditatē ſibi eligant
deū ⁊ eum gratis colant. i. ꝓpter ip̄m nō ꝓpter
aliquid extra ip̄m et hoc faciant laudantes in
uocantes annūciantes nec in ſuā ſed in eius
gloriā fide bene oꝑantes ſpe gaudentes. cha=
ritate feruentes. hoc totū ſonat his ꝟbis. Con
fitemini dño ⁊ inuocate nomen eius vſqꝫ me=
mentote mirabiliū eius deinde ad paruuloꝝ
corda nutrienda ⁊ in fide roboranda de ꝑr̄iar
chis ꝓponuntꝰ exempla ⁊ illoꝝ fidei ⁊ ꝓmiſſio
nis dei vt imitando ⁊ ſperādo ſimus ſemen il=
lorum nō de ſola gente hebreoꝝ ſed quotquot
iſtā grāꝫ ſuſcipiūt in oī terra. Qđ totū his ver
bis continetꝰ Mementote mirabiliū eius que
fecit vſqꝫ. cū eſſent numero breui. Porro ſi in
ſeruū venūdatus eſt ioſeph ⁊ humiliatꝰ ⁊ exal
tatus locū fecit ad tp̄alia bona pp̄lo dei vt fir=
maretꝰ ſuꝑ inimicos eiꝰ quāto magis ieſus ve=
nūdatꝰ eſt ⁊ hūiliatꝰ a fratribꝰ ſuis ſm̄ carnē et
exaltatꝰ in celis locū facit ad eterna bona po=
pulo dei triūphanti de diabolo ⁊ angelis eiꝰ
Audi ergo ſemen abrahe nō de carne gloriās
ſed fidem imitans ꝓmiſſionē habens vite pre
ſentis ⁊ future. Noneris habere timorē in ꝓ
ſperis ⁊ patientiā in aduerſis. Si tentatōnes
in hoc ſeculo tibi dure videntꝰ ioſeph in carce
re. ieſum in cruce cogita. Si tp̄aliū rerū ꝓſpe
ritas arridet non ꝓpter ipam deo ſed ipa ꝓpter
deum vtere. Nec eum exiſtimes ꝓpter vite hu
ius neceſſaria cultoribus ſuis neceſſariū qui
dat etiā blaſphematoribꝰ ſuis ſed primū que
re regnū dei ⁊ iuſticiā eius et hec omnia adij=
cientur tibi.

Oratio.

Inuocantes nomen tuū dñe deꝑcamur vt
q̄ pr̄es nr̄os virtute tui noīs ꝑeunte angelicis
paſtibꝰ refeciſti nos q̄ꝫ myſticis dapibꝰ foue=
as ac reformes. Per do.

Pſalmus de ingratitudīe ꝑplī iſrael
pro bn̄ficijs a deo ſibi exhibitis ac de iu
ſticia ⁊ miſericoꝛdia dei circa illos oſten
ſis. ps. Cv.

# Confitemini domi

no qm̄ bon⁹: qm̄ in ſcl'm mīa eius.

Auctoꝛ pſalmi ꝓpħa dauid. Habet aūt ille
ps ꝓ titulo bis all'a. qḋ aliqñ ſemel aliqñ bis
ponit̄ in titulo: ſicut dn̄ſ aliqñ ſemel aliqñ bis
dicit amē in euangelio qḋ fit ꝓ maioꝛi certitu-
dine rei. Materia: recitatio bn̄ficioꝝ bonis et
gratis ac malis et ingratis exhibitoꝝ. Inten-
tio: monere ad geminā ꝯfeſſionē ſcꝫ laudis et
pctōꝝ ⁊ oī conatu cauere ne ꝗs fiat immemoꝛ
bn̄ficioꝝ ⁊ ſit de numero ingratoꝝ. Snīa in
generali ꝓpħa in iſto pſalmo inuitat ꝑplm̄ ad
pctōꝝ ⁊ laudis ꝯfeſſionem recolitꝗ diuinoꝝ
bn̄ficioꝝ exhibitōꝫ maloꝝ recipientiū ingra-
titudinē pene ipis inflicte grauitatē ꝓpter pec-
catoꝝ ſuoꝝ multitudinē ⁊ magnitudinē. pce-
dens pſalm⁹ egit de ꝑplō iudeoꝝ ſm̄ electos:
iſte agit de eodē ꝑplō ſm̄ iniq̄s. et q꞉ eis nō ſo-
lū iuſticia ſꝫ ⁊ mīa dei fcā eſt de his loquit̄ cū
laudibꝫ dei ex ꝑſona coꝝ q̄ ꝯuerſi veniā ꝑcan
tur ⁊ exēpla ꝯmemorant̄ illoꝝ in q̄s etiā pec-
cantes diues apparuit mīa dei. vn̄ hic pſalm⁹
penitētes roboꝛat: negligētes arguit: ⁊ peccata
ſua ꝯfitētibꝫ veniā repromittit. Snīa in ſpāli
In ꝑſona igit̄ alicui⁹ hebꝛei de amaricatōne
ad mīaꝫ dei ꝯuerſi alios ad eandē mīaꝫ exhoꝛ
tantis ait. (Cōfitemini dn̄o) cōfeſſione pctī et
laudis coꝛde oꝛe ⁊ ope. iḋ (qm̄ bon⁹) eſt in na
tura. et ipis ꝯfitētibꝫ ħ ideo dicit neq̄s ꝓ cul-
pa terreat̄ vel de deo deſperet ſꝫ ꝯfidat ⁊ mīaꝫ
ei⁹ depoſcat. ideo etiā (qm̄ in ſcl'm). i. vſq; in fi
nem ſcl'i eſt (miſcḋia ei⁹) quā vſq; in finē ſecl'i
miſeris exhibet ꝯſolando in miſeria vel libe-
rando ab ea: et iḋ q̄ꝫ diu durat ħ ſcl'm poteſtis
ꝯfitentes veniā ꝓmereri. hic enī miſericoꝛs eſt
et miſeret̄ penitēti: ibi iudex eſt ⁊ retribuit ne-
gligenti. vel. (qm̄ in ſcl'm). i. in eternū eſt (miſe-
ricoꝛdia eius) qua nemo ſine deo p̄t eſſe btūs.
Is aūt q̄ miſcḋiaꝫ exꝑtꝰ fuit impletus ꝯſiderati-
one diuinoꝝ opm̄ ⁊ admirans ait. Et

Quis loquetur potentias dn̄i: auditas
faciet om̄es laudes eius.

Quis loquetur). i. q̄s ſufficiet loq̄ digne lau
dando (potētias dn̄i). i. ea q̄ ex ſua potentia et
foꝛtitudine potenter ⁊ ineffabiliter opat̄ et di-
cit pluralit̄ potentias ꝓpter plures effectus. Et
intellige ſaltem duo genera opm̄ ſcꝫ creatōnis
magna et recreatōis maxima q꞉ plus eſt iuſti
ficare impiū q̄ꝫ creare celū ⁊ terrā: et vis (au-
ditas faciet) alijs annūciando vt audiāt (om̄s
laudes eius). i. oīa ⁊ p̄cipua q̄ laudabiliter fa-
cit ⁊ ex quibꝫ eſt laudandus. q. d. nullus: cum
ſit potētie infinite ⁊ maioꝛ om̄i laude. Et ſi ad
illud nemo ſufficit ſaltem hoc agat ſcꝫ iudiciū
et iuſticiam. quia

Beati qui cuſtodiunt iudiciū et faciunt
iuſticiam in omni tp̄e.

Beati) ſunt in ſpe (qui) primo (cuſtodiūt iu
diciū) recte iudicādo ⁊ bonū a malo diſcernē-
do ⁊ deinde (faciūt iuſticiā) exequēdo in ope et
recte agendo. Vel (qui cuſtodiūt iudiciū). i. iu
dicant ſeipos accuſando (⁊ faciūt iuſticiā) deū
de bonis ſuis laudādo ⁊ vtrūq; (in omni tp̄e)
ex quo incipiūt vt ꝑſeuerent qui enī ꝑſeuerauē
rit vſq; in finem hic ſaluus erit. vel quaſi que-
ſtioni p̄miſſe reſpondens ſubdit. (Beati q̄ cu-
ſtodiunt iudiciū) q꞉ illi digni ſunt p̄dicatoꝛes
laudis diuine potentie ⁊ miſcḋie. Et q꞉ deus
iuſtos facit ⁊ pctōꝛes iuſtificat eos ab iniq̄tati
bus ſuis ſanando oꝛat et ait.

Memento noſtri dn̄e in bn̄placito ꝑplī
tui: viſita nos in ſalutari tuo.

Memento nr̄i dn̄e in bn̄placito ꝑplī tui). i.
vt ſimus de eis in quibꝫ bn̄placitū eſt tibi. vel
(in bn̄placito ꝑplī tui). i. in meritis ſctōꝝ q̄ tibi
placent (et viſita nos in ſalutari tuo). i. in virtu
te tua ſaluatrice ⁊ ad ſaluationē noſtraꝫ nō ad
dānationē ſicut viſitas reprobos. Vel (viſita
nos) recōciliando tibi (in ſalutari tuo). i. in fi-
lio tuo ieſu ipe eſt enī ſaluatoꝛ in quo pctā di-
mittunt̄ ⁊ anime ſanant̄ vt ab eo ſanati poſſi-
mus ⁊ iudiciū cuſtodire ⁊ iuſticiā facere vnde
ſimus beati. Viſita inq̄ꝫ ad hoc ſcꝫ.

Ad videndū in bonitate electoꝝ tuoꝛū:
ad letandū in leticia gentis tue: vt lau-
deris cum hereditate tua.

Ad videndū in bonitate electoꝝ tuoꝝ). i. vt
nos videam⁹ in ea gr̄a virtutū in qua ſunt ele
cti tui (⁊ ad letandū in leticia gentis tue). i. vt le
temur in ea leticia ſpei qua letat̄ gens tua (⁊ vt
lauderis cum hereditate tua). i. inde ꝙ lauda
bil'r viuit hereditas. i. eccl'ia tua. Vel (ad vidē
dum) i futuro. i. vt videam⁹ ꝑ experiētiā ꝓ͛. vl' noſ
metipos (in bonitate electoꝝ tuoꝝ). i. quā pꝛe
ſtas electis tuis hoc eſt in ea ꝑfectione qua ele
cti tui ꝑſiſtunt et etiā ad leticiā. i. vt letemur de
te et in te (in leticia gentis tue). i. in ꝯſoꝛtio gen
tis beate letantis de te꞉ (vt lauderis) a nobis
(cum hereditate tua). i. cum angelis et ſanctis
q. di. Ibi nos eſſe facias vbi te videamus de

ſe et in te letemur ⁊ te laudem⁹. Memēto inq̄ꝫ
et viſita et neceſſe eſt. qꝛ

**Peccauimus cum patrib⁹ noſtris: iniu ſte egimus iniquitatē fecimus.**

Peccauim⁹ cū p̄rib⁹ nr̄is). i. ſicut ⁊ p̄res nr̄i
coꝝ. ſ. imitādo pctā( iiuſte egim⁹) erga ꝓximū
(iniq̄tatē fecim⁹) ꝯtra deū. Ecce tercio idē di=
cunt. i. ſe peccaſſe vt pura ꝯfeſſio app̱eat. Tan
to. n. q̄ſqꝫ citi⁹ abſoluit̄ q̄nto viuaci⁹ ſe dānat.
Deinde enumerādo ſubiūgit pctā que p̄res fe
cerunt a quib⁹ filij nō receſſerūt. d.

**Patres nr̄i in egypto non intellexerūt mirabilia tua: nō fuerūt memores mul titudinis miſcdie tue.**

P̄res nr̄i in egypto) vbi mlta eis fcā ſūt( nō
intellexerūt mirabilia tua). i. mirabiliū ſignifica
ta. i. q̄d p̱ illa velles dare ſcꝫ nō tp̱ale bonū ſed
eternū qḋ p̱ illa eſt q̄rendū: et p̱ patientiā expe
ctandū nō intellexerūt cū op⁹ eſſet intellcū vt p̱
illa tp̱alia alia q̄rerēt. ſ. eterna: et iō impatiētes
murmurauerūt ⁊ tp̱alib⁹ bonis ꝑbeari voluerūt
(nō fuerūt memores mltitudīs mīe tue) quā p̱
multa miracl'a eis oñdiſti vt eadē ptāte quā iā
expti fuerāt crederēt ſe ab inimicis liberādos.
valde ḡ culpabile eſt nō itelligere qḋ intelligē
dū ē: et n̄ meminiſſe qḋ memoria retinēdū eſt.
hec q̄ꝑpe duo ſcꝫ intellect⁹ ⁊ memoria ꝯmēdāt
et ꝯmendabilia oſtendūt dei bn̄ficia.

**Et irritauerūt aſcēdētes in mari mari ru bro: et ſaluauit eos ꝓpter nomē ſuū: vt notā faceret potentiā ſuā.**

Et) iō( aſcēdētes) p̱ ſitu t̄re de egyto( in ma=
ri) ſcꝫ( mari rubro. irritauerūt). i. ꝓuocauerūt mo
iſen et p̱ ꝯñs deū timētes ⁊ deſperātes poſt tot
mirabilia in egypto viſa ⁊ dubitātes tā ꝓpt̄ ho
ſtes a tergo ſeq̄ntes q̄ꝫ ꝓpt̄ mare obuiū eis (et)
tn̄ dñs( ſaluauit eos) ab vtroqꝫ ꝑiculo nō ꝓpt̄
merita coꝝ ſꝫ tn̄( ꝓpter nomē ſuū) maīfeſtādū
⁊ glīficandū ſcꝫ( vt notā faceret) ⁊ oñderet (po
tentiā) ⁊ fortitudinē( ſuā). ſ. egyptios inſeq̄ntes
ſubmergēdo ⁊ filios iſrl' timētes ſaluādo. de=
inde oñdit quō eos ſaluauit. d.

**Et increpuit mare rubrū ⁊ exſiccatū eſt et deduxit eos in abyſſis ſicut in deſto.**

Et increpuit) vl' increpauit( mare rubrū) n̄
voce exteriori ſꝫ occulta vi imp̱ando ⁊ ſua di=
uina potētia diuidēdo quā etiā q̄ ſenſu carent
ſentiūt ⁊ obediūt( et exſiccatū eſt) et ſic aruit ac
ſi dñs ei ꝯminat⁹ fuiſſꝫ( et) tūc( deduxit eos in
abyſſis) ſicco veſtigio( ſic̄ in deſto) qꝛ vbi fue
rūt abyſſi aq̄ꝝ factū eſt ſiccitate vt deſertū vbi
nō ſūt aq̄. Tūc ei mare diuiſuꝫ ē in duodecim
diuiſiones ⁊ nulla trib⁹ auſa eſt intrare prius
niſi trib⁹ iude. vn̄ meruit inter alias regni pri=
uilegiū et principatū obtinere.

**Et ſaluauit eos de manu odientiū: et re demit eos de manu inimici.**

Et) p̱ iſtū moduꝫ( ſaluauit eos de manu) et
ptāte( odientiū) ſcꝫ inſeq̄ntiū egytioꝝ q̄ oderāt
eos: qꝛ ꝓpt̄ eos p̱cuſſi erāt plagis ⁊ ſic( redemit
eos). i. liberauit ac ſi p̄cio redemiſſꝫ( de manu)
et ptāte( inimici). ſ. pharaonis. hoc ī figura ba
p̄tiſmi factū et dictū ē ī q̄ redimimur de manu
diaboli magno p̄cio ſcꝫ ſanguine chriſti. Vn̄
nō quocūqꝫ mari ſꝫ mari rubro id ꝯuenien⁹
figurauit ſanguis eni rubrū colorē fecit.

**Et operuit aqua tribulātes eos vnus ex eis nō remanſit.**

Et operuit aq̄ tribulātes eos). ſ. pharaonē et
egyptios inſequētes ſubmergēdo eos (vn⁹ ex
eis) q̄ p̱ſequebant̄ ꝓfectos app̱hendere vel in
terimere eos cupiētes( nō remanſit) vl' ſup̱fuit
ſed oēs ſimul mortui ſunt et deleti.

**Et crediderūt v̄bis eius: et laudauerūt laudem eius.**

Et) tūc p̄res nr̄i vidētes iſta bn̄ficia magna
(crediderūt v̄bis ei⁹). ſ. deo et moiſi quib⁹ dixe
rat ꝙ liberaret eos de egyptijs dura corda iu=
deoꝝ q̄ nō ante ſꝫ poſt miracl'a crediderūt me=
lius fuit credere ꝓmittenti( et laudauerūt). i. ceci
nerūt ore corā oīb⁹ cū tympanis ⁊ choris( lau
dem eius) qꝛ laudabil'r liberati victores erant
dicētes illud canticū. Cantem⁹ dño glioſe. n.
magnificat⁹ eſt. et licet deū laudarēt p̱ mirabi=
libus opib⁹ ſuis tn̄.

**Cito fecerūt. obliti ſunt operū eius: nō ſuſtinuerunt cōſilium eius.**

Cito) mutati a credulitate ſua et laude( fece
runt) hec q̄ ſequunt̄. ſ. (obliti ſunt operū) et bn̄
ficioꝝ eius vt murmurarēt. debuerūt eni cogi=
tare tanta erga ſe dei opa( nō ſuſtinuerūt) nec ex
pectauerūt ꝯſiliū eius. ſ. dei de ordinatōe viati
ci ſui p̱ deſtū ſꝫ inordinato deſiderio p̄uenerūt
eius ꝯſiliū. q. d. nō patiēter expectauerūt donec
deus daret eis victualia qḋ differebat̄ cōſilio
dei vt ꝓbaret eos. Deniqꝫ.

**Et ꝯcupierūt ꝯcupiſcentiā in deſerto: et tentauerūt deū in inaquoſo.**

Et ꝯcupierūt ꝯcupiſcētiā). i. cibū iuxta cō
cupiam ⁊ deſideriū ſuū. ſ. carnes ⁊ nō ſ̄m ordi
nationē et ꝯſiliū diuinū. q. d. vehemēter ꝯcu=
pierūt. qꝛ nimietas deſiderij geminatōe v̄bi oñ
dit( et tentauerūt deū). i. potētiā diuinā (in inaq̄
ſo). i. ī deſto ⁊ loco ſine aq̄ volētes ꝓbare vtrū
poſſet eis ſubuenire ī ſolitudine ⁊ carnes dare
dicētes nō poſſet deus nob̄ dare carnes.

**Et dedit eis petitionē ipſoꝝ: et miſit ſa-**
**turitatē in animas eoꝝ.**

Et) ergo vt ſciret eū potētē (dedit eis petitōꝫ ipſo-
rū). i. illud qđ petierāt ſcꝫ carnes adducēdo co-
piā coturnicū ita. ſ. ꝙ (et miſit ſaturitatē) carni-
um vſqꝫ ad nauſeā (in aīas eoꝝ). i. ī aīalitatē q̄
ſuſtentat̄ eſca. Animā enī h̄ loco nō ſcḋm ꝙ rō-
nalis eſt poſuit ſꝫ ſcḋm illud ꝙ aīans corpꝰ ani-
mal facit ad cuiꝰ aīalis ſuſtentatōꝫ ꝑtinet cibꝰ
et potus. Saturitatē ꝓ ſequit̄ diſſenſio vel ſe-
ditio. Unde ſubiūgit.

**Et irritauerūt moiſen in caſtris: aaron**
**ſanctū dn̄i.**

At irritauerāt). i. ꝓuocauerāt ad iram (moiſen
in caſtris) vbi erant honorē ambiēdo ⁊ hec ir-
ritatio fuit ꝓ ſacerdotio aaron et filioꝝ eiꝰ vn̄
ſequit̄ (aaron ſanctū dn̄i). i. dn̄o cōſecratū ſcꝫ
emulātes. zelo ei ⁊ īuidia ꝑ filioſ chore. ſ. dathā
et abyron ſtimulati ꝓ ſacerdotio aaron mur-
murabāt. Un̄ moiſen ad iram ꝓuocabāt.

**Aperta eſt terra et deglutiuit dathan: et**
**opuit ſuꝑ ꝯgregationē abyron.**

Apta eſt terra). ſ. facto hyatu (⁊ deglutiuit)
. i. abſorbuit (dathan). ſ. cū tabnaculis ſuis (⁊
opuit) ſe (ſuꝑ ꝯgregatōꝫ abyron) q̄ etiā cū ſuis
perijt. ambo ꝝ enī vna erat cauſa ſuꝑbiſſimi ⁊
ſacrilegi ſciſmatis cuiꝰ ambo erant auctores.
Ecce laus dei eſt h̄ ꝙ ſuos vindicauit vide pe-
nas aſſimilari modis pctōꝝ. q̄litas pene fctā
indicat. a terra vorant̄ q̄ terrena ſapuerūt ex q̄
conijcit̄ ꝙ ſcḋm hoc debet facere ꝯfeſſor.

**Et exarſit ignis in ſynagoga eoꝝ: flam-**
**ma cōbuſſit pctōres.**

Et exarſit ignis in ſynagoga eoꝝ). i. in mul-
titudine ill' ſubiecta ſcꝫ in ducētis q̄nquaginta
qui thuribula tenētes offerebāt incenſuꝫ iāqꝫ
diuino igne ꝯſumpti ſunt. Un̄ ſubdit (flāma)
ex illis thuribulis exiliēs (cōbuſſit pctōres) q̄
illicite ſacerdotiū vſurpauerāt ⁊ ſic q̄ in inceſo
peccauerāt igne ꝑierūt. Sicut inter eſt inter ir-
ridētes ⁊ irriſores int̄ murmurātes ⁊ murmu-
ratores inter ſcribētes ⁊ ſcriptores ⁊ cetera hꝰ
ſilia ita ſcptura pctōres appellare ꝯſueuit val-
de iniqꝫ ⁊ ꝗbꝰ pctōꝝ ſarcinis oneratos.

**Et fecerunt vitulū in oreb: et adoraue-**
**runt ſculptilie.**

At) ꝓpterea (fecerāt). ſ. filij iſrl' (vitulū in oreb)
id eſt ꝓpe montē oreb cuiꝰ ꝑtex appellat̄ ſynai
abſentiā moiſi nō tolerātes dum in mōte ſyna
morā faceret vt legē accipet. hoc ipacia leuiuꝫ
fecit ſicut mlt'a mala ex ea naſcūt̄ (et) poſt (ado-
rauerūt ſculptilia). ſ. eundē vitulū ꝯflatilē tāqꝫ
deū vitulꝰ ei ille ꝑmo fuit ꝯflatil' ſꝫ q2 ī ꝯflatōe
**Mare vidit et fugit: iordanis cōuerſus
eſt retrorſum.**

Mare) rubrū (vidit) pp'lm de egypto exeun
tem. i. ad modū videntis ⁊ intelligentis volun
tatē dn̄i ſe habuit (et fugit) ſe diuidendo ⁊ dan
do pp'lo iter vt ſicco pede tranſiret et (iordanis
cōuerſus eſt retrorſum) reuertēdo ad locū ori=
ginis ⁊ eleuando ſe ad modū collis.

**Montes exultauerunt vt arietes: et col
les ſicut agni ouium.**

Montes exultauerūt vt arietes ⁊ colles ſi=
cut agni ouiū) Methaphorice loquit̄ q꞉ cauſā
exultatōnis dederūt ipis filijs iſrl' inclinantes
ſe in aduentu coꝝ q̄ſi applaudendo. Nam ma
giſter in hiſtorijs innuit hoc dictū de ſcopulis
torrentium arnon qui in tranſitu filioꝝ iſrl' in
clinati legunt̄. Hec aūt predicte figure ſunt: p̱
iſrl' ergo ⁊ iacob intelligit̄ chriſtian⁹ pp'ls q̄ pri
us eſt iacob. i. luctator poſt iſrl'. i. videns deū: p̱
egyptū vō que interpretat̄ tenebre ſeu afflictio
intelligit̄ ſeculū a quo ſpiritaliter ⁊ mente eſt re
cedendū. Sic eni quiſq꞉ hierl'm celeſtis idone
us ciuis fit cum primo huic ſeculo renūciaue=
rit queādmodū ipe pp'ls in terrā ꝓmiſſiōis du
ci nō potuit niſi p̄us ab egypto recederet. Sꝫ
ſicut ille nō inde diſceſſit niſi diuino liberatus
auxilio ſic nemo corde ab h̄ ſeculo auertit̄ niſi
diuine miſericordie munere adiuuet̄. Sicut ḡ
pp'ls ille cum exiret de egypto ſanctificat⁹ ⁊ po
tens factus eſt in iudea ita chriſtianū pp'lm ex=
euntē de pctīs ⁊ ꝯfitentē fidē trinitatis ſanctifi
cat ꝯfeſſio. Iudea eni ꝯfeſſio interpretat̄ ⁊ p̱ eā
fact⁹ iſrl' fit potēs ad reſiſtendū pctīs ⁊ vt fili⁹
dei fiat. Et h̄ (mare). i. gentilitas vel ſeculi pctō
res (vidit) ⁊ intellexit ſcꝫ ſctōs p̄dicatores ſup=

plantatores viciorum ⁊ aīas videntes deū (⁊ fugit).i. nō potuerūt reſiſtere apl'is qꝛ deus erat in illis ⁊ ſic ceſſerūt ⁊ ſiluerūt vt tibi ſine cōtradictione ad libertatē ſpiritualē via panderet̄ (et iordanis) qui interpretat̄ deſcenſus.i. humiles baptizati (conuerſus eſt retrorſum).i. ad eum vnde orti ſunt redierūt. Et tunc (montes) ſcꝫ apl'i ceteris pemīnētes (exultauerūt) ⁊ gauiſi ſūt qꝛ peccatores cōuerſos viderūt (vt arietes).i. vt totius gregis dñici duces ⁊ pncipes duobꝫ teſtamētis qſi duobꝫ cornibꝫ muniti (et colles) dicti a colendo.i. minores qui ſemen fidei receperūt exultauerunt (ſicut agni ouiū) hūiles ⁊ innocentes lacte ad huc indigentes ab arietibꝫ p euangelium in fide generati Sed.

**Quid eſt tibi mare ꝙ fugiſti: et tu iordanis qꝛ conuerſus es retrorſum.**

Quid eſt tibi) o (mare ꝙ fugiſti ⁊ tu) o (iordanis) quid eſt tibi (quia cōuerſus es retrorſum) Et o vos.

**Montes exultaſtis ſicut arietes: et colles ſicut agni ouium.**

Montes) qd fuit vobis ꝙ (exultaſtis) ſicut arietes) ⁊ o vos (colles) quid fuit vobis ꝙ exultaſtis (ſicut agni ouiū).q.d. Unde venerūt iſta mirabilia in mari rubro in iordane in montibꝫ et collibꝫ. Interrogat quare hec facta ſint vt admirationē excitet. Et quaſi rñdens queſtioni ſcđe de montibꝫ ⁊ collibꝫ ſubiungit.

**A facie domini mota eſt terra: a facie dei iacob.**

A facie).i. a pñtia (dñi) deſcendentis (mota eſt terra) ⁊ ex terre motu ad pñtiam dei facto h' puenit ſcꝫ (a facie) ⁊ pñtia (dei iacob) qui nō eſt deus recens. Ex hoc etiā patet ſolutio prime queſtionis de mari ⁊ iordane qꝛ factū eſt ad pſentiā dei qui hoc voluit fieri.q.d. a diuina voluntate ꝓceſſerunt omnia cui etiā obediunt inſenſibilia.

**Qui cōuertit petram in ſtagna aquarū: et rupem in fontes aquarum.**

Qui) etiā (cōuertit petrā in ſtagna aquarū) ſcꝫ faciendo vt de petra fluerent aque abundāter. Nā moyſe eleuāte manū et pcutiēte virga bis ſilicē egreſſe ſunt aque largiſſime (⁊ rupem in fontes aquarum) repetitio eſt euidens ſub alijs verbis. Hec etiam ſpiritualiter intelligunt̄ ac ſi diceret̄. Quid eſt tibi o ſeculū quia tua impedimenta ceſſerunt et quid eſt vobis o tot milia credentiū toto corde huic mundo renunciantium ꝙ ad veſtrū deū cōuertimini. Item quid eſt ꝙ gaudetis o duces et fideles diſpenſatores verbi veritatis ⁊ quod eſt ꝙ gaudetis o ſubditi ⁊ minores qui tpalia non relinquitis ſed bene diſponitis. Qui reſpondebūt. Ideo gaudemus quia (a facie dñi).i. a cognitione et preſentia dñi qꝛ deus in ſuis pdicatoribꝫ erat qui dixit ecce ego vobiſcū ſum vſqꝫ ad conſūmationē ſeculi (mota eſt terra).i. homines terreni a ſua ſupſtitione ad cultū dñi qui eſt deus iacob.i. luctantiū exvicia ſupplantantiū. Ipſe eſt etiā (qui cōuertit petrā in ſtagna aquarū ⁊ rupē in fontes aquarū) Iſta petra ⁊ iſta rupis eſt chriſtus qui ſeipm prius durū cū ignoraret̄ liquefecit vt de eo manarent aque gratiarū ⁊ doctrinarū de eo enim quattuor flumina hoc eſt quattuor euangelia exierunt ⁊ totū mundū irrigauerunt et ipſe miſit ſpiritū ſanctū de quo dicebat ſi qs ſitit veniat ⁊ bibat Sed iam gratia cōmendatur cum ſubinfertur.

**Non nobis dñe non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.**

Nō nobis) iudeis o (dñe nō nobis) gentibꝫ (ſed nomini tuo da gloriā) de predictis mirabilibus ⁊ beneficijs.i. fac vt inde nomen tuū glorificet̄ ⁊ nō noſtris meritis nō nr̄is viribꝫ aſcribatur. Gratia quidē iſta nō quaſi ex operibꝫ et meritis precedentibꝫ data eſt ſed miſerante illo qui iuſtificat impiū ne vllam ſuam homines ſed nominis dei quererent gloriā ⁊ nec nomen eius glorificet̄ in omnibꝫ gentibꝫ qꝛ pro bonis gratis vobis datis apparet glorioſus: gloria ei eſt cum dat immeritis: da inqꝫ gloriam nomini tuo.

**Super miſericordia tua et veritate tua nequando dicant gentes vbi eſt deus eorum.**

Sup miſericordia tua et veritate tua) id eſt de mirabilibꝫ ⁊ beneficijs que feciſti miſericorditer ꝓ populo tuo vt impleres ꝓmiſſorum tuorum veritatē (nequando dicant gentes) blaſphemādo (vbi eſt deus eorum). Si enim non adimpleſſet ꝓmiſſa et nō feciſſet iſta videret̄ gentibꝫ ꝙ ſua virtus defeciſſet ⁊ ſuos ſaluare nō potuiſſet: hoc ſepe impij imputant bonis afflictis dicentes vbi eſt deus eorū: hoc etiam ſolent nobis dicere gentes que habent deos viſibiles qꝛ inuiſibilē deū colimus. Sed iam tot mirabilibus factis ꝓ nobis reſpondemus eis.

**Deus autem noſter in celo: omnia quecunqꝫ voluit fecit.**

Deus autē nr̄) eſt (in celo) ſurſum qꝛ omnia corpora celeſtia ⁊ terreſtria trāſgredit̄ ⁊ ibi magis relucet ſua poteſtas et gloria ꝙ tam potens

eſt in celo ⁊ in terra q̄ hic ⁊ ibi (omnia quecūq̄ voluit) vel in corporalibꝰ vel in ſpiritualibꝰ (fecit) per qđ omnipotens apparet ⁊ ita ex factura poterunt comprobare factorē ⁊ operibꝰ ſentire dei pn̄tiam. Deſiſtant ergo homines cōtra euꝫ loqui cogitare vel opari pverſe q꞉ ſuū facere et iudicare conſiſtit in ſola voluntate. Noſter quidem deus talis eſt ⁊ tam potens apparet ex operibus q̄ ipſi nō pn̄t dicere de diis ſuis q꞉.

**Simulacra gentiū argentū et aurū opera manuū hominū.**

Simulacra gentiū).i. idola ⁊ imagines q̄s tanquā deos colunt ⁊ dicit̄ ſimulacrū q꞉ ad ſimilitudinē alicuius hominis mortui fictū .ſūt (argentū et aurū) quo ad materiā de qua ſunt quam fecit deus hoc eſt ſunt creatura nō creator: habent quidem gentiles ⁊ lingnea ⁊ erea et marmorea ⁊ terrea ſed precioſiora ponit quoꝝ materia charior habet̄ et quibꝰ maior reuerentia exhibet̄ vt qui erubeſcit in his facilius erubeſcat in ceteris ⁊ ſunt (opa manuū hoīm) quo ad formā ſtulticia hominuꝫ ſup additā hoc eſt ſunt factura nō factor. Sunt ergo manu hominum ſed formata nō hn̄t membroꝝ officia Unde ſubdit.

**Os habent et nō loquentur: oculos habent et nō videbunt.**

Os habent) ſcꝫ ſcđm hominis ſimilitudinē (et nō loquent̄).i. non habent loquendi potentiam: homo ergo illis melior eſt q̄ loquit̄. hoc enim ꝓpriū eſt homini ſcꝫ loqui cetera vero que ſequunt̄ cōmunia ſunt homini cum beluis vt nō ſolū homines ſed etiā beluas ſcias ſimulacris eſſe anteponendas. Sequit̄ (oculos hn̄t) ſcꝫ in apparentia ⁊ nō in veritate (⁊ nō videbūt) .i. carent debita oculoꝝ opatione.

**Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt.**

Aures habent) ſcđm apparentiā nō ſcđm veritatem (⁊ nō audient) nec poſſunt in opationē auribꝰ deputatā (nares habent) in apparentia et nō in veritate (et nō odorabunt) nec gaudent narium operatione.

**Manus habent et nō palpabūt: pedes habent et non ambulabunt: non clamabūnt in gutture ſuo.**

Manus habent) ſcđm apparentiā nō ſcđm veritatē (et nō palpabunt) nec poſſunt in debitam manuū operatōnē hoc etiā ſymie pn̄t que manibꝰ cōtrectant ⁊ meliores illis ſunt (pedes habent) ſimilitudinarie ⁊ nō verē (et nō ambulabunt) exercendo pedū officiū ⁊ ſimiliter licet videant̄ habere guttur (nō) tn̄ (clamabūt i gutture ſuo) nec habent eius vſum. Unde melior eſt illis beſtia que ſi nō loquit̄ clamorē tn̄ habet in faucibꝰ. Meliora ergo ſunt aīalia bruta que ⁊ vitā et ſenſum habent et ſi pudet adorare bruta animalia multo magis ſimulacra que et vita ⁊ ſenſu carent. Et q꞉ talia ſunt ſimulacra.

**Similes illis fiant qui faciūt ea: et oēs qui confidunt in eis.**

Similes illis) ſcꝫ ſimulacris (fiant) carendo vita ſpirituali ſicut illa ſenſibili. In animo ſimiles efficiunt̄ dum nō emendant̄ q꞉ mēte inſenſibiles facti nec vident nec intelligūt nec diſcernunt. Non optat hoc ſed p̄dicit. Uel (ſimiles illis fiant).i. ſimiles ſe eis eſſe intelligant vt diſſimiles fieri laborent (qui faciūt ea) p ſculpturā vel fuſurā (⁊ oēs qui ꝯfidūt in eis) et ea adorant nō ſolū qui faciūt. Nihil eis peius eē poteſt q̄ꝫ vt diis ſuis ſil'es ſcꝫ: muti: ceci: ſurdi: et oīo inſenſibiles intus fiant. Moraliter vniuſcuiuſq̄ hoīs ſimulacrū et deus eſt qđ venerat̄ et colit ſicut auari deꝰ pecunia: caſtrimargi deꝰ venter ⁊ ſic de ſilibꝰ (Os habēt ⁊ nō loquent̄) veritatē ⁊ iuſticiā defendendo vel que ad eos ptinent ore nō exercēdo (oculos) ſcꝫ corpis (habent) ad ꝯcupiſcendū tpalia (⁊ nō videbūt) oculis mentis ad ꝯtemplandū eterna (aures habent) corpis (⁊ nō audient) precepta dei auribꝰ audiendi ⁊ cordis (nō hn̄t) corpis (⁊ nō odorabunt) intus chriſti bonū odorē de q̄ dicit apoſtolus bonus odor ſumus deo. (Manus hn̄t et nō palpabūt) bene opando (pedes hn̄t ⁊ nō ambulabūt) in via dn̄i ⁊ de virtute in virtutem (nō clamabūt in gutture ſuo) Illi clamant in gutture quoꝝ vox pcedit ex corde garruli vero et blandiloqui in labioꝝ ſūmitate. Boni vero clauſtrales ſenſus ſuos cohibētes (os hn̄t ⁊ nō loquent̄) inutilia vl' nociua (oculos hn̄t ⁊ nō videbunt) vana ad ꝯcupiſcendū vel delectandū (aures hn̄t ⁊ nō audient) detractōes et q̄ edificant (nares hn̄t ⁊ nō odorabūt) illicita (Manus hn̄t ⁊ nō palpabunt) tangendo illicita vel opando mala aut inutilia (pedes hn̄t ⁊ nō ambulabūt) alicubi ſine licentia vel ad mala (nō clamabunt in gutture ſuo) ſilentiū frangendo vel in corde murmurando. Ita gentes cōfidūt in ſimulacris qui iuuare nō poſſunt. Sed.

**Domus iſrael ſperauit in dn̄o: adiutor eorum et ꝓtector eorum eſt.**

Domus iſrael).i. ſubditi in eccl'ia (ſperauit) qđ nō videt̄ (in dn̄o) mundo abiecto et ideo vt pduret vſq̄ in finem patientia eoꝝ (adiutor eorum) in bonis agendis (⁊ ꝓtector eoꝝ eſt) cōtra mala īminentia. bene aūt nō ſolū adiutor ſed ⁊

ꝓtector dñs dicit̃ niſi enim ipſe adiuuerit nihil
poſſumus facere ⁊ niſi protegendo cuſtodierit
ea etiam in quibꝯ adiuuamur nõ poſſunt ꝑdeſ
ſe. Ne aũt videat̃ maioribꝯ iam eſſe res que mi
noribus ad huc eſt ſpes addit.

**Domus aaron ſperauit in dño: adiutor
eorum et ꝓtector eorum eſt.**

Domus) etiam (aaron). i. etiam ordo ponti=
ficum ⁊ ſacerdotũ qui ceteris ſunt ꝑlati (ſpera=
uit in dño) nõ in mũdo ⁊ ideo dñs (adiutor eo
rum) vt et ipſi ꝑſeuerãter extendant̃ in ea que
ante ſunt ⁊ currant donec apphendant (⁊ ꝓte=
ctor eoꝝ eſt) ne eis noceat̃. Ideo minoꝝ ⁊ ma=
iorum eſt dñs adiutor ⁊ ꝓtector q꞉ vtriq꜔ timẽt
dñm ⁊ vniuerſaliter omnes in eccleſia.

**Qui timent dñm ſperauerũt in dño: ad
iutor eorum et ꝓtector eorum eſt.**

Qui timent dñm) in omni gente (ſperauerũt
in dño) nõ in alio. Omnis mľtitudo fideliũ et
vniuerſalis eccľia in his verbis cõphendit̃
et dñs (adiutor ⁊ ꝓtector eoꝝ eſt) modo p̃dicto.
Spes ⁊ timor beatos faciunt ⁊ ſunt due mole
inter quas debet moli omnis chriſtianꝰ. Vt ſi
at panis corã deo reponẽdus. Si ſperas ⁊ nõ
times preſumis ſi times ⁊ nõ ſperas deſperas.
Spes ad alta ꝓficientes ⁊ de virtutibꝯ cogitã=
tes ꝑtinet: timor vero ad inchoantes ⁊ pctã ſua
ꝑ penitentiã corrigendo ad miſericordiã recur
rentes. Et hos enim et illos pius ⁊ miſericors
dñs adiuuat ⁊ ꝓtegit. Et q꞉ nullis noſtris me=
ritis preuenimus miam dei ſequit̃.

**Dñs memor fuit noſtri: et benedixit no
bis.**

Dñs) q̃ quaſi oblitus videbat̃ (memor fuit
noſtri) oſtendendo beniuolentiã ſuã ergo nos
ſcd̃m modũ loquendi hoim qñ quis facit nũc
bonũ qđ p̃us nõ faciebat (et benedixit nobis)
omni benedictiõe ſpirituali bona ſpiritualia dã
do ⁊ multiplicando. Et exponens quibus be=
nedixit declarat primo in minoribꝯ d.

**Benedixit domui iſrael: benedixit domui
aaron.**

Benedixit domui iſrľ). i. ſubditis in eccľia
ſcđo in maioribꝯ ſcꝫ prelatis (benedixit domui
aaron). i. pontificibꝯ ⁊ ſacerdotibꝯ ſuis. Tercio
generaliter in omnibꝯ deũ colentibꝯ hoc eſt in
vniuerſali eccleſia dicens.

**Benedixit omnibꝯ qui timent dominũ:
puſillis cum maioribꝯ.**

Benedixit omnibꝯ qui timent dñm) timore
caſto ⁊ hoc ſine ꝑſonaꝝ acceptõne. Vñ ſubdit
puſillis cum maioribꝯ). i. indifferenter omnibꝯ
imꝑfectis ⁊ ꝑfectis. Nullũ genus ⁊ nullus gra
dus excludit̃ hoim dum tñ timeant dñm. Sꝫ
q꞉ benedictio dñi ſemꝑ creſcit in eis qui in eiꝰ
ſeruitute ꝓficiunt bene pſalmiſta imprecando
illis bonoꝝ augmentũ ſubiũgit dicens.

**Adiiciat dominus ſuꝑ vos ſuꝑ vos et ſu
per filios veſtros.**

Adiiciat). i. apponat ⁊ addat dñs ſcꝫ bene=
dictionẽ ⁊ bona (ſuꝑ vos) o p̃res ⁊ magiſtri (ſu
per vos) inquã (et ſuꝑ filios veſtros). i. diſcipu
los ⁊ imitatores. Et ita factũ eſt. Acceſſit enim
fides omniũ gentiũ et creuit numerus nõ ſolũ
ſapientiũ antiſtitũ et magiſtroꝝ ſed etiã obediẽ
tium ꝑpľoꝝ et diſcipuloꝝ adiiciente dño nõ ſo
lum ſuꝑ patres ſed etiã ſuper filios eoꝝ: ꝓinde
vtriſq꜔ puſillis ⁊ magnis dicit ꝓpha qđ ſequit̃.

**Bñdicti vos a dño q̃ fecit celũ et terrã.**

Benedicti) eſtis (vos) vtriſq꜔ ſcꝫ p̃res et filij
(dño). i. honori dñi vt ei ſeruiatis. Vel (a dño)
ꝑ aſſecutionẽ gr̃e in p̃nti ⁊ glorie in futuro (q̃ fe
cit celum) ſcꝫ apoſtolos ⁊ maiores de quibꝯ di
citur celi enarrant gloriã dei (et terrã) ſcꝫ ꝑpľm
et minores qui reſpectu maioꝝ ſunt ſicut terra
ad celum. hoc autem.

**Celum celi domino terram autem dedit
filijs hominum.**

Celũ) dedit (celi dño) qm̃ apľos et maiores
ſubdidit filio ſuo q̃ celi ⁊ terre dñs eſt q꞉ illi ma
gnum ſoli dans dociles ſunt ⁊ ꝑ ipm̃ vbertatẽ
ſapie capiũt (terrã aũt) ſcꝫ ſubditos ⁊ minores
(dedit filijs hoim). i. apľis ⁊ maioribꝯ vt vome
re p̃dicatõis ⁊ doctrine excolant ad fructificã=
dum ⁊ q꞉ alia eſt multitudo reproba q̃ ad iſtos
nõ ꝑtinet que a dño nõ benedicit̃ ſed maledici
tur ſubiungit de ea ⁊ conuerſa ſermone ad do=
minum dicit.

**Non mortui laudabunt te domine: neq꜔
omnes qui deſcendunt in infernũ.**

Non mortui) in pctĩs ac tibi. ⁊ a te qui eos ve
ra vita priuitatibꝯ ſuis ſepari (laudabũt te do=
mine) q꞉ nõ eſt ſpecioſa laus in ore pctõris (ne
q꜔ oms). i. aliqui omniũ (q̃ deſcendũt in infer=
num). i. in ꝓfundũ vicioꝝ. laudabũt te q꞉ im=
pius cum venerit in ꝓfundũ maloꝝ ꝯtemnet
Illi inquam non laudabunt.

**Sed nos qui viuimus benedicimꝰ dño
ex hoc nunc et vſq꜔ in ſeculũ.**

Sed nos qui viuimus) vita gr̃e in ea ꝑſiſtẽ
do ⁊ teverã vitã ſequendo. i. quos viuificabit di
uina gr̃a in bonis oꝑibꝯ qui fidem ⁊ oꝑa habe
mus (benedicimꝰ dño). i. laudamus dñm. ta
les enim dñm digne laudare poſſunt ſicut ſcri
ptum eſt rectos decet laudatio (et hoc) id eſt ex
quo incepimus (et nunc) ſcilicet modo ⁊ ꝓgre=

diendo(⁊ vſq̧ in ſeculū).i.ſine fine q2 ex h̄ tem
pore vſq̧ in eternū laudandus eſt dn̄s.

Oratio.

Eſto nobis dn̄e adiutoꝛ et ꝓtectoꝛ in te ſpe-
rantibꝫ ⁊ memoꝛ nos feciſſe de terra da vt ſem
per viuamus in laude ſupna. Per.do.

Pſalmus de gratiarū actione ꝓ exau
ditione oꝛationis liberati a multis peri
culis et de oꝛatione ꝓ requie inuenien-
da poſt huiuſmodi beneficiū liberatōis.

ps.cxiiij.

# Dilexi quoniā ex
audiet dn̄s vocem oꝛatōis mee.

Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Ti
tulus eſt all'a.i.laudate dn̄m:hic titulꝰ ſepe ite-
ratur q2 laudatio dei ⁊ dignitas eſt operū ⁊ pre
cium eſt laboꝝ.i.⁊ meritū eſt ⁊ premiū. Mate-
ria gratiarū actio de exauditōe oꝛōnis ꝓ libe-
ratione a malis et oꝛatio ꝓ reqe poſt huiuſmōi
gratiā liberatōis. Intentio:monere ad dei lau
dem ⁊ in omni afflictōe recurrere ad deū ꝑ oꝛa
tionē. Sententia in generali ꝓpha in iſto pſal-
mo in ꝑſona cuiuſlibet fidel' ad magnā ⁊ inſtā
tem petitōꝫ ſuā de ꝓfunda pctōꝝ fouea vel de
afflictōne ſpirituali ſiue coꝛꝑali ſe diuinitꝰ libe
ratum eſſe recognoſcens gr̄as agit ⁊ iterū oꝛat
vt liberatus ad requiē veniat. Et eſt iſte pſalmꝰ
ꝯſolatio fideliū cōtra doloꝛes ſeculi: in hoc eti
am pſalmo ⁊ tribus ſequentibꝫ ipm̄:ſunt alie et
alie ratōes laudandi deū. Sententia in ſpecia
li ꝓpheta ergo in ꝑſona liberati gr̄as agēs deo
ait(Dilexi)ſcꝫ dn̄m nō ꝓpter tꝑalia bona mihi
data vt infideles ſed(qm̄ exaudiuit)ipſe(dn̄s)
ſicut certitudinaliter ſpero(vocē oꝛatōis mee)
in anguſtijs. Quia dilectionē ſpes boni futuri
ſolet accendere inde dilexiſſe ſe dicit qm̄ ſpera-
uit exauditurū deū vocē oꝛatōnis ſue. Tria no
bis cōmendant̄ in h̄ verſu ſcꝫ fides ſpes ⁊ cha
ritas:fides enim oꝛat:ſpes futura ꝑſtolat̄:cha-
ritas coꝛroboꝛat fidem ⁊ ſpem ſed fides ⁊ ſpes
nutriunt charitatē:maxime cū deū diligimus
ꝓpter inuiſibilia ⁊ eterna que ſperamꝰ ⁊ credi-
mus. Inde aūt ſpero qm̄ exaudiet.

**Quia inclinauit aurē ſuā mihi:et in die
bus meis inuocabo.**

Quia)iam(inclinauit aurē ſuā mihi) dicit̄
per ſimilitudinē auris,dei miſericoꝛdia ipſius
quam videt̄ inclinare cū nos clementer digna
tur audire:aurē ſingulariter ſuaꝫ inclinauit qn̄
filiū ſuū nobis miſit ⁊ ꝓ nobis in moꝛtē dedit.
Inclinatio ergo ſue auris ꝓbatio eſt future ex
auditōnis ⁊ idcirco in hoc ego expertus miſeri-
coꝛdiam(inuocabo)eum ⁊ eius auxiliū(in die
bus meis).i.in diebꝫ mee miſerie quos mihi fe
ci peccando qui ſunt pleni laboꝛis et doloꝛis.
Uel(in diebus meis)preſentibꝫ.i.in diebꝫ ſa-
lutis mee tꝑe ſcꝫ acceptabili. Modo enim ⁊ in
hac vita tm̄ ſunt dies noſtri ad inuocandū. Ex
neceſſitate aūt magna cōpelloꝛ inuocare q2.

**Circūdederūt me doloꝛes moꝛtis:et pe
ricula inferni inuenerunt me.**

Circūdederunt me doloꝛes moꝛtis).i.vehe
mentiſſime tentatōes peccati que pariunt do-
loꝛem moꝛtis vl' ipa etiā pctā que ſūt cauſa do-
loꝛis ⁊ moꝛtis eterne q̄ moꝛs erit in inferno. vn̄
ſequit̄(et ꝑicula inferni).i.debita ⁊ reatus pe-
narum inferni(inuenerūt me)aberrantē abſq̧
te ⁊ expoſitū malis ita vt in inferno puniar ni-
ſi adiuuer in tentatōnibꝫ iſtis ⁊ liberer a pecca
tis. Ego vero ea nō inueniebā q2 ꝓſperis ſecu
li gaudebā in quibꝫ plus fallunt inferni peri-
cula ⁊ ſuffuſus carnali voluptate nō animad-
uerti mala me circūdantia. Illa ergo mala pri
us inuenerunt me neſcientē ſed poſt etiam ego
tandem.

**Tribulationē et doloꝛē inueni: et nomē
dn̄i inuocaui.**

Tribulationē).i.afflictionē ex timoꝛe(et)per
ꝯſequēs(doloꝛē)interioꝛē de ꝑiculis (inueni)
q2 ꝑ illā afflictionē ex timoꝛe inueni ⁊ cognoui
meā miſeriā interioꝛē quam neſciens habebaꝫ
ſcꝫ doloꝛes moꝛtis et ꝑicula inferni: ꝓſꝑa enim
vana me ſeducebant ⁊ vtilitas tribulatōis me
latebat quam tribulationē deus infert hoī ad
vtilitatem q2 ꝑ flagella exterioꝛa cognoſcit ho
mo ſuam miſeriā interioꝛē ⁊ ideo cognita mea
miſeria(nomen dn̄i inuocaui) in his tribula-
tionibus ⁊ ꝑiculis ſatagendo vt ꝑ eum libera-
rer ab ipis. Inuocaui inq̧ꝫ.d.

**O dn̄e libera animā meā: miſericoꝛs do
minus et iuſtus:et deus noſter miſeret̄.**

O dn̄e)qui potes om̄ia(libera animā meā)
ab his miſerijs ne tantis ꝑplexitatibꝫ inuolu-
ta pereat in eis et nullus dubitet liberari ſi de-
uote clamauerit q2(miſericoꝛs)eſt(dn̄s) parcē
do delictis ⁊ tm̄ iuſtus q2 flagellat ꝓ eis ne mi-
ſericoꝛdia remiſſio credat̄ inutilis(⁊ deus no-
ſter)iteꝝ(miſeret̄)q2 recipit ad beatitudinē quē
flagellat nec tam amaruꝫ debet eſſe ꝙ flagellat
q̧ꝫ dulce ꝙ recipit. Erige aures pctōꝛ miſeri-
coꝛs eſt dn̄s ſed noli eſſe negligens ſequit̄ enī
(et iuſtus ⁊ deus) inquit (noſter miſeretur) nō
dicit de preterito ſed preſenti vt ſemper eum mi
ſericoꝛdem oſtendat. Semel etiam iuſtum po
ſuit et bis miſericoꝛdem quia nō tanta habeo

bona quanta mala. Incipiunt grauare pecca
ta mea ⁊ vincit in ſua mia. Miſeret̃ inq̃ȝ q̃.

**Cuſtodiens paruulos dn̄s: humiliatus ſum et liberauit me.**

Cuſtodiens) eſt vt paſtor (ꝑuulos) .i. humi-
les (dn̄s) vt grandes faciat heredes ſi quis ſe
hũiliat huius miſeret̃ dn̄s ⁊ cũ cuſtodit ⁊ quan
to minor quis eſt apud homĩes tãto maior eſt
apud deũ. Et expꝰto credite q: ego (humiliatus
ſum) veraciter corã ipo (et) ideo (liberauit me)
ab anguſtijs meis ſua gr̃a ⁊ virtute. Deĩde hor
tatur animã ſuã vt conuertat̃ ad deũ. Unde re
quies eſt. q. d. Et q: dn̄s eſt miſericors ⁊ cuſto-
diens paruulos ergo.

**Conuertere anima mea in requiẽ tuam quia dn̄s bene fecit tibi.**

Conuertere) o (anima mea) affectõe et deſi-
derio (in requiẽ tuã) .i. ad deuȝ in q̃ ſolo eſt tibi
mentis reqes non tñ deſidia vt opari ceſſes. Et
merito cõuertere (q: dn̄s bene fecit tibi) ⁊ mul-
tis ꝑiculis te liberando ⁊ cuſtodiendo ac varia
dona tibi dando. Talis actio debet eſſe anime
que tendat ad quietaȝ ſecuritatẽ nõ que augeat
inquietũ laborẽ. Requies nr̃a chriſtus eſt deꝰ
noſter. Si qñ fuerimꝰ in anguſtia et cepit nos
cogitatio captiuare in pctm̃ dicamus cõuerte
re anima mea in requiẽ tuã. Ita bene fecit.

**Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lachrymis: pedes meos a lapſu.**

Quia eripuit animã meã de morte) infideli
tatis: peccati: ⁊ eterna (oculos meos a lachry-
mis) ꝑ lapſu ⁊ peccatis (pedes meos) ⁊ affectꝰ
(a lapſu) ⁊ ꝑiculo peccandi de morte infidelita
tis: poteſt intelligere homo fidelis iam ereptaȝ
eſſe animã ſuã eo ipo quo ex infideli fidelis ef-
fectus eſt. Eripuit etiaȝ in p̄nti a morte peccati
ſed in futuro eripiet a morte eterna. Cetera ṽo
duo ſpe cõpleta ſunt in eis que nõdum ex hac
vita emigrauerũt ſed nõ in re. Nunc enĩ cum
lapſus nr̃os ꝑiculoſos cogitamus nõ ceſſant
oculi a lachrymis: tunc aũt eripiet oculos no-
ſtros a lachrymis qñ ⁊ pedes a lapſu. Uñ ſub
iungens nõ ait placeo ſed.

**Placebo dn̄o in regione viuoꝝ.**

Placebo dn̄o) ꝑfecte in futuro qñ nullꝰ erit
lapſus nullũ infirme carnis lubricũ et hoc (in
regione viuoꝝ) .i. eternaliter viuentiũ ſcȝ in ce-
leſti regno ⁊ gloria btõꝝ vbi nemo morit̃. Ibi
enĩ anima ſemꝑ viuit ibi cũ corpe de immor-
talitate letat̃ vbi ſatis oſtendit ab ea pte nõduȝ
ſe placere deo que eſt in regione morientiũ .i. in
carne mortali qm̃ in p̄nti ſeculo ꝑfectus iuſtus
nemo eſſe poteſt nec enim mũdus a pctõ nec ſi
vnius diei fuerit vita eius. Oratio.

Ablutor peccaminũ dn̄e qui animã te fide-
liter inuocantẽ velociter ꝯſolaris rogamus vt
nos a ꝑiculis inferni erutos in regione viuoꝝ
ablata peccati morte reſtituas. Per dn̄m.

**Pſalmus de conſtantia fideliũ et ſanctorum martyrũ in fide et cõfeſſione ꝓpter chriſtũ alios ad hoc ipm̃ ſuis verbis et exemplis ꝓuocantium.**

Pſ. Cxv.

**Credidi propter** quod locutus ſum: ego aũt humi-
liatus ſum nimis.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus eſt al
leluia: voce laudis ꝯgrue ꝑtitulat̃ iſte pſalmus
q: in h̃ pſalmo ṽba ſunt martyꝝ qui ꝯfeſſione
viguerũt et premia dei ꝯſecuti ſunt. Materia:
ꝯſtantia fideliũ ac ſctõꝝ martyrũ in fide ⁊ ꝯfeſ
ſione. Intentio: monere ad dei laudẽ: ꝓ donis
iſtis fidelibꝰ collocatis. Sententia in generali
ꝓpheta in iſto pſalmo loquit̃ in ꝑſona martyrũ
inuictoꝝ quãta ꝓ fide ꝑtulert̃ alijs referẽtiũ vt
ſui exẽplo ꝯſtanter in paſſionibꝰ ſe habeãt ⁊ cõ
memorat dei bñficia ſcȝ fidẽ ⁊ ꝯfeſſionẽ q: cre
diderunt in fidẽ chriſti nõ obſtantibꝰ multis et
magnis tribulationibꝰ publice cõfeſſi ſunt ac
glorioſam mortẽ ꝓ chriſti noĩe ⁊ catholica fide
ꝯſtanter ſuſceperunt. Sn̄ia in ſpeciali ꝓpha g̃
in ꝑſona martyꝝ cõmemorans dei bñficia ait
(Credidi) ſcȝ vere ⁊ ꝑfecte (ꝓpter qd̃ locutꝰ ſuȝ)
.i. cõfeſſus ſum ꝯſtanter ea que credidi nõ nega
ui cibaria ꝯſeruis: non tacui corã ſpiculatore.
Credenti neceſſe eſt loqui nõ eniȝ ꝑfecte credit
qui qd̃ credit vel pigritia vel timore non loquit̃
debet enĩ loquendo alios lucrari vt mereat̃ au
dire intra in gaudiũ dñi tui. Si martyres qui
dam moriendo tm̃: quidã etiam loquendo ſub
diſcrimine gladij ꝯfeſſi ſunt quãto magis nos
ꝯfiteri debemꝰ in ſecuritate (ego aũt humiliatꝰ
ſum nimis) ab eis qui veritati ꝯtradicũt .i. paſ
ſus ſum multa ꝓpter verbũ dei qd̃ fideliter tene
bam. Et ne vera confeſſio viribꝰ hominis de-
tur ſubiungit.

**Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.**

Ego) aũt nõ attribuens mihi cõfeſſionẽ (di
xi in exceſſu meo) .i. in extaſi ſcȝ mẽte rapta ad
ſupna ⁊ ad pure ṽitatis cognitõẽ vel in pauore
paſſionũ ſeu infirmitatis mee dixi inq̃ȝ hoc ſcȝ
(oĩs homo) de ſe p̄ſumens (mendax) eſt ex ſe et
fragilitate ſue nature et nõ audet ꝯfiteri deum

ſicut petrus qꝛ cõfidit de ſe negauit. Sed gra⸗
tia dei verax efficit̃ vt ꝑſſuris nõ cedens qđ cre
dit libere ⁊ publice ꝯfiteat̃. Natura eni͂ huma
na horret penas et ideo ~~nũ~~ ꝯfiteri deũ ſed gra
tia excludit timorẽ vt audacter loquat̃ veritatẽ
Qđ videns iſte gratia dei factũ in ſe ſubdit.

**Quid retribuã domino : ꝓ omnibꝫ que retribuit mihi.**

Quid) ergo (retribuã dño) ſcꝫ cõdignũ (pro
omnibꝫ) ſcꝫ bonis ſuis (q̃ retribuit mihi), ꝓ ma
lis meis. Retribuit eni͂ dñs hoibꝫ bona ꝓ ma⸗
lis: paſſus ꝓ ꝑcedẽtibꝫ eoꝝ peccatis: cui hoĩes
retribuũt mala ꝓ bonis ꝑ ingratitudinẽ et of⸗
fenſam frequentẽ. q. d. Quid habeo dignũ qđ
illi ꝓ ſuis bñficijs retribuã? nihil condignum
reddere poſſum. quodcũq; illi dedero ipſius eſt
et magis illi reddo ꝗ̃ dono. vnde nõ inueniẽs
iſte quid retribueret niſi ex his que ipſe dñs pri
or retribuit ſubiungit.

**Calicem ſalutaris accipiã: et nomen domini inuocabo.**

Calicẽ). i. paſſionẽ que dicit̃ calix. qꝛ ſub mẽ
ſura bibit̃: fidelis eni͂ deus nõ ꝑmittit nos ten
tari ſupra id qđ poſſumus (ſalutaris). i. ſalutis
qꝛ in eternã ſalutẽ ꝑpinat̃. Uel (ſalutaris). i. ie⸗
ſu qui prior paſſus eſt docens nos ſuas paſ⸗
ſiones tanq̃ exemplar imitari (accipiã) amore
et deſiderio ad mortẽ me ꝑparando. q. d. pocu⸗
lum paſſionis bibã ꝓ illo qꝛ prior bibit ꝓ me
et iſta ſola digna eſt cõpenſatio paſſionis eius.
Et hoc ipſm martyriũ non eſt mee virtutis ſed
gratie dei qꝛ nõ ſum verax niſi eius dono ꝓpte⸗
rea nõ poſſuꝫ eum bibere niſi deũ innocauero
et ideo nõ in me ſed in dño ꝯfiſus (nomen dñi
inuocabo) in auxiliũ. Et tandem.

**Uota mea dño reddaꝫ coraꝫ omni pp̃lo eius precioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius.**

Uota mea). i. deſideria mea moriẽdi ꝓ chri
ſto (dño reddã) ipſo actu ⁊ hoc (corã omni pp̃lo
eius) nõ erubeſcens mori ꝓ ipſo vt exinde laus
dei creſcat ⁊ alij exemplũ capiant. Reuera q̃ſq;
ſeipſm vouere debet ſeipſuꝫ reddere imago ſua
reddat̃ ceſari: imago ſua reddat̃ deo. Nec mi⸗
ꝝ ꝙ ita facio qꝛ (precioſa). i. chara grata et acce⸗
pta eſt (in cõſpectu dñi) cuicũq; videat̃ vilis et
abiecta (mors ſanctoꝝ eius) qꝛ ꝑ ipſa morte tẽ
porali reddit vitã eternã. Uel (precioſa). i. ꝑcio
mortis eius empta emit eni͂ eam ſanguine ſuo
quem ꝓ eis prior fudit ne ꝓ eo mori dubitarẽt
Confiteat̃ itaq; ꝯditionẽ ſuã mancipiũ tanto
precio comparatũ ⁊ dicat.

**O dñe qꝛ ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus et filius ancille tue.**

O dñe) qꝛ precio nos comparaſti ꝯfiteor ꝯdi
tionem meã (qꝛ ego) ſum (ſeruus tuus) qꝛ redẽ
ptus ⁊ emptus precio magno ſcꝫ ſanguine pre
cioſo (ego ſeruus tuus) obediens in omnibꝫ: re
petitio ſermonis indiciũ videt̃ eſſe affectõis ſi⸗
ue deuotõis (⁊ filius ancille tue). i. eccl̃ie que eſt
ancilla in pñti dũ ſeruit ⁊ militat: libera in pa⸗
tria dum triũphat ⁊ regat: vel eadẽ ancilla hic
et libera: ancilla quantũ ad carnẽ: libera quan
tum ad ſpiritũ qꝛ in libertate ſpiritus ſeruimꝰ.
Et merito ꝓ te debeo mori ⁊ libenter immolor
tibi qđ totũ ꝑ te eſt qꝛ nõ mee vires nõ mea me
rita ſed tu.

**Dirupiſti vincula mea : tibi ſacrificabo hoſtiã laudis: et nomẽ dñi inuocabo**

Dirupiſti vincula mea). i. vincula pctõrum
meoꝝ vincula malaꝝ ꝯſuetudinũ: impedimẽ
ta huiꝰ ſeculi vt a fuga rediẽs religarer tibi: vl̃
(dirupiſti) virtute martyrij (vincula) peccatoꝝ
omnũ penalitatũ omniũ ſatiſfactionũ: qꝛ mar
tyriũ oĩa pctã abſumit ⁊ omnia ſanguine ab
luuntur. Iſte verſus vt ait Caſſiodorus tante
virtutis a quibuſdã credit̃ vt pctã homi dimit
tantur ſi in fine vite trina ꝯfeſſiõe dicat̃. Et qꝛ
dirupiſti ideo (tibi ſacrificabo) vt gratꝰ (hoſtiã
laudiſ). i. ſacrificiũ laudis tibi debeo. ſ. me ipſm
ad te iugiter laudandũ vel ipſam laudẽ tanquã
hoſtiã (⁊ nomen dñi inuocabo) nõ fretus meis
viribꝫ. dicit hic Hyero. ꝙ ſicut martyres lau⸗
dant dñm pure in regione viuoꝝ ita ⁊ mona⸗
chi qui die ac nocte pſallunt dño debent eã⸗
dem puritatẽ habere martyrũ. Si quidẽ ⁊ ipſi
martyres ſunt. Qđ enim faciũt angeli in celis
hoc monachi faciũt in terris. Sacrificabo in
quam hoſtiã ſic qꝛ.

**Uota mea dño reddã in conſpectu oĩs populi eius: in atrijs domus dñi in medio tui hierl̃m.**

Uota mea) ſcꝫ ſacrificiũ laudis (dño reddã)
et offerã: hoc et ſupius dicit ſed nõ eſt fruſtra ꝙ
idem ſpiritus ſanctus replicauit. Cum eni͂ ſu⸗
perius dixiſſet vota mea dño reddã corã omni
pp̃lo eius ꝑmiſſum eſt calicẽ ſalutaris accipiaꝫ
vt hoc ſit votuꝫ deo reddere paſſionẽ martyrij
ꝓ amore eius ſuſcipere. Nunc vero dicens (vo
ta mea dño reddã in ꝯſpectu omnis pp̃li eius)
qꝛ premiſſum eſt tibi ſacrificabo hoſtiã laudis
huius voti redditionẽ poſſumꝰ intelligere ſa⸗
crificij et laudis immolationẽ. Neq; enim tñ
dño deo votum reddit̃ cum ꝓ eius amore cor⸗
pus hominis occidit̃ ſed hoc eſt ei magnũ vo⸗
tum reddere cũ interior homo ſpiritalı̃ amoris

gladio ſe immolans ſeipm̄ nō ceſſat deo in ſa-
crificiū laudis offerre. Adorabo ⁊ laudabo in-
quit dn̄m nō in occulto ſed (in ꝯſpectu omnis
ꝓpl'i eius) .i. corā omni cetu ſctoꝝ: ⁊ hic ⁊ in fu-
turo: publice eni laudari debet q̄ ꝑ omnib⁹ pa
tivoluit ⁊ h̄ (in atrijs dom⁹ dn̄i) quātū ad eccl'iā
militantē ꝑ quam tanquā ꝑ atriū intraꝰ ad do
mum dn̄i eternā nō manufactā ſcꝫ ad eccl'iam
triumphantē atriū eni eſt quaſi porticus ad in
grediendū mediū dom⁹ ⁊ (i medio tui hierl'm)
celeſtis ciuitatis quantum ad eccl'iam trium-
phantē vbi pax eſt ⁊ ſancti viſione dei letanꝰ.

Oratio.

Talis ſit queſumus dn̄e vita ſupplicuꝫ ſicut
eſt in ꝯſpectu tuo mors ꝑcioſa ſanctoꝝ vt a vin
culis pcti liberi mereamur future hierl'm gau-
dia prelibare. Per do.

Inductio ad laudem dei ꝓpter imple
tionem ꝓmiſſi de incarnatione chriſti ꝑ
quam facta eſt reparatio totius generis
humani. ps. cxvi.

Laudate dominū
omēs gentes: laudate eū omēs ꝓpl'i.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Ti
tulus eſt all'a qḋ eſt laudate dn̄m. Unde ⁊ pſal
mus incipit breuis eſt ille pſalmus ⁊ modicus
ſed omēs compendio ſue locutōis ſuperat ⁊ eſt
quaſi punctus pſalmoꝝ vn̄ diuerſe ſpēs for-
mantur: ꝯtinet eni omnē laudis materiā et ſub
cōpendio ea que ceteri pſalmi diffuſim ⁊ eſt mi
ra variatio cōtra tediū ſalutaria dicere mō pau
cis mō late. Materia: aduentus chriſti in car-
ne ꝓmiſſus miſericorditer ⁊ exhibitus. Inten
tio monere ad laudē dei ꝓpter ipletōꝫ ꝓmiſſi .ſ.
effectus incarnatōis chriſti. Sententia in ge-
nerali ꝓpha in iſto pſalmo inuitat oēs tam gen
tiles q̄ȝ iudeos ad laudē dei ꝓpter aduentū in q̄
repatio hoīs ꝑ ꝓphas miſericorditer ꝓmiſſa fu
it veraciter adimpleta ⁊ ꝯfirmata. Sententia
in ſpeciali. Omnes ḡ gentes ad laudeꝫ monet
dicens (Laudate dn̄m omnes gentes) .i. omēs
gentiles ad fidē chriſti cōuerſi vel vocati (lau-
date eum omnes ꝓpl'i) .i. iudei in duodecim tri
bus diuiſi. Uel (collaudate eum) vt ſit in vnū
redacta omniū laudatio qḋ eſt catholice eccl'ie
Ideo dicit omēs gentes omēs ꝓpl'i ne quis pre-
tereatur de toto orbe. Qḋ titulus ille ꝓnuncia
uit quem ſuꝑ crucē dn̄icam pilatus poſuit ſcri
ptum hebraice grece et latine rex iudeoꝛuꝫ hec
ſunt illa atria domus dn̄i et ille omēs ꝓpl'us de
quibus egit in pſalmo ꝓcedenti non ſoli iudei
Ne quis eni putaret ꝑ illa atria et omnē ꝓpl'm
ſolos iudeos ſignificari omēs monet ad laudē
dei: laudate inquam hac de cauſa.

Quoniā confirmata eſt ſuper nos miſe
ricordia eius: et veritas domini manet
in eternum.

Qm̄ miſericordia eius) .i. repatio hoīs mi
ſericorditer ꝓmiſſa (ꝯfirmata eſt ſuꝑ nos) ꝑ ef-
fectum incarnatōis q2 qḋ ꝑ ꝓphas ꝓmiſit ad-
uentu chriſti cōpleuit et firmauit miſericordiā
vt nunq̄ȝ moueaꝰ q2 qui dedit cuſtodit (⁊ veri-
tas dn̄i) .i. exhibitio ꝓmiſſiōis facte de chriſto
(manet in eternū) ſicut ⁊ chriſt⁹ vel q2 quicūq̄ȝ
ꝓmittit infallibiliter facit ſiue in eis que ꝓmit-
tit pijs ſiue in eis q̄ cōminaꝰ impijs. Et bn̄ dr
ꝯfirmata eē ſuꝑ nos miſericordia eius q2 quā-
uis ſine miſericordia nunquā fuerit cum etiaꝫ
nominatim miſericordia nūcupeꝰ ſuꝑ nos tn̄
eius miſericordia confirmata maior et mirabi
lior apparuit cum dn̄s ꝓ ſeruis: iuſtus ꝓ pecca
toribus: incarnari: naſci: multa pati: ⁊ mori di
gnaretur cum veritas etiam dn̄i manere nobi-
ſcum in eternū dignaꝰ ſicut ipa veritas pollice
tur dicens: non te deſerā nec derelinquā et ecce
ego vobiſcū ſum vſq̄ȝ ad ꝯſūmationē ſeculi.

Oratio.

Omnipotens pijſſime dn̄ator q̄ omniū gen
tium ore laudaris precamur vt dilates veritate
tua mentē noſtrā ⁊ confirmes ſuꝑ nos miſeri-
cordiam tuam. Per do.

Exhortatio ad dei laudē ꝓpter ſuā bo
nitatem et miſericordiā ac ꝓpter multi-
plicia beneficia ꝑ eum nobis miſericor-
impenſa. ps. cxvij.

Confitemini domi
no quoniā bonus: quoniā in ſeculū
miſericordia eius.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus eſt
all'a hoc eſt laudate dn̄m ad qḋ monet iſte pſal
mus qui eſt multis figuris decoratus. Mate-
ria: bonitas dei: multipliciaq̄ȝ ipſius bonita-
tis diuine beneficia nobis exhibita. Intentio
monere ad dei laudem ob cauſam multiplicē.
Sententia in generali ꝓpha in iſto pſalmo in
ꝑſona fidelis ꝓpl'i ſeu eccl'ie ⁊ ſpecialiter marty
rum alios ad imitationē ſui nunc verbis nunc
exemplis exhortantiū monet et incitat omnes
laudare dominū ratione ſue eximie bonitatis
et miſericordie quibus exaudit omnes inuo-
cantes eum in tribulatione. Unde non in ho-
mine ſed in deo ſolo dicit eſſe ſperandum quia
ipſe ſolus preſtat ſalutem. Sententia in ſpe-
ciali. Ad laudem ergo monens ait.

Confitemini dño)confeſſione laudis .i.lau
date dñm ꝯfitendo beneficia eius oms genera
liter(qm̄)ipſe ſolus(bonus eſt)eſſentialiter cui⁹
bonitati nõ eſt finis hoc eſt ꝓpriũ dñi qui ꝑ ſe et
ex ſe bonus eſt ſicut ipſe ait nemo bonus.ſ.ſua
bonitate niſi ſolus deus hec eſt precipua mate
ria ꝛ cauſa laudis illius qꝛ cum ꝓpter ſe laudaꝛ
laudaꝛ gratis et ſic laudandus eſt:tum ꝓpter vi
tam eternã minus gratis tuꝫ ꝓpter bñficia tꝑa
lia omnino nõ gratis:bona tñ eſt laus ſi referã
tur iſta ad alia nõ ſi ꝑncipaliter fiat ꝓpter tꝑa=
lia. Et in hoc patet ꝙ bonus eſt(qm̄ in ſeculũ)
id eſt in eternũ eſt et durat(miſericordia ei⁹) qꝛ
ſemper ſubuenit ꝛ miſericordie dona concedit.
Et ſpecialiter.

Dicat nunc iſrael qm̄ bonus: qm̄ in ſe=
culum miſericordia eius.

Dicat)confitendo ꝛ eſt qd ſentio de bonita=
te dei ſentiat ꝛ ꝯfiteatur mecũ(nunc)ſcꝫ nõ dif
ferendo(iſrael).i. quilibet ſubditus in eccl'ia ꝑ
fidem videns deũ hoc ſcꝫ(qm̄ bonus)eſt ꝛ(qm̄
in ſeculũ)eſt(miſericordia eius) Ut ſupra.q.d
moneo vos confiteri ꝛ vt ego vos moneo ita et
vos inuicem monete.

Dicat nunc domus aaron:qm̄ in ſeculũ
miſericordia eius.

Dicat nunc)ꝛ confiteaꝛ laudando deũ ꝛ ali
os ad laudẽ ꝓuocando(domus aaron).i.qui=
libet prelatus ꝛ ſacerdos ad quos ſpecialiter ꝑ
tinet alios docere ꝛ exhortari dicat inꝗꝫ iſtud.ſ.
(qm̄ in ſeculũ miſericordia ei⁹)intellige vt ꝑus
Et qꝛ nõ eſt ꝑſonarũ acceptor deus.

Dicant nunc qui timent dñm:qm̄ in ſe
culum miſericordia eius.

Dicãt nunc)omnes(qui timent dñm)puſil
li cum maioribꝫ ex omni gente hoc eſt vniuerſa
lis eccl'ia. Ideo vero dicit(qui timent)qꝛ timen
tes dñm ſunt idonei ad cõfitendũ dicãt inquã
hoc idem ſcꝫ (qm̄ in ſeculũ miſericordia eius)
vt ſupra. Deinde exemplũ de ſe ponit vt alios
incitet quaſi dicendo de bonitate ꝛ mĩa dei cer=
tus ſum qꝛ iam in me exꝑtus ſum. Ecce enĩ.

De tribulatione inuocaui dñm:et exau
diuit me in latitudine dñs.

De tribulatõe)tam corꝑali ꝗꝫ ſpirituali (in
uocaui dñm)petendo eius auxiliũ;(ꝛ exaudi=
uit me in latitudine dñs)liberando me de an=
guſtijs ipſius tribulatõis: liberatõe manifeſta
vel occulta ꝛ ponendo me in latitudine gaudij
et ſue diuine ꝯſolatõis. Et qꝛ exaudiuit.

Dñs mihi adiutor non timebo quid fa
ciat mihi homo.

Dñs)cuius virtuti reſiſti nõ poteſt(mihi ad
iutor)eſt ꝯtra hoſtes ꝛ ideo(nõ timebo quid fa
ciat mihi)et contra me agat(homo).i. quilibet
carnalis inimicus qꝛ diuino adiutorio ſuffulꝫ
tus ꝑualebo. Sꝫ nõ hoĩes ſolos habet eccl'ia
inimicos verũ etiam diabolũ ꝛ angelos eius et
ideo ſubiungit.

Dominus mihi adiutor:et ego deſpici
am inimicos meos.

Dñs mihi adiutor)eſt fouens ꝛ ꝓtegens me
(et ego)tali adiutorio ꝓtectus(deſpiciã)ꝛ deor
ſum aſpiciã quaſi in ſublime erect⁹;vilipendẽs
et ꝓ nihilo habẽs qd plus eſt ꝗꝫ nõ timere(in=
imicos meos) etiã ſpirituales ſcꝫ rectores iniꝗ
rum mundũ iſtũ diligentiũ qꝛ mihi nocere nõ
poterũt. Et nõ ſolũ hõ inimicus nõ eſt timen=
dus ſed nec in hoĩe amico eſt ꝯfidendũ qꝛ.

Bonũ eſt confidere in dño:ꝗꝫ confidere
in homine.

Bonũ eſt confidere in dño)cõtra mala que
ꝗꝫ qꝛ nõ deſerit nec deficit in ꝑſtando auxiliũ
in neceſſitate magis(ꝗꝫ ꝯfidere in homine)car
nali cuius ſalus vana eſt qꝛ ſepe fallit vel defi=
cit. Et ſi angeli mali deſpiciendi ſunt non tñ in
angelis bonis eſt omnino ſpes collocãda qꝛ.

Bonuꝫ eſt ſperare in domino: ꝗꝫ ſperare
in principibꝫ.

Bonũ eſt ſperare)bona(in dño)qui ſperan
tes in ſe nõ deſerit magis(ꝗꝫ ſperare in princi=
pibus) .i.in angelis qui ꝑncipatũ habẽt in ce
leſti militia quorum ptãs a ſolo deo eſt. In ho
mine ergo vel angelis nõ eſt confidendũ vl' ſpe
randũ ſed in dño cum enĩ hi videnꝛ iuuare ipſe
dñs ꝑ eos hoc facit:in dño ſperandũ eſt qꝛ.

Om̄es gentes circundederũt me: et in
noĩe dñi qꝛ vltus ſum in eos.

Omnes gentes circundederũt me)extra mi
nis:blandicijs ꝛ alijs occultis explorantes ac
varijs modis ꝑſequentes (ꝛ in noĩe dñi) factũ
eſt hoc(qꝛ vltus ſum in eos)ſcꝫ a dño cuius eſt
vlciſci iniurias vt ego in nomĩe dñi liberarer ꝛ
ipſi cõuerſi penas penitẽdo ſuſtinerent ꝗs alijs
ingerebant.

Circũdantes circũdederũt me:et in no=
mine dñi qꝛ vltus ſum in eos.

Circũdantes circũdederũt me)tanꝗꝫ vndi=
ꝗꝫ obſeſſum impugnando(ꝛ in noĩe dñi)factũ
eſt hoc(qꝛ vltus ſum in eos) virtute dñi cuius
eram vexillo munitus repetitio eiuſdem eſt ad
maiorẽ aſſertionẽ ꝛ ornatũ.

Circundederũt me ſicut apes: et exarſe=
runt ſicut ignis in ſpinis: et in noĩe do=
mini quia vltus ſum in eos.

Circumdederūt me ſicut apes) blandientes
ore ⁊ vulnerantes occulte. Apes enī in ore mel
habent ⁊ in aculeo caude vulnus. Et om̄s qui
lingua blandiunť ſed latēter ex malicia feriūt
apes ſunt q2 loquendo dulcedinē mellis ꝓpo=
nunt ſed occulte feriendo vulnus inferunt (et
exarſerūt ſicut ignis in ſpinis) pctoꝝ nam pec
cata in me igne ꝑſecutionis cremauerūt cui vo
lentes nocere ꝑſecerūt (in nomine dñi q2 vltus
ſum in eos) vel dum conuerſi ꝓplo chriſtiano
ſunt ſociati vel cum nō cōuerſi iudiciū ſine mi=
ſericordia in fine ſunt ſenſuri.

**Impulſus euerſus ſum vt caderem: et
dñs ſuſcepit me.**

Impulſus) ꝑſecutōnibꝫ ⁊ tentatōnibꝫ ⁊ qua
ſi vocillando fere (euerſus ſum vt caderē) a ſta
bilitate virtutis. impellimur a nobis interius:
impellimur ab alijs ſcꝫ homine vł diabolo ex
terius (et dñs ſuſcepit me) ſuſtentando ne cade
rem q2 in eo ꝯfidens ipm ſolū queſiui ⁊ inuo=
caui adiutorē et nō eſt totaliter cadēdi facultas
vbi manus dñi eſt ſuſtentaculū et prebet forti=
tudinem Unde ſubdit.

**Fortitudo mea et laus mea dñs: et fcūs
eſt mihi in ſalutem.**

Fortitudo mea).i. virtus in certamīe (⁊ laus
mea).i. laudatio ⁊ gloria (dñs ē) n̄ ego mihi (⁊)
ideo (factus eſt mihi) in hac tribulatōis morte
(in ſalutē) nam ſua virtute ⁊ bonitate de p̄dictꝭ
malis ⁊ ꝑiculis me ſaluauit. Qui ergo cadunt
in certamine cum impelluntᷣ niſi q̄ ſua ſibi for
titudo ⁊ ſua ſibi volunt eſſe laudatio. Qua ꝓ=
pter cuius fortitudo ⁊ laus eſt dñs tam nō ca=
dit q̄ꝫ nō cadit dñs vnde qui videbanť defice=
re exultant in malis ⁊ hoc eſt quod ſequiť

**Vox exultationis et ſalutis: in taberna=
culis iuſtorum.**

Vox exultatōnis) interne (et ſalutis) eterne
.i. vox exultatōis vł exaltans ꝓpter ſalutē eſt (in
tabernaculis iuſtoꝝ).i. in ſecretis cordiū ⁊ con
ſcientiarū bonoꝝ deo militantiū in cordibꝫ vti
q̄ꝫ martyrū reliquoꝝ q̄ꝫ ſanctorū qui facti ſunt
tabernaculū dei ꝑ inhabitantē ſpiritū ſanctūꝫ
in eis. Sancti enī ⁊ ſi extra ſint afflicti intus tn̄
gaudent et deū laudant ſpe futuri. q. d. ego etiā
exemplo iuſtoꝝ gaudere ⁊ deū laudare debeo.
Inde aūt fortitudo ⁊ ſalus factus eſt mihi dñs
et inde gaudiū eſt q2.

**Dextera dñi fecit virtutē: dextera dñi ex
altauit me: dextera dñi fecit virtutē.**

Dextera dñi).i. chriſtus qui eſt dextera pr̄is
Vel (dextera).i. potentia dñi que ꝑ dexterā de
ſignatur (fecit virtutē) dans mihi in paſſione vi
ctoriā (dextera dñi exaltauit me) ab humilitate
paſſionis eleuās ad gloriā. Magna virtus eſt
exaltare humilē: ꝓhere de paſſione victoriā: ter
renis dare celū deificare mortalē ⁊ repetit qua=
ſi mirum dicens (dextera dñi fecit virtutē) nō
homo vincit non ſe exaltat nō ſibi ſalutē dat ſꝫ
deus Vel (dextera dñi fecit virtutē) a peccatis
et ꝑiculis me liberando (dextera dñi exaltauit
me) in virtuoſis operibꝫ ꝓmouēdo (dextera do
mini fecit virtutē) me a recediuo cuſtodiēdo et
ſic virtutē ꝯſtantie dando. Et cū hoc ita ſit.

**Non moriar ſed viuam: et narrabo opa
domini.**

Non moriar) dicit eccľia vt putas o ꝑſecu=
tor (ſed viuā).i. multiplicata durabo putat enī
ꝑſecutor ſtragem funerūꝫ vbiq̄ꝫ faciens delere
nomē chriſtianū cum potius augeat. Vel (nō
moriar) morte culpe vł gehenne (ſed viuā) vita
gratie ⁊ glorie (⁊ narrabo) q̄ꝫdiu hic ero (opera
dñi) que fecit circa me. narrabo inquā ad lau=
dem ſuā vt ꝑ hoc augeatᷣ eccľia. Sed cur tāta
indigna ꝑtulit corpus chriſti ſancta eccľia po=
pulus adoptionis indicat nobis d.

**Caſtigans caſtigauit me dñs: et morti
non tradidit me.**

Caſtigans) ⁊ corripiens ꝓ delictis (caſtiga
uit me dñs) flagello filioꝝ. q. d. hoc ꝑmiſit deꝰ
mihi fieri ad correctionē. geminatō verbi fre=
quentiam caſtigatōis ⁊ cōſuetudinē dei innuit
qui hic caſtigare conſueuit (et morti) eterne (nō
tradidit me) morti enim non datur cuius vicia
purganť. Caſtigat nos deus in multis verbe=
ribus ad emendationē vt ꝓbatos eruat a mor
te ꝑpetua et donet vitā eternaꝫ. Sed vide qua
intretur ad eam nam quaſi oſtendendo ſubiū=
git tanq̄ꝫ diceret. Ergo vt illa vita poſſit acqui
ri ⁊ haberi.

**Aperite mihi portas iuſticie: igreſſus in
eas cōfitebor dño: hec porta dñi iuſti in
trabunt in eam.**

Aperite mihi) inſtando o ꝑſecutores (portas
tas iuſticie).i. portas tribulatōis ⁊ mortis ꝑ q̄s
iuſti intrant ad requiē: ꝑ multas enī tribulatio
nes oportet nos intrare in regnū dei ⁊ ego (in=
greſſus in eas).i. ꝑ eas ad vitaꝫ (ꝯfitebor dño)
.i. laudabo eū in voce exultatōis q2 (hec porta
dñi) eſt q̄ exiuit de mūdo. chr̄s eī ſic paſſus ſic
intrauit in gloriā ſuā: ⁊ ſic iuſtū eſt intrare ſctōs
Unde ſequiť ⁊ (iuſti) imitantes caput chriſtuꝫ
(intrabunt in eam).i. per eam ad vitam. nō eſt
enim ſeruus maior dño ſuo. Et q2 hanc por=
tam chriſtus aperuit.

**Confitebor tibi quoniā exaudiſti me: et**

factus es mihi in ſalutem.

Confitebor tibi)o(dñe)cõfeſſione laudis et gratiaꝝ actõis:ideo(qm̃ exaudiſti me)in tribulatõne(et factus es mihi in ſalutem)dans de paſſione victoriã. Uel(qm̃ exaudiſti me)in aduentu filij.priores enĩ iuſti aduentũ chriſti petebant.(et)ita(factus es mihi in ſalutẽ)quia ꝑ cum vulnera peccatoꝝ meoꝝ ſanaſti et me ab iniquo hoſte ſaluaſti. Uñ oſtẽdit ꝑ quẽ factus eſt in ſalutẽ ſcilicet per lapidem angularẽ id eſt chriſtum. Nam.

**Lapidem quẽ reprobauerũt edificãtes: hic factus eſt in caput anguli.**

Lapidem quẽ).i.quem lapidẽ(reprobauerunt)ſcꝫ chriſtus lapis offenſionis cui adherere ꝯtempſerũt(edificantes)ſynagogã iudeoꝝ ſcꝫ pontifices ſacerdotes ⁊ doctores quẽ legebant in ſcripturis et nõ intelligebãt(hic factus eſt in caput anguli)in domo nr̃a que eſt eccleſia vt duos parietes iudeoꝝ et gentiũ conderet in ſe lapide angulari.ꝯſtituens vnã eccleſiã ex iudeis et gentibꝫ cuius ipe eſt caput ⁊ paſtor.

**A dño factum eſt iſtud:et eſt mirabile in oculis noſtris.**

A dño)p̃re qui occulte edificabat(factũ eſt iſtud)ſcꝫ vt ſit in caput anguli(et eſt mirabile)ac ineternũ laudabile de concorporatione vtriuſq ꝑpl'i.(in oculis)ſcꝫ interioribꝫ et interioris hoĩs.(noſtris).i.credentiũ et diligentiũ qui eũ credendo ſuſceperũt nõ in oculis carnaliũ qui quaſi hoĩem ꝯtemnendo reprobauerũt hoc eſt in cõſideratõe nr̃a nõ illoꝝ.

**Hec eſt dies quã fecit dñs: exultemus et letemur in ea.**

Hec)dies qua factũ eſt hoc ſcꝫ tp̃s noui teſtamenti quo conſtituta eſt eccl'ia(eſt dies)ſalutis ⁊ grẽ cõtra diem culpe que cepit a vetuſtate ade(quam fecit dñs)ad redemptionẽ et ſalutẽ cũctis gentibꝫ: hanc diem dicit dñm feciſſe ſingulariter nõ qꝛ eã plus alijs ſed qꝛ in ea pluſq̃ in alijs fecit in qua dñs venit ⁊ ſpecialẽ grãm exhibuit. In qua cõuenit letari et ideo(exultemus ⁊ letemur in ea)ſicut egri in die ſue ſanationis: captiui in die redemptionis qꝛ diabolꝰ ius perdidit homo reuixit. Et qꝛ ſalutis eſt hic dies ergo.

**O dñe ſaluũ me fac:o dñe bene ꝓſperare benedictus qui venit in noĩe domini.**

O dñe)qui potes quicq̃d vis(ſaluũ me fac)a peccatis ⁊ omnibꝫ malis qꝛ ad ſaluandũ veniſti ⁊ poſtquã a malis ſaluaueris(o dñe bene ꝓſperare)iter noſtrũ bene et ꝓſpere dirigendo ac nos in bonis opibꝫ ꝓſperari et ꝑficere ſemper faciendo qꝛ ad hoc veniſti ⁊ tu nobis factꝰ es via ⁊(benedictus qui venit in nomine dñi)ſcꝫ chriſtus qui venit in nomine patris vt nos ſaluaret ⁊ iuuaret ac nobis vitam eternã donaret ⁊ eſt hic laus de aduentu chriſti.deinde quaſi in ꝑſona ſacerdotũ ⁊ maioꝝ miõribꝰ loquit̃.

**Benediximus vobis de domo domini: deus dñs et illuxit nobis.**

Benediximus)nos maiores quaſi ſacerdotes(vobis)o reliqui chriſtiani.i.imprecati ſumus vobis bñdictionẽ(de domo dñi).i.de eccleſia catholica de qua ſunt ſacramenta et oĩs benedictio qꝛ extra eam non eſt verũ ſacrificiũ nec bñdictio immo(deus dñs).i.ieſus chriſtꝰ dñs noſter et verus deus ille qui venit in noĩe dñi bñdixit vobis(et illuxit nobis)vt ſcripturas ⁊ qđ credimus intelligeremus ⁊ vobis nõdum intelligentibꝫ ſed iam credentibꝫ enunciaremus vt aũt ⁊ vos iam benedicti intelligatis.

**Conſtituite diem ſolennem in condenſis:vſq ad cornu altaris.**

Conſtituite diem ſolennẽ)ſcꝫ mentis ſolennitatẽ ⁊ ſabbatizate ſabbato cordis.i.exhibite vos templa ⁊ aras dñi in quibus ⁊ ſacras celebretis ſolennitates(in cõdenſis)⁊ ſpiſſitudine ſcꝫ virtutũ.i.in virtutibꝫ multis in quibꝫ vł ipe dñs vel eius angeli frequentant̃ vos dico in bõ ꝑſeuerantes quouſq ꝑueniatis(vſq ad cornu altaris).i.vſq ad ipm dñm qui eſt cornu ⁊ fortitudo ſeu celſitudo anime quam ei feciſtis altare. altare enim ſempiternũ eſt pacata mẽs iuſtorum vbi laudes dei leti cantabimus ita dicentes.

**Deus meus es tu et cõfitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te.**

Deus meus es tu)qui me ad hanc gloriã ꝑduxiſti et ideo(cõfitebor tibi)ꝯfeſſione laudis .i.laudabo te ⁊ nõ ero ingratus gratie tue. Accepta remiſſione ꝑ cõfeſſionẽ peccaminũ nunc confiteor laudes tuas et ex intenſione affectus idem repetẽs dicit(deus meus es tu)⁊ nõ aliđ(et exaltabo te)extollendo te laudibꝫ vt creator a creatura lauderis qꝛ ꝑ te ab hũilitate ſuꝫ ſublimatus dilectõe.dicemꝰ iſta et dilectio ipa vox iſta eſt.

**Confitebor tibi quoniaꝫ exaudiſti me:et factus es mihi in ſalutem.**

Confitebor).i.laudabo te(quoniã exaudiſti me)liberando ab omnibꝫ malis ⁊ ꝑiculis(⁊ factus es mihi in ſalutẽ)ſociãdo me tuis ſanctis et electis hic verſus ſupra poſitus eſt ſed et hic congrue ponit̃ qꝛ leta confeſſio eſt poſt beneficia deinde exhortationẽ quam in ꝑncipio po-

ſuit repetit et omnes generaliter ad laudem dei
inuitat dicens.

**Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in ſe-
culum miſericordia eius.**

Cõfitemini).i. laudate dñm ſicut monui a
ꝑncipio (quoniã bonus) ẽ eſſentialiter in ſe cu
ius bonitatis effectus circa nos apparet (quo-
niam in ſeculũ) eſt (miſericordia eius). In his
verbis pſalmus accipit terminũ de quibꝰ ſum
pſit exordiũ ⁊ ſicut incepit a laude ita terminat
videlicȝ vt ab initio credulitatis noſtre vſq₃ ad
finem in deũ noſtrũ fiduciã habentes eius lau
des ꝑſeueranter ꝯfiteamur. Juxta illud qui ꝑ-
ſeuerauerit vſq₃ in finẽ hic ſaluus erit q2 nõ eſt
aliud qđ ſalubrius delectet nos q̃3 laus dei.

Oratio.

¶ Conſolatio tribulationũ noſtrarũ piiſſime
deus qui iuſtorũ tabernacula leticia et exulta-
tione ꝑfundis exalta eccl'iam tuam virtute po-
tentis dextere qua fiat porta iuſticie ⁊ ita ſe an-
gulari ſtabilitate cõnectat vt tua reſurrectõne
clarificata refulgeat. Qui viuis.

¶ **Pſalmus de affectu et frequenti pe-
titione fidelis ꝓ intelligẽtia et cuſtodia
diuine legis vt ipſam intelligat et intel-
ligendo opere perficiat.**

Aleph ps. cxviij.

**BEati immaculati
in via: qui ambulãt in lege dñi.**

Auctor pſalmi ẜm Ambro. et
hiero. et ſcõm plures alios ꝓpha
dauid qui totus ardens in diuino amore ꝑ to-
tum pſalmũ ꝑ modũ orantis ⁊ ſupplicantis fa
miliariſſime loquit̃ cum deo ſicut dulciſſimus
et dilectiſſimus filius cũ p̃re ſeruus cum amã-
tiſſimo dño ſuo qui eum de malis huius ſeculi
et de ſtatu mortis eripuit ac in ſtatũ vite ⁊ gra-
tie poſuit. Circa titulũ eſt ſciendũ ꝙ ille pſal-
mus vocat̃ alphabeticus continens viginti-
duos octonarios ẜm numerũ litterarũ alpha-
beti hebraici ⁊ ſinguli octonarij incipiũt a ſin-
gulis litteris que ſunt eis ꝓ titulis ꝯtinentiam
eorum declarantibꝰ. Huius aũt octonarij titu
lus eſt all'a aleph. all'a.i. laus dei q2 in his vere
deus laudat̃ in quibus eſt remiſſio pctõꝝ que
nobis facta eſt ꝑ aduentũ chriſti de quo in ſu-
periori pſalmo egitq̃ huc mundũ diluit vt di-
gnus fieret immaculato corde deum laudare.
Aleph que eſt prima littera interpretat̃ doctri-
na. Unde plenos doctrine ſequentes verſus at
tende. Congrue aũt huic octonario preſcribit̃

Aleph.i. doctrina qđ eſt cõmune toti pſalmo
doctrinã moralẽ redolenti: eſt enĩ ille octona-
rius quaſi ꝓlogus alioꝝ tangens que in ſequẽ
tibus cõtinent̃ octonarijs. Materia ſepius re
petita petitio ꝓ intelligentia ⁊ cuſtodia legis di
uine vt ipam intelligat ⁊ intelligendo opere ꝑ-
ficiat ꝑ totũ enĩ pſalmũ exprimit affectũ ſuũ
ad cuſtodiã legis diuine varijs modis eadẽ re
petendo. Et ſepe orãs deuote ꝓ aliquo qđ mul
tum appetit: verba eadem repetit vt maiorẽ af-
fectum ſui deſiderij oſtendat vt pote qui flãmã
et feruorẽ amoris reſpectu rei tm̃ deſiderate in
ſe ſine repetitis petitionibꝰ continere nõ poſſit
quem modũ orandi ꝑ totũ iſtũ pſalmũ habet.
In hoc etiam pſalmo quedã verba interpo-
ſita inueniunt̃ que pene idem ſignificare videñ-
tur ſcȝ lex: teſtimonia: vie mãdata iuſtificatões
iudicia ſermones eloquia ⁊ huiuſmodi. nam q̃
ex his vnum cuſtodit ꝓculdubio ⁊ alia obſer-
uat ſed varietas horum verboꝝ in hoc pſalmo
ideo ponit̃ vt faſtidiũ euitet̃. Sententia vero et
ſignificatio predictoꝝ ſepius replicatur vt ma
ior affectio et deuotio intentior reſpectu rei tm̃
deſiderate oſtendat̃ ⁊ oratio petentis citius ex-
audiatur. Intentio: exhortari nos ad beatitu-
dinem ⁊ diuine legis cuſtodiam ac monere ad
dei laudẽ ꝓpter multipliciũ beneficiorũ ſuorũ
exhibitionẽ. Sententia in generali ꝓpheta in
iſto pſalmo tanquã fidelis ⁊ deuotus deum ſin
cero ⁊ puro amore tota mente ardenter diligẽs
de omnibus que mundi ſunt pre dulcedine di
uini amoris nihil penitus appetens ſũmo cor
dis deſiderio cupit bene virtuoſe immaculate
et beate viuere ⁊ ſic ad patrie beatitudinẽ ꝑue-
nire. Et q2 illam vitam bonam virtuoſam im
maculatam ⁊ beatam ex ſe non poteſt attinge-
re ratione ſue ignorantie ⁊ cecitatis ratione im
potentie ⁊ fragilitatis ratione iniqui ⁊ maligni
a bono retrahentis et multipliciter impedien-
tis: ideo ratione ignorantie et cecitatis neceſſa-
rio indiget aliquo directiuo ſcilicet lege aliqua
que doceat ipſum declinare a malo ⁊ facere bo
num. et hec eſt ſcriptura ſacra in nouo et veteri
teſtamento contenta. Indiget ratione impotẽ-
tie et fragilitatis aliquo confortante et roborã-
te: et iſtud eſt gratia diuina que viuificat robo-
rat et confortat. Indiget ratione iniquorum et
malignantium vt eorum tollatur impedimen-
tum: vnde magno cordis deſiderio ingit̃ orat
et petit: petitioneq₃ ſuam ex abundantia amo-
ris et deſiderij frequenter replicat vt deus ipm
illuminet et illuſtret vt legem diuinam intelli-
gat ⁊ gratia ſua ipſũ viuificet: confortet: et ro-

doceet vt ipſius legis precepta et mandata intellecta opere adimpleat ac pſecutionē et impedimentum iniquorum tollat: vt ipſe ab inceptis non deſiſtat. Et in his videtur ꝯſiſtere tota materia huius pſalmi in generali qui durat vſqꝫ ad pſalmum. Ad dominū cum tribularer clamaui. Pſalmus autem ille inſtitutor eſt fidelium: paradiſus omniū pomorum et ſententiarum: apotheca ſpiritus ſancti: qui quāto in ſuperficie videtur apertior tanto myſteriorum altitudine eſt profundior. vbi generalis iuſtus loquitur modo profitendo quod accepit: modo iterum ſperando quod meruit. Et eſt hic pſalmus totus morali doctrina inſignis: oīs autem moralis doctrina ſuauis eſt: in q̄ hic pſalmus eminet. alij namqꝫ pſalmi tanquam ſtelle minores aliquatenus lucent: iſte vero quaſi ſol pleni luminis meridiano calore feruens totus morali dulcedine reſplendet. Et eſt per litteras hebrei alphabati digeſtus vt ſicut pueri in pmis litteris vſum diſcendi ſumunt ita ⁊ nos huiuſmodi elementis vſum viuendi vſqꝫ ad maturitatem addiſcamus. Octonarius vero in ſingulis diſtinctōibus innuit ꝙ vnaqueqꝫ pars perfecta eſt et ſufficit vt ſi quis eam ſeruet in vita ſeptem dierum perueniat ad octauam reſurrectionis. Vel circumciſionem cordis habeat quā octonarius ſignificat. Unde Aug⁹. Sciendum in hoc pſalmo omnem moralem locū eſſe comprehenſum. Oro te quid hoc ſacratius ſacramento? quid hac voluptate iocundius? qui tibi que mella ſunt dulciora q̄s diſcere prudentiam? in atria eius intrare: ſenſum creatoris inſpicere et ſermones domini dei tui plenos docere ſapientia ſpirituali. Habeant ſibi ceteri ſuas opes: gemma bibant: ſerico niteant plauſu populi delectentur: et per varias voluptates diuitias ſuas vincere nequeant. noſtre delitie ſint in lege domini meditari die ac nocte. pulſare ianuam non patentem: panes trinitatis accipere: et ſeculi fluctus domino precunte calcare. Sed et notandum hunc pſalmum qui vigintiduabus clauſulis conſtat quarum vnaqueqꝫ octenis verſibus terminatur vtriuſqꝫ teſtamenti myſteria continere. et veteris videlicet propter vigintiduas litteras et vigintiduo eiuſdem inſtrumenti volumina. Et noui propter octauum numerum reſurrectōne dominica et circumciſione ſpiritus in euangelio conſecratum. Hec Aug⁹. Sententia in ſpeciali: q2 oīs beatitudinē ꝯcupiſcūt: ſed quō ad eam ꝑueniaꝰ plurimi neſciūt et diuerſi diuerſa querūt quibꝫ beati ſint: ne q̄s iam erret docet q̄ ſit ad veram beatitudinem via. Eſt enim vera ad eam via iſta: vt qui volunt eſſe beati ſint immaculati. vnde dicit. (Beati) ſunt in ſpe ꝑ bonorum operum merita exiſtentes (immaculati) ſine crimine et mortali culpa (in via) ſeculi ꝑ quam gradimur id eſt in preſenti vita (qui ambulant) et non ocioſi id eſt qui proficiunt et perſeuerant, (in lege domini) hoc eſt in mandatis eius ipſam ſcilicet legem opere adimplendo. Lex namqꝫ dn̄i eſt via per quam reuerti poſſumus in patriam. Ambulemus ergo in lege domini: curramus in operatione mandatorum: vt curſu completo brauium cum apoſtolo capiamus. Sed quia ad hoc ꝙ ambulent in lege domini exigitur ipſius legis noticia ideo ſubditur.

**¶Beati qui ſcrutātur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum**

Beati) etiam ſunt in ſpe (qui ſcrutantur) et inquirunt diligēter ſtudendo (teſtimonia eius) id eſt ſcripturas ſacras teſtimonium de deo ꝑhibentes et quid teſtetur nobis per ſcripturas ſuas (et in toto corde) et affectu non diuiſo vt heretici et amici huius mundi. et ſimplici non duplici (exquirunt eum) ſolum non aliud vt cognoſcant et diligant vt non ſolum ſit ſtudium cognoſcendi verum etiam voluntas operandi. Propter hoc enim ſcrutande ſunt ſcripture vt deus inueniatur et vt iuſti non docti efficiamur. Hi ergo ſunt beati qui ambulant in lege dn̄i.

**¶Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.**

Non enim qui operantur iniquitatem) ſcilicet ex deliberatōne et dilectione vt qui obediunt deſiderijs peccati non qui trahuntur inuiti: vel qui operantur perſeueranter (in vijs eius) id eſt in preceptis dei que tanquam vie ducunt ad patriam celeſtem. (ambulauerunt) recte ſcilicet ea cuſtodiendo ſꝫ magis in deuijs que ducunt ad eternam damnationem contra precepta faciendo ac per hoc non ſunt immaculati et per conſequens nondum ſunt beati. Et vere hi tales non ambulant in vijs. quia

**¶Tu mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis.**

Tu) ſcilicet deus cui obediendum eſt ab omni creatura (mandaſti) per legē: per euangelium: per prophetas: per apoſtolos et predicatores ſequentes (mandata) id eſt precepta (tua cuſtodiri nimis) id eſt valde cum magna dili=

gentia et ſollicitudine vt nec vnum iota preteꝛeatur vbi nec aliquid poteſt ſine culpa preteriri nec aliquid aliunde admitti. Unde in euangelio. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Ergo qui non ſeruauerit in eternū peribit. Et quia mandaſti et non eſt hominis dirigere viam ſuam:ergo.

**Utinā dirigantur vie mee: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.**

Utinam dirigant̄)a te ſcꝫ rectoꝛe ⁊ duce(vie mee)ſcꝫ affectiones ſeu deſideria eloquia ⁊ opera(ad cuſtodiendas iuſtificatōes tuas).i. mandata tua que iuſtificant ⁊ ꝑfectam iuſticiā continent niſi enim a te dirigant̄ infirmi erimus ꝓpter fragilitateꝫ carnis ꝑcepiſti quidem tu ſed vtinam quod precepiſti fiat mihi. Diriguntur autem vie noſtre per charitatē a deo nobis infuſam qꝛ ſꝫm Auguſtinū bona opa extra charitatem ſunt curſus extra viam ideo auteꝫ peto et opto cuſtodire iuſtificatōnes qꝛ.

**Tunc nō confundar: cum ꝓſpexero in omnibus mandatis tuis.**

Tunc non confundar)coꝛam te in preſenti vł in futuro(cum ꝓſpexero)quaſi in ſpeculo.i. ꝑfecte inſpexero cuſtodiendo et ope adimplendo non ſolum aſpexero legendo ⁊ intelligendo (in omnibꝫ mandatis tuis)nullū tranſgrediēs ſed omnia opera cōplens qꝛ in vno offendens fit omniū reus ſcꝫ quo ad penam damni et damnationē. Mandata dei ſunt ſicut ſpeculū in quibus homo debet opera ſua inſpicere in cōſcientia vtrum conſonet mandatis an nō. Si non reſpondent eis debet confundi ſi concoꝛdant poteſt letari. Et tunc cum ꝓſpexero ⁊ cuſtodiero omnia mandata.

**Confiteboꝛ tibi in directione coꝛdis: in eo ꝙ didici iudicia iuſticie tue.**

Cofitebor tibi)confeſſione laudis id eſt laudabo te gratias agendo ⁊ nō ero ingratus tanto beneficio(in directione coꝛdis)id eſt ꝙ direxiſti coꝛ meū ⁊ animū ad intelligenda predicta et ꝙ directū coꝛ habeo directis vijs ad illa cuſtodienda(in eo)id eſt ꝓ eo(ꝙ didici)te reuelante(iudicia iuſticie tue)quibꝫ nunc ⁊ in fine mūdus iudicat̄. Uel(iudicia iuſticie tue)id eſt mādata tua que tu ex iuſticia tua iudicas facienda. Et.

**Juſtificationes tuas cuſtodiam: nō me derelinquas vſqꝫquaqꝫ.**

Juſtificationes tuas cuſtodiam) opera iuſticie faciendo et precepta tua iuſtificantia ope adimplēdo ⁊ vt cuſtodiā(nō me derelinquas) ſubtrahēdo auxiliū ꝓtectionis tue(vſqꝫquaqꝫ) et valde et nimis vel ex toto et penitus.quaſi.d. ſi derelinquis aliquando ad ꝓbationē vt virtus ꝑficiatur et meritū augeat̄ vel vt infirmus ſine auxilio tuo mihi videar ⁊ ne de me gloꝛier non tamen derelinquas omnino ne peream et ſic gloꝛiaboꝛ in te nō in me. Nemo ergo debet inflari ꝙ nunquā derelinquat̄ vel dolere ꝙ aliquando derelinquat̄.

Beth

## IN quo coꝛrigit adoleſcentioꝛ viam ſuā: in cuſtodiendo ſermones tuos.

Jn prima littera partes beatitudinis poſuit in quibus precat̄ ſe cuſtodiri in hac ſcd̄a tempus cōuerſionis aperuit in quo potiſſimū a lapſu et confuſione fluxe etatis ad deum quis cōuerti debet. Unde huic octonario premittit̄ littera (Beth) que interpretat̄ confuſio quia hic oſtendit precepta dei liberare hoīem de confuſione id eſt de lapſu peccati qui enim viam ſuā coꝛrigit non confundit̄ iuſtificationes inquaꝫ tuas cuſtodiā que vere ſunt cuſtodiēde. Nam (In quo coꝛrigit adoleſcentioꝛ) ⁊ iuuenis etate(viam ſuam)lubricā ⁊ prauam ad peccandū Uel(adoleſcentioꝛ)ad deū nouitate gratie percepta conuerſus(viam ſuam) id eſt cōuerſationem ⁊ conſuetudinē ſuam prauam. Et reſpondet dicens(in cuſtodiendo ſermones tuos) ſcꝫ opando non tm̄ legendo vel memoꝛando hoc enim loco cuſtodia ſermonuꝫ dei,intelligenda eſt operatio preceptoꝝ eius que fruſtra cuſtodiuntur memoꝛia ſi nō cuſtodiunt̄ ⁊ vita. nam quidam verba dei tenendo agunt ne obliuiſcātur nec agunt viuendo vt coꝛrigant̄. Et qꝛ in his coꝛrectio eſt ideo.

**In toto coꝛde meo exquiſiui te: ne repellas me a mandatis tuis.**

Jn toto coꝛde meo)id eſt ex toto affectu coꝛdis mei quia mens diuiſa nō impetrat(exquiſiui te)et amaui ex dono tuo. Non enim ambulando ſed amando nō motu coꝛpoꝛis ſed affectu coꝛdis exquirit̄ et inuenit̄ deus: hoc autem nobiſcū agit ſꝫmo diuinus vt dn̄s diligat̄: hoc nobiſcū agit dilectio dn̄i vt ſermo diuinus impleatur ⁊ ideo(ne repellas)nō adiuuādo (me) quaſi indignū(a mandatis tuis)intelligendis et implendis. Minus dicit ⁊ plus intelligit id eſt admittas me ad intelligentiaꝫ et impletionē mādatoꝝ tuoꝝ. Quia ergo repelli metuit agit quod ſequitur.

**In coꝛde meo abſcondi eloquia tua vt**

**non peccem tibi.**

In corde meo abſcondi) id eſt in abſcondito cordis mei ſcʒ in memoria mea retinui (eloquia tua) ſacra ſicut theſaurū precioſuʒ in arca (vt) eorum memoria auocatus (non peccem tibi) et ſic repellar dum in ꝓmptu habeo in abſcondito memorie regulā ſcd̄m quam me componam. Sacra enim eloquia ſemper in corde retinere magnū confert preſidiū contra omne peccatū. Nam vbi eſt diuini verbi memoria et delectatio inde ꝓculdubio fugit omnis delectatio ⁊ memoria peccati. diuinū enī eloquiū nutrit virtutes: extinguit vicia: generat amorē dei adducit odium peccati. Et ne in corde eius eloquia dei ſine fructu operꝝ abſconderent̄ ideo gratias agens de ꝑceptis orat ꝯſequenter. Et dicit.

**Benedictus es dn̄e: doce me iuſtificationes tuas.**

Benedictus) id eſt laudatus (es dn̄e) in donis tuis et de beneficijs mihi impenſis. q. d. qꝛ eloquia habeo gratias ago et de reliquo (doce me) et ꝑſta facere (iuſtificatōes tuas) id eſt mādata tua et iuſticie opera ſcʒ vt ſciam non ſolū ea ſpeculando ſed etiam ſcd̄m ea oꝑando ⁊ qđ didici factis oſtendendo: fruſtra enim abſcondi in corde eloquia niſi ſequant̄ iuſticie opera. q. d. Quia dando mihi eloquia tua dediſti mihi legem da etiam benedictionē gratie qua legem implere valeam. Et qꝛ abſcondi eloquia tua in corde ideo cum tempus vidi.

**In labijs meis: ꝓnunciaui omnia iudicia oris tui.**

In labijs meis) cordi vicinis (pronunciaui) alijs ſcʒ ore ꝑdicādo exhortādo inſtruēdo. Et bene dicit meis nō alienis ne queras tibi vicarium in predicando vel pſallendo ſic non queris in comedendo vel dormiendo (omnia iudicia) nō vniuerſaliter ſed que ſcripta ſunt vel dicta. Unde ſubdit̄ (oris tui) id eſt que per ꝓphetas vel per apl'os qui ſunt os dei locutus es et per eloq̄a tua innoteſcere voluiſti. Que omnia iudicia vſqꝫquaqꝫ nō ceſſat eccīa in labijs ſuis ꝓnunciare. Et ne fieret reprobꝰ ſermo meus.

**In via teſtimonioꝝ tuoꝝ delectatus ſum: ſicut in omnibꝰ diuitijs.**

In via teſtimonioꝝ tuoꝝ) id eſt in oꝑe et impletione mādatoꝝ tuoꝝ que nobis in lege tua ſub teſtificatione data ſunt ⁊ de te teſtificantur (delectatus ſum) et gauiſus nō modice ſed (ſicut in omnibꝰ diuitijs) ſpiritualibꝰ vt pote que ſunt omnimode diuitie. Uel (ſicut in oībꝰ diuitijs) temporalibꝰ delectant̄ terreni hoīes. Immo multo amplius ſancti qui cōtempto mundo a deo ſunt ditati delectant̄ et iocundant̄ de conſciencia pura in operibꝰ mandatoꝝ dei nō deficientes etiā tormentis ⁊ tribulatōibꝰ multis afflicti. Ita ꝓnūciaui ⁊ delectatus ſum ⁊ adhuc ibi immorabor. Unde ſequit̄.

**In mandatis tuis exercebor: et conſiderabo vias tuas.**

In mandatis tuis exercebor) vſu meditationis ⁊ operis ſcʒ in eis frequenter meditando et ipſa oꝑe adimplendo. Et ſic merito boni operis (conſiderabo) id eſt cognoſcam (vias tuas) quid iuſte quid miſericorditer facias ſicut dicitur a mādatis tuis intellexi. vniuerſe enim vie domini ſunt miſericordia ⁊ veritas ſcd̄m quas opera noſtra remunerat quas cōſiderabo etiā diligenter attendendo vt ſic firmior ſim in meditatione ⁊ operatione mandatoꝝ. Et ꝑ hanc exercitationē fit etiam iſtud quod.

**In iuſtificationibꝰ tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.**

In iuſtificationibꝰ tuis) id eſt in mādatis et ꝑceptis que iuſtificāt et ꝑfectā iuſticiā cōtinent (meditabor) ꝓfunde de eis cogitando. Obliuioni enim que ex originali venit pctō oppoſita eſt meditatio vnde ſequit̄ vt (non obliuiſcar ſermones tuos) id eſt ne poſſim obliuiſci quod expedit retineri ⁊ vt illa obliuioni non tradens poſſim ea intelligere ꝑfecteqꝫ cōplere. Ecce ſatis horret cōfuſionem que tantam ſpondet correctionem.

Gymel.

**RETribue ſeruo tuo viuifica me et cuſtodiam ſermones tuos.**

In hac tercia littera humanam indigentiā oſtendit ⁊ contra eam gr̄am dei poſcit. Et hec indigentia eſt infirmitas carnis: igrantia mentis exilium: hoſtes: ⁊ contra hec auxiliū multiplicis gratie petit. Unde huic octonario premittitur littera (Gymel) que interpretat̄ retributio qꝛ ſibi multipliciter gr̄am retribui petit. dixerat enim ſupra in quo corrigit adoleſcentior viam ſuam et ſubiunxit in cuſtodiendo ſermones tuos nunc vt id faciat petit auxiliū dicens

Retribue) o dn̄e bonū ꝓ malo (ſeruo tuo) q̄ nihil meritis ſed totuʒ gratie deputat ſcʒ mihi qui nō dignus vocari filius tuus: h̄ ſcʒ (viuifica me) intus qui iuſtificas impiū faciendo me reſurgere a morte anime ſcʒ a peccato qđ mors anime eſt ⁊ infundendo gratiā que animā viui

ficat ſicut anima corpus (et) ita iuſtificatus (cuſtodiam ſermones tuos) ſcȝ intelligentia ꝑ cognitionem: in memoria ꝑ recordationē: in voluntate ꝑ dilectionē. in manu ꝑ operationē. in ore ꝑ predicationē ⁊ defenſionē. Sed quia nō poſſunt cuſtodiri ꝑ obedientiā niſi prius videā tur ꝑ intelligentiā addit.

**Reuela oculos meos: et cōſiderabo mirabilia de lege tua.**

Reuela) id eſt aperi ⁊ illumina ꝑ ſpiritū ſanctum oculos meos) interioris ſcȝ cordis ⁊ mentis ꝑ ignorantiā et pctm̄ velatos ⁊ ſic illuminatos (conſiderabo mirabilia de lege tue) id eſt ꝓfunda in lege antiqua ⁊ noua cōtenta. nihil eſt autem mirabilius in mandatis dei ꝙ diligere inimicos benefacere his qui oderunt nos hoc eſt retribuere bona ꝓ malis retribue inquaȝ et reuela et debes q2 ego me idoneū facio nō querens hic manentē ciuitatē. Nam.

**Incola ego ſum in terra: nō abſcondas a me mandata tua.**

Incola ego ſum in terra) id eſt ꝑegrinus et aduena nō ſicut homines terreni ſed ſicut patres mei ſcȝ iuſti nō ſum ciuis babylonie: cor ⁊ ſi non corpus habens in celo hoc dicere tm̄ iuſtorum eſt quibus promiſſa eſt patria eterna et ideo (nō abſcondas a me) id eſt nō ſubtrahas mihi (mandata tua) ꝑ que redit̄ ad patriā. Abſcondunt̄ mandata his qui non ſunt incole in terra ſed terrena ſapiunt q2 ⁊ ſi ea audiunt ⁊ norunt non tamen ſapiunt nec faciunt. Minus dicit ⁊ plus ſignificat vult enim dicere ꝙ ſibi illa ad faciendū reuelet q2.

**Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: in omni tempore.**

Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas) id eſt iuſticie tue opera ⁊ hoc nō ad tempus vt mali ſed (in omni tempe) ſcȝ proſpero ⁊ aduerſo vt quicquid faciam vel patiar ſemper eas deſiderem. docet ergo nullū ocium nobis debere eſſe quin ſemper deſiderij huius teneamur cupiditate. poſſunt enim infirmitate anime non deſiderari: et ratōne mentis vbi videtur ꝙ ſint vtiles poteſt earum deſideriū concupiſci. Nam ſepe quid agendū ſit videm⁹ nec agimus q2 nō delectat vt agamus et tamen cupimus vt delectet. Ideo autem concupiui deſiderare quia.

**Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.**

Increpaſti ſuperbos) ſcȝ primos homines quos delectauit illō: eritis ſicut dij. ⁊ adhuc frequenter per ſcripturas ꝑ ſanctos: per ꝓprie conſcientie ſtimulos increpas ſupbos qui iuſticie opera nō diligunt vel deſiderant vt eos ad humilitatem reducas ⁊ per hanc ſupbiam (maledicti) ſunt non ſolum primi homines ſed oms (qui declinant a mādatis tuis) id eſt ab obſeruatione mandatoꝝ tuoꝝ. Non ait qui nō implent ſed qui declinant quaſi primū ſit infirmitatis vel ignorantie ſcdm ſuperbie. Sed quia ſuperbi nec in tanta increpatōne humiliantur orat ꝓ eis corpus chriſti dicens.

**Aufer a me obprobriū et contemptū q2 teſtimonia tua exquiſiui.**

Aufer a me obprobriū) quod audio in verbis (et contemptū) ſeu deſpectū quem ſuſtineo in factis que ideo mihi fiunt (quia teſtimonia tua) id eſt precepta per tuam teſtificationē data ac premijs ⁊ penis vallata (exquiſiui) nō ocioſe et ſomnolenter ſed ſtrenue ⁊ vigilanter ad ſciendum et faciendum. Orat a ſe auferri illa in quantum ſunt culpa non pena id eſt vt a perſecutoribus ſuis amoueat̄ culpa ꝑſecutionis illis noxia ⁊ conuertant̄ ad dominū non a ſe pena cum inde ꝑueniat ad coronaȝ. Sed quando eccleſia talia precabatur ipſa patiebat̄. Unde ſubiungit.

**Etenim ſederūt principes et aduerſum me loquebant̄: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationib9 tuis.**

Eteni ſederūt) ſcȝ in ꝯcilijs ⁊ iudicijs quaſi ex mora machinantes (ꝓncipes) ſcȝ mali rectores ⁊ iudices (et) ipſi aperte (aduerſum me loquebantur) accuſando ⁊ criminando idem accuſatores erant qui ⁊ iudices quod grauius eſt illi ita (ſeruus autem tuus) ſcȝ ego (exercebat̄) ſollicite (in iuſtificationibus tuis) ⁊ mandatis meditando predicando et opere adimplendo. Qui in his cogitat vincit quia ab his retrahere per bella laborat inimicus. q. d. inter pericula non erat mihi cruciatus ſed ꝓfectus. Qualiter vero exercebat̄ ſubdit.

**Nam et teſtimōia tua meditatio mea ē: et conſiliū meū iuſtificationes tue.**

Nam et teſtimonia tua) id eſt mandata vel martyria grece dicta. Unde ſanctos ꝓpter teſtimonium chriſti paſſos grece martyres appellamus (meditatio mea eſt) quia iugiter meditor ⁊ amo ea reſpiciens ad coronā hic enim id eſt horū cauſa meditata ſcȝ chriſtus et premia mitigant dolores (et conſiliū meū) ac conſiderata ratio eſt (iuſtificatōes tue) a te nobis tradite. vt ſeruem ⁊ adimpleam in quibus maximū

eſt inimicos diligere. Conſilium principum fuit martyres perdere conſilium martyrū fuit illos acquirere.

Deleth.

**Adheſit pauimento anima mea viuifica me ſcd̄m verbum tuum.**

In hac quarta littera dicit ſe corporali neceſſitate eſſe conſtrictum ita vt tedeat eum orare vel operari corpus enim quod corrumpitur aggrauat animā ſed ſola dei pietate dicit ſe eſſe ſaluandū. Et quia in hac neceſſitate poſitus ſemper timet relabi ideo congrue huic octonario premittitur littera (Deleth) que interpretatur timor. hic enim docetur ꝙ lex timentē confortat ſeu cōfirmat ⁊ ad omnia ei ſufficit. Modo ergo conſilium meum eſt iuſtificatōnes tue modo ita me habeo ſed olim (Adheſit) conſenſu (pauimento) id eſt carni ⁊ corpori terreno et corruptibili (anima mea) eius voluptatibus et deſiderijs cōſentiendo quod dicitur pauimentum qꝛ de terra factū. Vel (adheſit pauimēto) id eſt terrenis vt hec curet que ſunt calcāda pedibus velut pauimentū. Et quia carni vel terrenis adherere mors eſt anime ideo ſubdit (viuifica me) cōfortando per gratiam vt ſpiritus preualeat contra carnem et eruendo a terrenis vt mens ⁊ cōuerſatio mea ſit in celis (ſcd̄m verbum tuum) id eſt ſcd̄m ꝓmiſſionem tuam quā promittis veniam ⁊ gratiam penitenti. Et debes Quia.

**Vias meas enūciaui et exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.**

Vias meas enunciaui) per confeſſionē id eſt peccata mea cōfeſſus ſum (et exaudiſti me) dimittendo ea et quia deleſti vias meas (doce me iuſtificatōes) et vias (tuas) quibus perfectā conſequar correctionē. Sic doce me vt agam non vt tantūmodo ſciam quid agere debeam pulchro ordine ad iuſtificationes dei perueniendum putat vt primum peccata ſua confiteatur ita enim ⁊ alibi dicitur dic tu iniquitates tuas vt iuſtificeris. Vel (vias meas) id eſt ꝓceſſus meos difficiles in via virtutis ꝓpter aggrauationem corporis (enunciaui) tibi in oratōne (et exaudiſti me) conferendo gratiam (doce me iuſtificationes tuas) et mandata vt ea compleam. Et.

**Viam iuſtificationū tuarū inſtrue me: et exercebor in mirabilibꝫ tuis.**

Viam) id eſt modum et ordinem (iuſtificationum tuarum) et mandatorum tuorum que dirigunt ad iuſte agendū (inſtrue me) quomodo debeam in eis ambulare. Jam ante petijt doceri iuſtificationes nunc hic petit gradus et ordinem eorum quia nō ſufficit bona agere niſi fiant debito modo ⁊ ordine (et) ita inſtructus (exercebor) vſu operis (in mirabilibus tuis) iuſtificationibus ſcilicet in dilectione inimicorū et huiuſmodi quarum quedam ſunt ita mirabiles vt inexperti credant ad eas non poſſe perueniri intelligendas vel faciendas. Unde iſte earum difficultate quodāmodo fatigatus adiungit.

**Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis.**

Dormitauit anima mea) quaſi feſſa id eſt a ſpe qua eas me apprehenſurum eſſe crediderā refriguit lente ad bonum ſurgens ⁊ parum vel nihil boni operans et hoc (pre tedio) id eſt propter dilatōnes eorum que petij vel carnis infirme que ſeruit vanitati ⁊ hec dormitatio accidia ſolet dici ſed (tu confirma me) et da mihi perſeuerantiam (in verbis tuis) et preceptis que iā teneo ⁊ iam facio ne ab eis decidam dormitando ſed ex his ad alia poſſim pertendere proficiendo. Et vt poſſim confirmari et in via iuſtificationū ſic ambulare ꝙ poſſim ad illa ⁊ mirabilia peruenire.

**Viam iniquitatis amoue a me: et de lege tua miſerere mei.**

Viam iniquitatis) id eſt deſiderium ⁊ concupiſcentiam malam quibus tanquā ꝑ viam ad inquitatem et peccatum itur ⁊ a te receditur (amoue a me) ne illam ſequar (⁊ de lege tua) id eſt ſcd̄m legem tuam nō iuſticie ſed gratie qua implemus quod per nos non poſſumus (miſerere mei) ⁊ iuſtifica me quia tibi eſt proprium et apud te lex hec inſtituta eſt vt ſemper miſerearis. perfecte petit iſte qui ait viam iniquitatis amoue et de lege tua miſerere. ac ſi diceret mala remoue bona indulge. miſerere inquā mei qꝛ iam.

**Viam veritatis elegi: iudicia tua nō ſū oblitus.**

Viam veritatis) que vere ducit ad patriam relicta falſitate (elegi) vbi currerem quod vt facerem (iudicia tua non ſum oblitus) vt currerem quibus iudicijs a creatione mundi in celo et in terra peccantes grauiter afflixiſti ⁊ bonis gratiam multipliciter contuliſti et ad huc

quotidie bonos remuneras et malos punis q̄bus etiam iudicijs premia iuſtis et penas impijs in iudicio futuro reddes. Et per hunc modum cum currerem.

**Adheſi teſtimonijs tuis dñe: noli me cõfundere.**

Adheſi) voluntate amore: et toto deſiderio (teſtimonijs) ⁊ mandatis (tuis) o (domine) qui prius adherebam pauimento Adheret autem teſtimonijs qui mundo renunciat qui curã huius vite ⁊ voluptates ſpernit qui poſteriora obliuiſcitur ⁊ in anteriora contendit vt ad brauiũ perueniat ⁊ ideo (noli me cõfundere) nec ſpem meam euacuare ſed fac vt quo curro pertendã quo tendo per te perueniam nõ enim volentis nec currentis ſed miſerentis eſt dei. Sed quia non per ſe ipſum iſta potuit ſubiungit

**Viam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri: cum dilataſti cor meum.**

Viam mandatorum tuorum) que anguſta eſt (cucurri) vt bonus equus id eſt curſum vite mee ſcd̃m mandata tua direxi non per proprium arbitrium ſed (cum dilataſti cor meu3) per donum charitatis et delectatione3 iuſticie vnde mãdata diuina fiunt leuia. nõ enim currerẽ niſi dilataſſes Non ergo cucurri ꝑ me ſed dono tuo hoc eſt enim donum dei vt in preceptis eius non timore pene anguſtemur ſed dilectione ⁊ delectatione iuſticie dilatemur.

He.

**LEgem pone mihi domine viam iuſtificationũ tuaru3: et exquiram eam ſemper.**

In hac quinta littera precatur chriſto veniente ſibi qui veterem legem tenuit nouam lege3 conſtitui et quia per eam veru3 eſſe quis habet ideo huic octonario congrue premittitur littera (He) que interpretatur eſt vel viuit quod bene cõuenit qui enim eſt viuit et qui viuit eſt. Eſſe autem ⁊ viuere ſcd̃m deu3 inchoat quiſquis in lege domini bene viuẽdo ambulat: quod eſſe et viuere vir iſte ſanctus poſtulat. quaſi diceret noli me confundere. Sed. (Legem tuam) diuinam. non veterem vt olim nõ ſubditis ſed nouam vt filijs (pone mihi) o (dñe) docens me eam ſcilicet (viam iuſtificationũ tuaru3) vt me dirigat in mandatis tuis iuſtis. Sicut imperator preſcribit militibus viam eundi quantũ ſcilic3 et qua eant (et) ego (exquiram eam) vt in ea proficiam ⁊ hoc (ſemper) ſc3 quãdiu viuam Iam habet agendo ſed adhuc exquirit ꝓficiendo quamdiu enĩ hic viuitur tamdiu in ea et ſciendo et diligendo ꝓficitur et qui ꝓficit poſt hanc vitam perficitur. Et quia ad exquirendũ per me non ſufficio ideo.

**Da mihi intellectũ et ſcrutabor legem tuam: et cuſtodiam illam in toto corde meo.**

Da mihi intellectum) id eſt intelligendi donum et gratia3 vt ad eius alta ꝑueniam in quibus tota lex pendet ⁊ prophete (et) habito intellectu (ſcrutabor legem tuam) vt ipſam intelligam ⁊ intellectam opere perficiam et ore predicem (et cuſtodia3 illam) nõ in arca non in quaterno ſed (in toto corde meo) ſcilicet in intellectu per cognitionem in memoria per recordationem et in voluntate per amorem in quo videtur promiſiſſe vt deum diligat toto corde tota anima tota mente et proximum ſuum ſicut ſeipſum. Et quia hoc non valeo viribus meis ideo.

**Deduc me in ſemita mandatoꝝ tuorũ: quia ipſam volui.**

Deduc me) per grãm tuam ſicut nutrix paruulum (in ſemita mandatorum tuorum) ne aberrem. propterea viam mandatorum vocat ſemitam quia anguſta eſt via que ducit ad vitam que tamen nõ dilatato corde curritur. Arta eſt hec via vt non admittat timidum. ardua vt re- [tumidum] pellat pigrum (quia ipſam volui) id eſt voluntarius fui ⁊ ſum ad implendum nõ timore ſed amore. Ac ſi dicat non concupiui aliud nec delectatus ſum ideo rogo vt me deducas quia ſine tuo ducatu parum eſt mihi mea voluntas. Sed quia et ipſa voluntas a te eſt oro.

**Inclina cor meum in teſtimonia tua: et non in auariciam.**

Inclina) per humilitatem (cor meum) id eſt affectum meum vt plus velim ⁊ in ipſa voluntate proficiam (in teſtimonia tua) ⁊ precepta vt ea propter ſe implea3. teſtimonijs quippe aliud probatur et deus iuſtificatõnes ſuas ⁊ mandata quicquid nobis perſuadere vult ſuis teſtimonijs id eſt preceptis ⁊ exemplis nobis perſuadet ⁊ probat vt gratis colatur. quod impedit radix omnium malorum cupiditas. Unde ſubdit (et non in auaritiam) per ſubtractionem gratie ipſum deſerẽdo qua ſubtracta deũ colat propter terrena ad quod mouet auaritia Et quia omnia ſub ſole vanitas ſunt. ideo addit generaliter. Et.

**Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.**

Auerte oculos meos) corporis id eſt gratiā auertendi eos p̄be (ne videant) .ſ. acceptādo in affectu (vanitatē) id eſt vana ſeculi ad malū inducentia ꝑ oculos enim peccamus dum viſu ambimꝰ. Uel (auerte oculos meos) cordis (ne videant) id eſt attendant in bono opere (vanitatem) ſcʒ fauorē humane laudis vel vtilitateʒ rei tpalis ſed potius (in via tua) id eſt in obſeruatōne mandatoꝝ tuoꝝ qua itur ⁊ venit ad te (viuifica me) vt eā impleam ⁊ in eis nihil aliđ niſi te qui es via ⁊ vita attendā. Non enim viuit qui ea negligit vel aliud in eis q̄ vitam querit. Deinde ꝑ quid a vanitate auertit docet ſubdens.

Statue ſeruo tuo eloquium tuū: in timore tuo.

Statue) immobiliter (ſeruo tuo eloquium tuum) id eſt mandata tua quaſi intranſgreſſibilem metam ne elabatur ad quod valet timor. Unde ſubdit (in timore tuo) ſancto et caſto vt qui ſtat videat ne cadat hoc ideo dicit qꝛ multi eloquia dei negligenter ſuſcipiūt ſed timor dei ſanctus quaſi baſis eſt in qua verbuʒ firmiter ſtatuitur. q. d. da ſeruum tuum facere quod eloqueris ac ꝑficere ꝑſeueranter operari mandata tua in diuino eloquio contenta cum timore filiali qui nō admittit culpam ⁊ excludit negligentiam. Et dum in cūctis que agit deo diſplicere metuit ſemper magis et magis placere appetit. Unde ſubditur.

Amputa obprobrium meum quod ſuſpicatus ſum: qꝛ iudicia tua iocunda.

Amputa) etiam et tolle falce tue gratie (obprobrium meum) quod temerarie (ſuſpicatus ſum) in alijs iudicans eos non ꝓ deo ſed ꝓ laude vl' temꝑali mercede benefacere que ſuſpitio graue eſt pctm̄ ⁊ magnū ſibi facit obprobriuʒ ꝓpter qđ obprobriū qđ de alijs ſuſpicatꝰ ē dicit eſſe ſuū quā culpā a ſe optat amoueri qꝛ ei placent iudicia dei vera. vñ ſubdit (qꝛ iudicia tua) ſunt (iocunda) quia vera nam vera ſunt ſuauia amatoribꝰ veritatis ſed iudicia hominū de occultis non ſunt iocunda quia temeraria. Sed contra hoc malū charitas habenda eſt que nō emulatur. Unde ſubiungit.

Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

Ecce concupiui mandata tua) ſcʒ vt ea ſcirem et opere implerem que omnia in duobus mandatis charitatis colligunt id eſt concupiui ex toto corde ex tota anima ex tota mente diligere te ⁊ ꝓximum meū ſicut me et tu (in equitate tua) id eſt mandatoꝝ tuoꝝ (viuifica me) vita gratie id eſt charitate quam cōcupiui me imple vt viuam in te qui morior in me. Duo nanq̄ predicta mandata principalia ad equitateʒ pertinent. Equum eſt enim vt diligamus deū quia ipſe dilexit nos equum eſt vt ⁊ ꝓximū diligamus qꝛ ⁊ ab ipſo diligi volumus. In hac ergo equitate viuificare poſtulat vel qui in ſua tortitudine male viuendo perijt in equitate mādatorum dei iam bene incedendo viuat.

Uau.

Et veniat ſuper me miſericordia tua dñe: ſalutare tuuʒ ſcđm eloquium tuum.

In hac ſexta littera precatur vt ſaluator veniat qui eſt miſericordia peccatoꝝ et vita fidelium ideo huic octonario ꝓponit littera (vau) que interpretat ille vel ipſe id eſt ſaluator chriſtus qui quaſi adhuc loquentibus nobis dicit adſuʒ. Quaſi dicat in equitate tua viuifica me (Et) vt hoc cōſequar et mandata tua ꝑficiam (veniat ſuper me) deſurſum. vnde omne datū optimum et donum ꝑfectum eſt (miſericordia tua) o (dñe) id eſt auxiliū gratie tue quam vt cōſequar veniat (ſalutare tuum) id eſt chriſtus redemptor ⁊ ſaluator noſter (ſcđm eloquiū tuū) id eſt ſcđm ꝓmiſſionē tuam Venit quippe chriſtus nos miſericorditer ſaluare ſcđm q̄ antea dignatus eſt ꝓmittere ⁊ ꝓnunciare. Quod totum eſt gratie ne quiſquam de meritis glorietur et totum corpus dei dicat gratia dei ſum id qđ ſum.

Et reſpondebo exprobrantibꝰ mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibꝰ tuis.

Et) ſic (reſpondebo exprobrantibꝰ mihi) id eſt obprobriū mihi dicentibus (verbum) a ſpiritu ſancto mihi miniſtrandū ſcʒ verbum bonum ꝓ verbo malo verbum fidei ꝓ verbo infidelitatis: verbum edificationis pro verbo exprobrationis: parum eſt enim chriſtuʒ habere in corde niſi interritus confiteatur ore et dum timetur obprobriuʒ nolle reſpondere verbum et hoc faciam quia (ſperaui in ſermonibꝰ tuis) id eſt in ꝓmiſſis que dicunt nolite cogitare qđ loquamini ⁊c̄. Uel (in ſermonibꝰ tuis) quibus vitam eternam te confitentibꝰ promittis. Sed quia multi vrgentibꝰ malis negāt ſubdit.

Et ne auferas de ore meo verbū veritatis vſq̄quaq̄: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.

Et ne auferas) id eſt ne auferri ſinas (de ore meo verbū veritatis) quo minus eam predicē (vſquequaq;) id eſt ſemꝑ vel penitus ⁊ ſi ex timore ad tempus (q: in iudicijs tuis) quibus tuos flagellas ⁊ corripis vel etiam occidi permittis (ſupſperaui) quoniā non ſolū mihi non auferunt ſpem verū etiā augent. quem enim diligit deus caſtigat et flagellat enim filiū quem recipit. Vel (ſupſperaui) id eſt ſup condignū ſperaui q: premiū ſup merita ſperamus non ſunt enim condigne paſſiones huius tꝑis ad futuram gloriam.

**Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſeculum et in ſeculum ſeculi.**

Et) ſi non abſtuleris (cuſtodiā legem tuam) ipſius mandata ſcꝫ charitatē opere adimplendo et hoc (ſemꝑ) quod determinat dicens (in ſeculum) id eſt in preſenti (et in ſeculū ſeculi). i. in futuro. plenitudo eniꝫ legis eſt charitas que a ſanctis et quoruꝫ ore nō auferturverbū veritatis cuſtodiet non ſoluꝫ in hoc ſeculo ſed etiam in altero. Quia charitas que hic incipit in futuro ꝑficiet et que hic eſt ignis ibi erit caminꝰ. Nam ⁊ deum plenius cum videbimus amabimus et ꝓximuꝫ ſimiliter q: deus erit omnia in omnibꝰ hec autem predicta cum orarē exaudiſti me.

**Et ambulabā in latitudine: q: mandata tua exquiſiui.**

Et) exauditus (ambulabā in latitudine) ſcꝫ charitatꝭ que diffuſa eſt in cordibꝰ noſtris que tam lata eſt vt vniuerſam legem ⁊ ꝓphetas in ſe concludat. hec autē charitas duobꝰ illis mandatis tota atq; integra continet id eſt dilectiōe dei ⁊ ꝓximi in quibus tota lex pendet ⁊ ꝓphete (q: mandata tua) quorum plenitudo eſt charitas (exquiſiui) petendo: querendo: pulſando: et accepi ſpiritū quo bona facerem ex dilectione. Et q: dixit ſe ambulaſſe in latitudine cōtinenter ꝓſequitur in tribus ſcilicet in locutione meditatione operatione ⁊ primo in locutione dicens.

**Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: et nō confundebar.**

Et loquebar) conſtanter et intrepide (de teſtimonijs tuis) grece martyrijs vel in preceptis a te teſtificatis ⁊ de te teſtificantibꝰ pro veritate certans vſq; ad mortem (in conſpectu regum) qui poterant terrere ⁊ timorē incutere. In hoc dicto non tam rei euentū q̄ mentis affectū exprimit q: ſic erat affectus q̄ iam ꝓmptus eſſet loqui coraꝫ regibus. genus autem martyrij eſt nomen chriſti cōfidenter confiteri coram talibus (et non confundebar) loqui vt timore vel pudore cederem ſciens quia qui te confitet coram hominibꝰ confiteberis eum coram patre et angelis eius. Deinde ſubiūgit de meditatione dicens.

**Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi.**

Et meditabar in mādatis tuis) implendis cogitando quomodo ꝑficerem omnis enī ſeruus mandata dn̄i ſui ſemper in mente habere debet vt non ſolum timore verum etiam amore deſeruiat ⁊ ſubiungit quare dicens (que) ꝓpter ſe (dilexi) id eſt quia ea dilexi ꝑ ſpirituꝫ qui datus eſt mihi. quod enim ab aliquo diligit de hoc frequenter meditat ꝑ hūc quidem ſpirituꝫ dilectio ipſa in corde diffundit ⁊ cor ad meditandum dilatatur. deinde ſubdit de operatōne dicens.

**Et leuaui manus meas ad mādata tua que dilexi: et exercebor in iuſtificationibus tuis.**

Et leuaui manus meas ad mandata tua) ea poſt talem meditationē opere adimplendo ex meditatōne enim mandatoꝝ celeſtiuꝫ boni operis vſus inoleſcit ſine quo meditatio nō ſufficit. Cum opera ꝓ deo fiunt tunc manus ad ſuperna leuant: cum autem ꝓ terrenis tunc deponuntur (que dilexi) q: finis precepti eſt charitas vt eius intuitu fiat mandatū. Ad omnia autem tria predicta pertinet quod ſequit (et exercebor) ſic loquendo meditando et operando (in iuſtificationibꝰ tuis) id eſt in preceptis tuis que iuſticie ſunt ac iuſtificāt ⁊ iuſtificatū oſtendunt.

Zai.

**Memor eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo mihi ſpem dediſti.**

In hac ſeptima littera agit de ſpe ꝓmiſſionum dei que facit omnia pacifice tolerari per quam mens humana eleuatur ab hiſviſibilibus et temporalibꝰ ad inuiſibilia ⁊ eterna bona vbi requies eſt vera. Septenarius autem ſignificat requiē. Vnde ⁊ huic octonario preponitur ſeptima littera ſcꝫ (Zai) que interpretatur huc vel duc te q: hic agit de ſpe que non eſt de preſentibꝰ ſed ad futura tendit. q. d. huc tende huc dirige iter tuū tanquaꝫ tui ductor et rector quo vocat te verbū dei ſcꝫ ad eternitatē feſtinās ergo iſte in illam requiem ingredi petit eam. d. (Memor eſto ꝟbi tui) id eſt ꝓmiſſi implēdi fa

eti(ſeruo tuo)nō libero ſuo.i. nō quaſi oblitus tardes ſed quaſi memor redde promiſſum qui nunquam fallis: promiſit enim deus mercedem cuilibet fideli ſibi ſeruienti ꝛ ſpecialiter tribulationes mundi patienter pro eo ſuſtinenti (in quo) verbo promiſſionis( mihi ſpem dediſti)de expectatione promiſſorum.quia enim ꝓmiſiſti ſperare feciſti eterna et deſpicere preſentia quaſi diceret ideo ſic ꝛ ſic ago qꝛ te ꝓmittente eterna ꝛ auxiliū in tribulatōe ſpero et tu dn̄e ꝓmiſſi memor eſto. Unde in aduerſis ſpe ſe cōſolans ſubdit.

**Hec me cōſolata eſt in humilitate mea: quia eloquiū tuū viuificabit me.**

Hec)ſcꝫ ſpes tue ꝓmiſſionis (me conſolata eſt)et confortauit(in humilitate mea).i.in deiectione ꝛ tribulatōe vt nō timerē ſed potius gauderem. Ergo aduerſa facile ſuperant̄ ſi ſit ſpes que cōſolet̄ qui enī meliora ſperat leuioribꝰ nō frangit̄ (qꝛ eloquiū tuū).id eſt ꝓmiſſio tua (viuificabit me)afflictum ꝛ firmauit meū animū. Tempe nanqꝫ tentationis de verbo et eloquio dei viuitur quo eterna ꝓmittunt̄. Unde petrus dn̄o dixit verba vite eterne habes. Et neceſſe mihi erat quia.

**Superbi inique agebāt vſqꝫquaqꝫ: a lege autem tua non declinaui.**

Sup̱bi)ſcꝫ p̱ſecutores mei(inique agebāt) cōtra me(vſqꝫq̄qꝫ).i.valde vl̄ nimis nō tm̄ impie agendo ſed etiam pios ad impietatē cogendo qđ nimis eſt iniquum ſed fruſtra inſtabant qꝛ non conſenſi Unde ſequit̄(a lege autem tua non declinaui)quantūcunqꝫ me ad hoc impellerent ſed in ea ſtabilis p̱manſi.lex enim dei eſt remediū vt non curetur ꝓſperitas ſuperboꝝ et non timeat̄ deiectio iuſtoꝝ. hic nanqꝫ nos docet recta et iuſta dei iudicia meditari et q̄li nos regere debeamus cautione. Ideo ſubdit qꝛ.

**Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a ſeculo dn̄e: et conſolatus ſum.**

Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a ſeculo)o(dn̄e) ex quo genus humanuꝫ cepit que exercuiſti in vaſa ire ꝛ in vaſa miſericordie(et ꝯſolatus ſū) qꝛ iudicia tua vera eſſe cognoui. Qui enim preterita repetit ꝛ ſemp̱ colligit ſeriē vetuſtatis: cognoſcit qꝛ nec pctōr potētia ſue iprobitatꝭ euadat nec iuſtus equitatis ſue premijs defraudet̄ Et qui bene ſibi cōſcius hec nouit retexere habet vnde gratiā ſue cōſolationis poſſit accipere. Quantū autē vir ſanctus iniquos quos tolerabat diligeret oſtendit cum ſubiūgit. In me quidem conſolatus ſum. Sed.

**Defectio tenuit me: ꝓ peccatoribꝰ derelinquentibus legem tuam.**

Defectio)et tediū cordis et anime.i.afflictio et dolor(tenuit me) et occupauit(ꝓ pctōribus derelinquentibꝰ legem tuam).i. ꝓ exceſſibꝰ peccantium a quibus legem tuā derelinqui videbam:dolebat p̱fectus iſte non qꝛ ipē appetebat̄ ſed qꝛ lex dei relinquebat̄ et non de ſuo ſed de alieno cōtriſtabat̄ damno. Tanta enim eſt virtus pietatis ꝙ vir ſanctus plus grauatur ꝛ dolet de aliena culpa ꝛ miſeria q̄ꝫ de ſua pena ꝛ iniuria. Sed nos hodie magis dolemus noſtra incōmoda q̄ꝫ ſalutis ꝓximi detrimenta. Nec tm̄ de tribulatione ſua nō dolebat immo gaudebat quod oſtendit cum ſubdit.

**Cantabiles mihi erant iuſtificatōes tue in loco peregrinationis mee.**

Cantabiles).i.ſicut cātilene delectabiles qꝛ cantus eleuat labores tollit tediū ꝛ delectat(mihi erant iuſtificatōes tue).i.iudicia tua iuſta q̄bus noſtri purgant̄ exceſſus. Ex coꝝ quidem iniquitatibꝰ dolebat ſed in dei iuſtificationibꝰ ꝙ a malis tribulabat̄ cantabat ꝛ exultabat(in loco p̱egrinationis mee).i. in via p̄ntis vite in qua p̱egrini ſumus ꝛ differimur a p̄ria hec enī miſera vita locus p̱egrinationis dicit̄ eo ꝙ homo deiectus eſt de p̱adiſo in has miſerias vbi penā ſue improbitatis fleat. Sed qꝛ omni tp̄e circa dei laudes eſſe debet intentꝰ adiūgit. Et.

**Memor fui nocte nominis tui domine et cuſtodiui legem tuam.**

Memor fui)nō ſolum die ſed etiam(nocte) id eſt omni tp̄e(nominis tui dn̄e)laudibꝰ diuinis ꝛ oratōni intendendo. Uel(memor fui nocte)ſcꝫ tribulationis id eſt in aduerſitate nō tm̄ in ꝓſperitate(nominis tui)o(dn̄e)te coram hominibus confitendo ꝛ tibi gratias agendo vbi magis q̄ꝫ in ꝓſperis deo eſt adherenduꝫ ꝛ gratie ſunt agende: non eſt enim magnum ſi hoc agas in ꝓſperis(et)ſic(cuſtodiui legem tuam) mandata tua adimplendo quam non cuſtodiſſet ſi in virtute tua confidens nominis dei memor non fuiſſet adiutoriū enī noſtrū in nomine dn̄i. Et merito memor fui et cuſtodiui. Nā.

**Hec facta eſt mihi: qꝛ iuſtificatōes tuas exquiſiui.**

Hec)ſcꝫ nox ꝛ tribulatio(facta eſt mihi).i. ꝓ me ꝛ ad vtilitatē meam ꝓdeſt enim his qui ſalubriter exercent̄ in ea vt diſcant non ſuperbire nam virtus in infirmitate p̱ficitur. Et bene facta eſt mihi ꝛ ad vtilitatē meam quia ſic(iuſtificationes tuas) ꝛ precepta iuſtificantia exqui

ſui. Unde prius dicit bonum mihi quia hu-
miliaſti me vt diſcam iuſtificatões tuas. Tuas
qui iuſtificas impium nõ meas: deus eſt enim
inquit apoſtolus qui operatur in nobis et vel-
le ⁊ operari ꝓ bona voluntate hoc etiam ꝑ pro
phetam dominus dicit. Et faciam vt in prece
ptis meis ambuletis et iudicia mea cuſtodia-
tis et operemini.

.ff. Heth.

## Portio mea domi ne dixi cuſtodire legem tuam.

In hac octaua littera faciem dñi
videre optat quia mandatis eius eſt obſecutuſ
et qꝛ qđ deſiderat ſollicite ſatagit habere ideo
congrue pręmittitꝰ littera (heth) que interpreta
tur pauor et intelligitꝰ non pauor recidendi ſed
ſollicitudo acquirendi illud bonum quod ſpe
rat qđ quia in octaua reſurrectõis pręſtabitur
ideo octonarius ille octauus ponitꝰ.q.d. iuſtifi
cationes tuas exquiſiui quia. (Portio) ⁊ pars
(mea) o (dñe) tu es quaſi diceret non quero di-
uitias nõ honores ſeculi ſed omnia poſtpoſui
vt tu ſolus mea pars optima fieres. partes ſibi
eligunt homines in hoc mũdo alius hoc aliuſ
illud vnde quiſq; viuat: pars vero piorum eſt
ipſe deus vnde ſemper viuant. Qui talem por
tionem deſiderat opus eſt vt legem diuinã cu-
ſtodiat. Unde ſubiungit ⁊ ideo (dixi) id eſt fir-
miter ſtatui (cuſtodire legem tuã) cuſtodia enĩ
legis dei acquirit portionẽ ipm deuꝫ. Sed qꝛ
non cuſtodio niſi adiuues ideo ad hoc facien-
dum dicit.

**Deprecatus ſum faciẽ tuã in toto cor-de meo: miſerere mei ſcđm eloquiũ tuũ**

Deprecatus ſum faciem tuam) id eſt faciem
gratie non vindicte hoc eſt fauorem tuum. Ul'
(faciem) id eſt noticiã qꝛ qui deum contempla
ri valet qualiter legem eius cuſtodiat intelligen
do videt (in toto corde meo) id eſt tota intentõe
tota animi virtute: toto mentis affectu. Nullũ
aliud deſideriũ habens qꝛ diuiſa mens nõ im
petrat. deꝑcatus ſum inq; dicẽs (miſerere mei)
vt ꝑ miſericordiã habeã quod meritis nõ poſ-
ſum (ſcđm eloquiũ tuũ) id eſt ſcđm ꝓmiſſionẽ
tuã: ꝓmittit enĩ nobis miſeris miſericordiã ſuã
deus ſi ad ipſum conuerti voluerimus. Et tan
quam exauditus ⁊ adiutus ſubdit.

**Cogitaui vias meas: et conuerti pedes meos in teſtimonia tua.**

Cogitaui) id eſt diligenter conſideraui (vias
meas) id eſt ꝓgreſſus vite mee ꝑores malos vel
futuros ſcꝫ quid agendũ ſit ⁊ quomodo ⁊ quid
non (⁊ conuerti pedes meos) id eſt affectus me
os ⁊ greſſus operũ meoꝝ quibus homo quaſi
pedib; ambulãdo ꝓgreditꝰ a vijs meis prauis
et tardis (in teſtimonia tua) id eſt mandata que
tue voluntati teſtificantꝰ eligendo viuere ſcđm
ea. Cogita ergo vt iam non tuis greſſib; quib;
lapſus es ambules. Cogita autem quid faciaſ
quid loquaris quomodo viuas vbi enim pre-
cedit cogitatio ibi matura ſequitꝰ opatio. Et iđ.

**Paratus ſum et non ſum turbatus: vt cuſtodiam mandata tua.**

Paratus ſum) ꝓmpta voluntate (et nõ ſum
turbatus) quantacunq; aduerſitate ingruente
(vt cuſtodiã mandata tua) ita vt etiam ꝓ eis cu
ſtodiendis ſi neceſſe eſt pati nõ recuſem. vbi co
gitatione quis preuenit quod agendũ eſt ſemꝑ
paratus eſt ad agendũ ſemper fixus ⁊ validus
vt non queat ſubita ⁊ improuiſa offenſione tur
bari ⁊ ideo meditare ⁊ ſtatue animo vt veniens
ad prelia et pericula ſis paratus nõ ſolũ aduer
ſus ea que vides ſed etiam aduerſus ea que nõ
vides ⁊ dicas paratus ſum ⁊ nõ ſum turbatus
vt cuſtodiã mand ta tua. vbi etiã notatꝰ qđ obe
dientia debet eſſe feſtina et leta. Et q; paratus
ſit oſtendit dicens.

**Funes peccatorũ circũplexi ſunt me: et legem tuam nõ ſum oblitus:**

Funes peccatoꝝ) .i. deceptiones ⁊ impedi-
menta inimicoꝝ ſpiritualiũ ⁊ carnaliũ ſcꝫ de-
monum ⁊ maloꝝ hoim (circũplexi ſunt me) .i.
circũligauerunt me quibus tanquã funib; me
poſt ſe trahere conantꝰ ſed fruſtra qꝛ (et legẽ tuã
non ſum oblitus) ipſam tranſgrediendo ſciens
oportere nos ꝑ multas tribulatões introire in
regnũ dei. Mala enĩ quib; terrent et pctã ſunt
quaſi reſtis longa quam trahunt qua implica
re ſanctos volunt ſed nõ poſſunt eos qui legis
obliti nõ ſunt. Non ſum inq; oblitus qꝛ ſermo
dei nõ eſt obligatus ſed ita in memoria ⁊ affe-
ctu habui q;.

**Media nocte ſurgebã ad ꝯfitendũ tibi: ſuꝑ iudicia iuſtificatõis tue.**

Media nocte) pre feruore et capto quieto
temꝑe (ſurgebam) de lecto ⁊ poteſt dici mediuꝫ
noctis quicq̃d eſt inter crepuſculũ ⁊ diluculuꝫ
Uel (media nocte) .i. grauiori tribulatione nõ
deijciebar ſed (ſurgebam) fortius (ad confiten
dum) tibi confeſſione laudis ⁊ gratiarũ actõis
gratie enĩ agende ſunt deo de omnib; que ac-
cidunt nobis ⁊ ſic poteſt teneri (dñs ſuper iudi
cia) et flagella (iuſtificatõis) ⁊ correctõis (tue)
quib; flagellas et iuſtificas filios q̃s recipis que

aliȷ̃ nõ merentur. Confiteoꝛ tibi ſciens quia et hoc ipſum ꝙ funes circũplectunꞇ me iuſto iudicio dei eſt quod incipit a domo eius. Et ita affectus.

**Particeps ego ſum oĩm timentiũ te: et cuſtodientiũ mandata tua.**

Particeps ego ſum)ex tua bonitate (omniũ timentiũ te) timoꝛe filiali et ſancto qui cauet offenſam: membrũ enim eſt particeps boni cõmẽbꝛi ſui ⁊ totius coꝛpis. Nã cõia ſunt bona iuſtoꝝ vt quicquid boni agitur a ſingulis pꝛoſit omnibꝫ: iuſticia enĩ cõmunis eſt virtus. Tãta quippe eſt virtus eccleſiaſtice vnitatis ꝙ oẽs ſunt vnũ in dño (⁊ cuſtodientiũ mandata tua) ꝑ ſanctã operationẽ vt timoꝛ nõ ſit ocioſus. q. d. cum omnibꝫ timentibꝫ te coꝛde et cuſtodientibus mandata tua opere ego cõmunico ⁊ participo beneficia tua que nõ ſunt pauca ſed copioſa quia.

**Miſericoꝛdia tua domine plena eſt terra: iuſtificatõnes tuas doce me.**

Miſericoꝛdia tua) o (dñe) id eſt effectibꝫ miſericoꝛdie tue ſpiritualis ⁊ tẽpalis (plena eſt terra) qꝛ fidem vbiqꝫ dilatauit ⁊ impios iuſtificat ſolem ſuum oꝛiri facit ſuper bonos ⁊ malos et pluit ſuper iuſtos ⁊ iniuſtos omneſqꝫ paſcit: et ꝓpter hoc ꝯfidenter rogo (iuſtificatões tuas) et mandata (doce me) illuminando intellectũ ad cognoſcendũ eas ⁊ dirigendo affectũ ad faciẽdum. iam ſe cuſtodiſſe dixit ⁊ hic amplius doceri petit qꝛ ſemꝑ debẽt queri ad ꝑfectũ. Nunquam enim eſt bone rei ſacietas eis quibus vere ſapit bonitas. Theth.

# Bonitatẽ feciſti cũ

**ſeruo tuo dñe: ſcđm verbũ tuũ.**

In hac nona littera gratias deo agit de ſua humiliatõne ⁊ patientia ꝑ quam venit ad iuſticiã ⁊ qꝛ bonũ eſt humiliari ⁊ patientiam habere que tollit triſticiã et pꝛeſtat in tribulatione etiam iocunditatẽ ideo huic octonario pꝛeſcribiꞇ littera (Theth) que interp̃taꞇ bonum vel excluſio qꝛ hic agit de patiẽtia que excludit triſticiã de aduerſis et facit bonũ et iocũdum pati. q. d. doce me iuſtificationes qꝛ iam. (Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo) o (dñe) id eſt feciſti vt me delectaret bonũ et facerẽ illud liberaliter delectatione iuſticie nõ ſeruiliter timoꝛe pene quod magnũ eſt donũ qꝛ ſic de eo qui ſeruus fuit feciſti filiũ (ſm verbũ tuũ) quo iubes liberaliter ⁊ ex charitate ſeu amoꝛe nõ ſeruiliter et ex timoꝛe tibi ſeruire. Vel (ſm verbũ tuum) id eſt ſcđm ꝓmiſſum tuũ vt ablato ſpũ ſeruitutis firma ſit ꝓmiſſio de ſpiritu adoptõis filioꝛum. Nõ ſunt ergo vera bona niſi illa que ſm verbum dei ſunt. deinde quod ſe accepiſſe confeſſus eſt augeri ſibi petit ⁊ ꝑfici dicens

**Bonitatem et diſciplinã et ſcientiã doce me: quia mandatis tuis credidi.**

Bonitatẽ) .ſ. mecũ factã (doce me) aſpirãdo amplius charitatem vt mihi gratia tua magis magiſqꝫ augeaꞇ ⁊ bonitatis dulcedine innoteſcat (⁊ diſciplinã) dando patientiã vt adeo ſit dulcedo boni ꝙ amoꝛe dei vel ꝓximi quaſlibꝫ feram paſſiones (⁊ ſcientiã) illuminando intelligentiam ad diſcernendum inter bona mala. Bonitas ergo eſt v̾tus q̃ fit delectatõ boni. diſciplina eſt virtus qua fit tolerantia mali. ſciencientia eſt virtus qua fit cognitio boni ⁊ mali. iõ doce (quia mandatis tuis credidi) ſcꝫ ꝙ tu illa mãdaueris quaſi diceret fides qua credidi iſta tua eſſe mandata impetret a te gratiã qua faciam iſta que tu mandas. Sed.

**Prius ꝙ̃ humiliarer ego deliqui: pꝛopterea eloquiũ tuum cuſtodiui.**

Prius ꝙ̃ humiliarer) id eſt affligerer penaliter per tuam coꝛrectionẽ ⁊ diſciplinã (ego deliqui) eloquiũ tuũ non cuſtodiendo et ſic culpaꝫ incurrendo: ꝓpterea ne iterũ humiliarer ⁊ affligerer (eloquiuꝫ tuum cuſtodiui) ſcꝫ ſcđm illud operando. Ex diuina enim coꝛrectione experitur homo quantũ bonũ ſit deo obedire ⁊ eruditur vt magis ſollicitus ſit mandata dei cuſtodire. Sepe enim contingit vt culpa generet penam ⁊ pena excitet coꝛ ad penitentiã ⁊ penitentia operiat culpam. Nam ſi peccatis tuis tribuas ꝙ humiliatꝰ es et quicquid acciderit in te retoꝛqueas: ex reo incipis eſſe iuſtus qui te vt reum condemnas. Sed quia hoc non niſi per gratiam dei fieri poteſt recte ſubdiꞇ.

**Bonus es tu: et in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.**

Bonus es tu) in te ⁊ ex te eſſentialiter ⁊ etiaꝫ ſperantibꝫ in te cõfidenter (et) ideo (in bonitate tua) ⁊ ſuauitate nõ in meis meritis (doce me iuſtificationes tuas) .i. opera iuſticie effectualiter adimplere vel opera bona quibus poſſim iuſtificari. Iuſtificatõ enim eſt opus iuſticie. q. d. doce bonitatẽ ex ꝑientia qui es bonus in natura. Ecce liber in quo debet homo ſtudere et ꝓficere ſcꝫ in dei bonitate et iuſtificationes nõ curſus planetarũ nõ diuinatõnes futuroꝝ vel vanitates ceteras ibi querere. Et neceſſe eſt vt me doceas qꝛ adeſt colluctatio vt oſtendam re

quod didici. Nam.

**Multiplicata eſt ſup̱ me iniquitas ſup-
borum: ego aūt in toto corde meo ſcru-
putatus inſipiens ⁊ ſine ſcientia ad modū ado
leſcentis(et contemptus)id eſt deſpectus ab in
imicis tamen(iuſtificatōnes tuas)id eſt man=
data tua(non ſum oblitus)vt illi maioꝛes ſcꝫ
inimici mei ſed freq̄nter habeo in coꝛde ad me
ditandū in oꝛe ad docendū:in manu ad faciē=
dum:Ubi nota. Quanq̄ꝫ hec dauid ex perſo=
na ſua dicat qui adoleſcētioꝛ ceteris fratribus
quaſi cōtemptus ad oues paſcendas directus
de hinc regno electus eſt:tamen hec ad popu=
lum chꝛiſtianū referēda ſunt qui pꝛius cōtem
ptus recolens iuſtificatōes dei ⁊ accipiens ꝓ
ris pꝛimogenita ꝓoꝛ effectus eſt. Et merito nō
ſum oblitus quia.

Iuſticia tua iuſticia ineternuꝫ:et lex tua
veritas.

Iuſticia tua)o deus qua iuſte reddis vnicui
q̄ꝫ iuxta opera ſua eſt(iuſticia ineternū)duratu
ra.qꝛ eterna bona bonis:⁊ eterna ſupplicia ma
lis ꝓmittit et a nullo vnq̄ꝫ calumniari poterit.
Uel iuſticia dei eſt eterna qꝛ quiſquis eam ſeq̄=
tur ineternū gaudebit. ſed iuſticia hominis id
eſt ab homine inſtituta eſt tempoꝛalis ⁊ quan=
doq̄ꝫ patitur calumniā(et lex tua eſt veritas)in
ſe ⁊ vera per omnia quia nullam continet fal=
ſitatem. Uel(Lex tua)noua eſt(veritas)et res
non vmbꝛa ⁊ figura vt lex vetus. Et ꝑ hac le=
ge tua.

Tribulatio et anguſtia inuenerunt me:
mandata tua meditatio mea eſt.

Tribulatio)exterioꝛ(et anguſtia)interioꝛ q̄
īmittunt̄ iuſtis tanquā munera ad pondera
peccatoꝝ deponenda et merita augmentanda
(inuenerunt me)expectantem ⁊ paratum id eſt
venerunt ſuper me ⁊ quantūcunq̄ꝫ ſeuiant ta=
men his non obſtantibꝫ(mandata tua)nō vin
dicte(meditatio mea eſt) quod eſt remediū con
tra tribulatōnes.quaſi diceret nulla tribulatio
a lege tua diuellere me poterit. Seuiant ergo
inimici et ꝑſequantur dum tamen mādata dei
non relinquant̄ ⁊ ex ipſis mandatis etiam qui
ſeuiunt diligant̄. Quia.

Equitas teſtimonia tua ineternū:intel
lectum da mihi et viuam.

Equitas)et iuſticia in ſe ⁊ etiam equitatis in
dicatiua ſunt(teſtimōia tua)ſcꝫ pꝛecepta legis
cum teſtificatōne tua data vel ipſa ſcripturarū
verba(ineternū)et omni tempꝛe quia nunquaꝫ
in aliquo iniqua vl̄ falſa reperiuntur ⁊ ideo in
tribulationibꝫ ⁊ neceſſitate(intellectū da mihi)
ad ea cognoſcēda ⁊ opere implenda ⁊ vt ſciam
q̄ꝫ nihil eſt quod ꝑſequentes tollunt(et viuam)
vita gratie in pꝛeſenti et gloꝛie in futuro perfe=
cta quidem virtus eſt intellectus ſi quis quod
ſenſu capit factis exequitur.

Coph.

Clamaui in toto coꝛ
de exaudi me dn̄e:iuſtificationes tuas
requiram.

In hac decimanona littera ꝓmittit ſe iuſtifi
cationes dei exquirere ⁊ qꝛ quanto magis vult
bonis inſiſtere tanto magis diabolus conatur
ſeducere ⁊ in malis ne reſpiret cōcludere opus
eſt ad deuꝫ clamare ideo poſt erroꝛem accepta
ſuperius conſolatione iſte concluſus aſperius
clamat hic ſtudioſius. Un̄ huic octonario pꝛe
mittitur littera(Coph)que interpꝛetat̄ conclu
ſio vel aſpice quod idem eſt in ſenſu quia con=
cluſus debet circumſpicere et cauſam periculi
non diſſimulare. Concluſio vero eſt in angu=
ſtijs mentis contra quam adhibenda eſt medi
cina oꝛatōnis. Clama ergo ad medicū qui ver
bo non ferro ſanare conſueuit. Unde ⁊ iſte ait.
(Clamaui)ad te pꝛeces fundendo(in toto coꝛ
de)attende quo ad intellectū. deuote quo ad ef
fectum non aliunde cogitando non aliud que
rendo. Clamoꝛ coꝛdis etiam ſilente voce a deo
auditur ⁊ ille clamoꝛ eſt magna intentio cogi=
tationis.ille enim clamoꝛ fit ſublimitate cogi=
tationum contentuq̄ꝫ virtutum et ideo(exaudi
me)o(dn̄e)ad hoc ſcꝫ vt(iuſtificatōnes tuas re
quiram)vtiq̄ꝫ faciendas nō tm̄ ſciendas quia
non eſt ſatis ad deuꝫ clamare ſed ⁊ iuſticias ac
mandata eius opoꝛtet exquirere ⁊ tenere. Et q̄
ſi repetit.

Clamaui ad te et ſaluū me fac:vt cuſto
diam mandata tua.

Clamaui ad te)oꝛando deuote. quia enim
vndiq̄ꝫ ſunt hoſtes vocandus eſt qui ſit auxi=
lio(et)tu(ſaluum me fac)ſcꝫ in anima a pecca
to ⁊ omni periculo(vt)melius(cuſtodiā man=
data tua)ea opere adimplēdo. Ac ſi diceret da
vires vt poſſim implere quod iubes vt non ne
gem per infirmitatē vbi enim eſt ſalus et vigoꝛ
anime efficit vt facienda fiant ⁊ vſq̄ꝫ ad moꝛtē
ſi opus eſt certetur ꝓ veritate vbi non eſt iſta ſa
lus ⁊ virtus ſuccumbit infirmitas.

Preueni in maturitate et clamaui:qꝛ in
verba tua ſuperſperaui.

Preueni in maturitate)hic ſubauditur in id
eſt in immaturitate per immaturitatē intelligi=

tur nox intempeſta id eſt importuna actionibꝰ tempeſtiuuꝫ enim dicit̄ oportunū (et clamaui) orando ad te domine hoc eſt in tempe noctur- no ⁊ immaturo magno orandi affectu q̄ſi quo dam clamore mentis preueni horaꝫ humanis actionibꝰ oportunā quia (in verba tua) quibus preuenientibꝰ ⁊ vigilantibꝰ ꝓmittis bona eter- na (ſuperſperaui) id eſt valde ⁊ ſuper merita ſpe raui ſemper creſcens in ſpe etiam in aduerſis. Et.

**Peruenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.**

Peruenerunt) lucem (oculi mei) interiores (ad te) directi in (diluculo) id eſt mane ⁊ tempe ſtiue ante diem a ſimili ſtrenui operarij qui an te lucē ſurgit ad bene operanduꝫ (vt meditarer eloquia tua) ſuauia id eſt legem eloquia tua cō tinentem. Non eum lux ſoporatuꝫ repperit ſed ſtrenue vigilantem et circa diuina eloquia ocu lorum ſpiritualiū intentione meditantē. pudor eſt enim ſi radius ſolis in ſtrato ocioſum te in- ueniat. Et quia ita ſtudioſe ad te vigilo ideo.

**Vocem meam audi ſcd̄m miſericordiā tuam domine: et ſcd̄m iudicium tuū vi- uifica me.**

Vocem meam) qua clamo ad te (audi) aufe rendo penam peccati ⁊ hoc (ſcd̄m miſericordiā tuam) o (domine) de qua cōfido non ſcd̄m me rita mea que non habeo ⁊ (ſcd̄m iudiciū tuuꝫ) quo ſupplicibꝰ parcis ⁊ ſe damnantes abſoluiſ (viuifica me) per gratiam tuam ne moriar per culpam ſed viuam per gratiam. Congruus or do q̄ premittitur miſericordia ⁊ ſequitur iudi- cium prius enim deus ſcd̄m miſericordiā au- ferta peccatoribꝰ penam eiſq̄ poſtea iuſtis ſe- cundum iudiciū dat vitam. Et neceſſe eſt vt vi uifices quia.

**Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: a lege autem tua longe facti ſunt.**

Appropinquauerūt) .i. approximando ſe cō uinxerunt (perſequentes me) iniuſte verbis et factis (iniquitati) et ſceleri ſcꝫ me ꝑſequendo (a lege autem tua) que precipit diligi ꝓximum et ꝓhibet perſecutionē innocentiū ⁊ omne pecca- tum (longe facti ſunt) ex hoc ipſo. Quo magis iniquitati appropiant eo magis a iuſticia elon- gantur qui enim appropinquat vni extremo e- lōgat ſe ab oppoſito hoc ideo dicit vt cauſa ſua melior q̄ȝ illorum eſſe videatur. Illi appropin- quauerunt ſed mihi nō nocuerunt q2.

**Prope es tu dn̄e: et omnes vie tue veri tas.**

Prope es tu) o (domine) mihi qui in lege tua maneo ad me ſaluanduꝫ et eos repellenduꝫ (et omnes vie tue) ſunt (veritas) et iuſticia quaſi di ceret dummodo mihi aſſiſtas ſiue dimittas in tribulatione ſiue liberes totum iuſte facis qui nullum immeritū damnas ſed multos imme- ritos ſaluas. Unde etiam in tribulationibꝰ q̄ eas non immerito patiuntur tribuere veritateꝫ deo ſanctoꝝ eſt vſitata confeſſio. quicquid enī patiuntur totum merito ſe pati fatentur. Et.

**Initio cognoui de teſtimonijs tuis: q2 in eternum fundaſti ea.**

Initio) id eſt ab initio vel a ꝑncipio ſcꝫ quo primo intelligere cepi ea (cognoui de teſtimo- nijs tuis) id eſt verbis legis quibus teſtatus es et ꝓmiſiſti daturū te eſſe regnum tuis filijs ſem piternum (quia in eternū fundaſti ea) manſura quia id quod per ea ꝓmiſiſti eſt eternuꝫ. Nam per ſe ipſa teſtimonia nō erūt neceſſaria quan- do res ipſa videbit̄ ꝓpter quam credendā teſti- monia requirunt̄. Vel teſtimonia dicit prece- pta que dicuntur in eternū fundata quia ꝑ eis neglectis vel ſeruatis pena vel merces reddi- tur eterna. Res.

**Vide humilitatem meam ⁊ eripe me: quia legem tuā nō ſum oblitus.**

Qui ſupra ſe dixit ſe clamaſſe in hac viceſi- ma littera petit viuificari quia precepta dei ſū- mo ſtudio que ſunt et quia nemo iuſtificat̄ niſi per humilitatem que eſt caput omniū virtutuꝫ ideo huic octonario premittit̄ littera (Res) que interpretat̄ caput vel primatus. Moraliter ca put eſt humilitas ſed inflatus non tenet hoc ca put. Myſtice caput nr̄m chriſtus eſt ſine quo viuendi vſus haberi non poteſt et ideo ſeruari debet. primatus etiam eſt dn̄s chriſtus qui ab- latus maiori datus eſt minori iacob id eſt po- pulo chriſtiano dixerat ille prope es tu domi- ne ergo (Vide) oculo miſericordie (humilita- tem meā) id eſt placeat tibi humilitas mea que eſt in operibꝰ ⁊ tentationibꝰ que omni chriſtia- no neceſſaria eſt (et eripe me) a diabolo mun- do et carnis tentamento (quia legem tuaꝫ) que dicit qui ſe humiliat exaltabitur (non ſum ob- litus) ſed memoriter tenui. Vel (vide humilita tem) id eſt afflictionē quam in nomine tuo pa- tior (et eripe me) ab iniquis (quia legem tuam non ſum oblitus) q2 nos non ferendo ſed pa- tiendo pugnare iuſſiſti. Minus dicit ſcꝫ (non ſum oblitus) et plus intelligit ſcꝫ quod valde meminit. Et.

**Iudica iudicium meum et redime me: pro pter eloquium tuum viuifica me.**

Iudica iudiciũ meũ) id eſt diſcerne cauſam meam quam habeo cõtra diabolũ ⁊ homines iniquos trahentes me frequenter ad maluꝫ (et redime me) id eſt tanquam precio redemptũ libera me a ꝑiculis ⁊ malis (ꝓpter eloquiũ tuuꝫ) ſcꝫ humilitatis obſeruatũ. Uel (ꝓpter eloquiuꝫ tuum) ſcꝫ legis tue que ꝓmittit vitam ⁊ dirigit ad eam (viuifica me) modo vita gratie et tandẽ vita glorie. verecunde hoc dicit vt qui de meritis diffidit, ꝓpter verbũ dei ſperet clementiã. me viuifica. Sed.

**Longe a peccatoribꝰ ſalus: qꝛ iuſtificatõnes tuas non exquiſierunt.**

Longe) ſcꝫ eſt (a peccatoribꝰ) et impijs ſupbis (ſalus) a qua longe ſe fecerunt (qꝛ iuſtificationes tuas) id eſt legem ⁊ mandata tua que iuſtificant (nõ exquiſierũt) ſcꝫ vt facerent ⁊ ſcðm ea viuerent. Uel (iuſtificatões tuas non exquiſierunt) ſed de ſua iuſticia preſumpſerũt. Sed non eſt longe a me ſalus qꝛ iuſtificatões tuas exquiſiui. In hoc omnes deuotos animat et ꝑfidos terret. Iſte ergo a deo ſe accepiſſe videns hoc beneficiũ vt cuſtodiret iuſtificatões eius ſubiungit. Uel. Et ſi longe ſit a peccatoribꝰ ſalus tamen nemo deſperet qꝛ.

**Miſericordie tue multe dñe: ſcðm iudicium tuum viuifica me.**

Miſericordie tue) quibꝰ benefacis ſine meritis ⁊ ꝑcis peccatoribꝰ penitentibꝰ (multe) ſunt o (dñe) qui nos de tot ⁊ tantis eruũt ꝑiculis qꝛ multipliciter miſeris miſereris ⁊ ideo cõfidenter peto (ſcðm iudiciũ tuũ) quo humiles exaltas vel quo nunc diſcernis pios ab impijs (viuifica me) per augmentum gratie tue. Et bene poſt miſericordiaꝫ ſubdit de iudicio qꝛ non eſt miſericordia ſine iudicio. Ideo autem viuifica me. Quia.

**Multi qui ꝑſequuntur me et tribulant me: a teſtimonijs tuis non declinaui.**

Multi) ſcꝫ ſunt (qui ꝑſequuntur me) mortifera ſuadendo (et tribulãt me) flagella inferendo ſcꝫ demones et mali homines tyranni heretici ⁊ falſi fratres ⁊ tamen ꝓpter hoc (a teſtimonijs tuis) id eſt preceptis te teſtificantibꝰ ſeu ꝑ te in lege teſtificatis (nõ declinaui) fultus robore tui auxilij. vbi Ambroꝰ. Non eſt magnũ ſi tunc a dei teſtimonijs non declines cũ te nullus affligit: nullus ꝑſequitur. Sed non vnus ꝑſecutor eſt. Multos miniſtros habet ſed nõ te terreat. per multas enim tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Tibi ꝓficit qꝫ multi ꝑſecutores ſunt vt inter multas ꝑſecutiones facilius inuenias quomõ coroneris. Sed qð peius eſt non hi ſolum ꝑſecutores ſunt qui videntur ſed etiam qui non videntur et multo plures ꝑſecutores. diabolus enim multos miniſtros ſuos dirigit qui non foris tm̃ ſed etiam intus faciant ꝑſecutiones in animis ſingulorum ꝑſequitur auaricia: ꝑſequitur ambitio: ꝑſequitur luxuria. Eſt enim malus ſpiritus fornicationis: eſt malus ſpiritus auaricie: malus ſpiritus ſuperbie. verum vt multe ꝑſecutiones ita martyria multa. Quotidie teſtis es chriſti. Tentatus es ſpiritu fornicationis: ſed veritus chriſti futurũ iudiciũ. temerandã mentis ⁊ corporis caſtimoniã non putaſti martyr es chriſti. Tentatus es ſpiritu auaricie vt poſſeſſionẽ minoris inuaderes ⁊ tamen contemplatõe celeſtium preceptoꝝ opem magis ferendaꝫ qꝫ inferendaꝫ iniuriã iudicaſti teſtis es chriſti. Tentatus eſt ſpiritu ſuperbie ſed videns inopem atqꝫ egenum pia mente compaſſus es humilitatem magis qꝫ arrogantiã dilexiſti teſtis es chriſti. Quis enim locupletior teſtis eſt qꝫ qui confitetur dñm ieſum in carne veniſſe cum euangelij precepta cuſtodit? Nam qui audit ⁊ non facit negat chriſtum et ſi verbo fatetur operibꝰ negat. Ille ergo teſtis eſt qui a ſtipulantibꝰ factis dñi ieſu precepta teſtatur. Quanti ergo in occultis quotidie martyres chriſti ſunt ⁊ ieſuꝫ dominũ confitentur: ergo in perſecutionibꝰ interioribus eſto fidelis ⁊ fortis vt in forenſibus perſecutionibꝰ approberis. Et in intimis perſecutionibus ſunt reges ⁊ preſides terribiles iudices ⁊ poteſtates. Si culpa regnat quot peccata quot vicia tot reges. Et ante hos adducimur ⁊ ante hos ſtamus habent etiam iſti reges tribunal in mentibus plurimoꝝ. Sed ſi quis chriſtum fateatur ſtatim regem illum facit eſſe captiuũ deijcit de ſolio ſue mentis. Quomodo eniꝫ poterit diaboli tribunal manere in eo cui chriſti tribunal aſſurgit? Si declinas perſequenteꝫ. chriſtum abijcis. Ubi illũ viderit diabolus ibi tentationũ machinas admonet vt illum ſi poſſit excludat. Ergo qui ꝑſecutorẽ refugit reijcit etiam defenſoreꝫ. Sed cum audis multi ꝑſequentes ⁊ tribulantes me noli timere qui potes dicere. Si deus ꝓ nobis quis cõtra nos. Uerum hoc dicit qui a teſtimonijs domini nullo viciorum declinat amfractu. hec Ambroſius. Ego inqꝫ nõ declinaui.

**Uidi preuaricantes et tabeſcebaꝫ: quia eloquia tua non cuſtodierunt.**

Uidi) autem (preuaricantes) id eſt impios

legem tuã tranſgredientes et a teſtimonijs tuis declinantes cedentes perſecutoribꝫ et tribulationes nõ ferentes ꝑ quibus amiſſis ſocijs dolent ſancti. vnde ſubdit hic et (tabeſcebã) id eſt zelo dei et charitatis accenſus dolebã ⁊ merebam. deinde exponit in quo ſunt preuaricãtes dicens (quia eloquia tua) ⁊ precepta tam dulcia tam vtilia (non cuſtodierũt) ſed in tribulatione negauerunt. Comendans autẽ ſe ⁊ differens ab eis ſubiungit. Et ideo.

**Vide qm̃ mandata tua dilexi: dñe in miſericordia tua viuifica me.**

Vide) hoc ſcꝫ (quoniã mandata tua dilexi) nõ tm̃ in me ſeruando ſed etiam in me et in alijs zelando quod plus eſt q̃ȝ ſeruare qꝛ hoc eſt charitatis illud neceſſitatis. In dilectiõne quidem fructus eſt omniũ paſſionũ ⁊ actionũ. q. d. placeat tibi ⁊ remuneret̃ a te dilectio mea. Vñ peto o (dñe in miſericordia tua) non in meis meritis ⁊ iuſticia (viuifica me) vita gratie. tua enĩ miſericordia et gratia ſola viuificat nos et ſaluat. Et vere viuificabis me quia hoc dixiſti in ſcripturis veris qui ſemꝑ vera dicis. Nam.

**Principiũ verboꝝ tuoꝝ veritas: in eternum omnia iudicia iuſticie tue.**

Principiũ verboꝝ tuoꝝ) eſt (veritas) id eſt a veritate ṽba tua ꝓcedunt ⁊ ideo veracia ſunt vt impleant quod ꝓmittunt quibus ꝓnunciat̃ vita iuſto pena impio. Unde ſequit̃ (in eternũ) ſcꝫ ſunt et durabunt quantũ ad effectũ (omnia iudicia iuſticie tue) quibus reddis premia tibi obediẽtibꝫ ⁊ penas inobedientibꝫ ⁊ hec iudicia nũquã mutabunt̃ qꝛ ſñiam de bonis vł malis latam nec tpꝰ nec vlla res ſubuertet ſed iudicia dei de oĩbꝫ ſcꝫ p̃mia iuſtorũ et pene impioꝝ in eternum manebunt. Syn.

**Principes perſecuti ſunt me gratis: et a verbis tuis formidauit cor meum.**

Qui ſupra humilitatẽ deo obtulit in hac viceſima prima littera gratas ſibi dicit ꝑſecutiones quibus tanquam emplaſtris vulnera peccatorũ curant̃. Unde dicit̃ da nobis auxiliũ de tribulatione. Ideo huic octonario premittitur littera (Syn) que interpretat̃ ſuper vulnus quaſi emplaſtrũ. dicit enim ꝙ tribulatio curat peccatoꝝ vulnera et dat ſalutẽ. vulnus ergo eſt peccatũ emplaſtrũ eſt tribulatio vel vulnus eſt tribulatio ſuꝑ vulnus eſt conſolatio eloquioꝝ dei. Ad hanc ergo diuine gratie medicinã iſte exultans vero ſamaritano vulnera ſua curanda detegit. q. d. viuifica me et neceſſe eſt quia.

(Principes) huius mundi ſcꝫ demones rectores tenebrarũ harũ vel mali homines potentes ſcꝫ tyranni heretici: ⁊ falſi fratres (perſecuti ſunt me) et hoc (gratis) id eſt ſine cauſa et meis meritis vel fruſtra qꝛ non habuerũt intentũ et licet ꝑſequerent̃ tamen (a verbis tuis) quibus cõminaris tranſgreſſoribꝫ legis tue penas ⁊ q̃bus ais qui me negauerit coram hominibꝫ negabo ⁊ ego eum corã patre meo qui eſt in celis. et iterum nolite timere eos qui occidũt corpus ſed eum timete qui poteſt ⁊ corpus ⁊ animã occidere in gehennã magis q̃ȝ a minãtibꝫ ṽbis ꝑſecutorũ (formidauit) ⁊ timuit (cor meũ) id eſt ego in hac ꝑſecutiõe qꝛ timor tuus excludit timorem eorum et ſic vinco. Et ideo.

**Letabor ego ſuꝑ eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.**

Letabor ego) quaſi victor (ſuꝑ eloquia tua) meditando ipſa qꝛ vtilia ⁊ ſalubria. Quiſquis enim in verbis dei ne in certamine vincat̃ formidat ſuꝑ eadem victor exultat: bona ergo trepidatio verbi dei que exultationẽ generat quia eloquijs dei vulnera curantur. letabor dico (ſicut) ille (qui) poſt bellũ inuenit (ſpolia multa) que poſſidere poſſit ſine calumnia immo valde amplius qꝛ omnis theſaurus in comparatione illoꝝ arena eſt exigua.

**Iniquitatem odio habui et abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.**

Iniquitatem) nõ hominẽ (odio habui ⁊ abominatus ſum) prorſus exhorreſcens ⁊ longe a me faciens (legem autem tuam) ⁊ ſi aliquando corripit tamen (dilexi) in affectu mentis tanquam quid vtile ⁊ honorabile ꝓhibens iniq̃tatem ⁊ ex dilectiõe nõ ex timore impleui. amor quippe bonorũ odio malorũ ꝓbatur. Timore ergo caſto nõ perit amor ⁊ illa formido nõ facit odium verboꝝ dei ſed integrã charitatẽ vt deus ametur cuius verba timent̃. Et.

**Septies in die laudem dixi tibi: ſuꝑ iudicia iuſticie tue.**

Septies in die) id eſt in hac vita que ſeptem diebus agit̃. Numerus q̃ppe ille vniuerſitatẽ indicat quia ſeptem diebus vniuerſa tempora voluuntur ſic ⁊ illud ſepties in die cadit iuſtus ſcꝫ tribulationibꝫ ⁊ modis omnibus humiliatus et reſurgit id eſt non perit ſed proficit. Vel (ſepties) id eſt ſeptem vicibus ſcilicꝫ in ſeptem horis canonicis (in die) ſcilicet naturali (laudem dixi tibi) id eſt laudaui te (ſuper iudicia) id eſt flagella (iuſticie tue) id eſt quibus corrigis ⁊ iuſtificas filios q̃s recipis. vł (ſuꝑ iudicia iuſticie tue) ꝯſiderãdo oĩa opa tua iuſta q̃ ſunt

exequutiones tue iuſticie. Et merito legem tuam
dilexi. Quia.

**Pax multa diligentibꝰ legem tuam: et
non eſt illis ſcandalum.**

Pax multa) eſt ⁊ ſi non ſemper tꝑis ſaltē pe-
ctoris et tandeꝫ eternitatis (diligētibꝰ legē tuā)
qua flagellas omnē filiū quem recipis q: cha-
ritas pellit omnes ꝑturbationes ⁊ tribulatōes
Etenim qui deum perfecte diligit tranquillus
apud ſe manet et ſi eſt pugna foris nō intus (et
non eſt illis ſcandalū) nec calcitrant contra ſti
mulum q: non ſunt puſilli quorum eſt ſcanda
lo exagitari. Vel (pax multa diligentibꝰ legem
tuam) ⁊ ſacram ſcripturā q: in ea inueniunt re
mediū contra omnē deſolationē (et nō eſt illis
ſcandaluꝫ) hoc enim nō patientur finaliter ita
vt offendāt ⁊ in penam incidant: dilexi inquaꝫ
legem et.

**Expectabā ſalutare tuū dn̄e: et manda
ta tua dilexi.**

Expectabā) ſcꝫ in ſpe (ſalutare tuū) o (dn̄e)
id eſt effectū ſalutarē ſcꝫ in tribulatōe mea mul
tiplicem cōſolationē (et) ideo (mandata tua di-
lexi) per que habeo ſalutare ⁊ conſolationē. vl'
(expectabā ſalutare tuū) o (dn̄e). ſ. chriſtū qui
eſt ſalutare. Antiqui iuſti primuꝫ aduentū ex-
pectauerūt nos ſcōm ꝓ quo ⁊ illi ⁊ nos māda-
ta diligimus dilexerūt antiqui mādata ⁊ chri-
ſtus eos liberauit. diligamus et nos mandata
vt cum apparuerit chriſtus vita nr̄a tunc ⁊ nos
appareamus cum illo in gloria. Et.

**Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua:
et dilexit ea vehementer.**

Cuſtodiuit anima mea). i. voluntas mea (te
ſtimonia tua) ⁊ mandata diligenter ea in ope-
re ꝑficiendo ⁊ exercendo ſed q: hoc non ſuffi-
cit ſine charitate addit (et dilexit ea vehemēter)
id eſt valde intenſe qđ plus eſt q̄ȝ tantū cuſtodi
re. Qui enim diligit ipſe veraciter libenterq; cu
ſtodit. Et hoc nō meritis ſuis ſed deo attribuit
dicens. Ideo.

**Seruaui mādata tua et teſtimonia tua:
q: omnes vie mee in conſpectu tuo.**

Seruaui) diligenter opere implendo (man
data tua) noua (et teſtimonia tua) vetera (quia
omnes vie mee). i. cogitationes ac dicta ⁊ facta
mea quibus velut quibuſdā vijs ꝓgredior ⁊ ꝓ
ficio in conuerſatōne vite mee ſunt (in conſpe-
ctu tuo) id eſt in preſentia tua ⁊ tibi placent. q.
d. per hec potui cuſtodire quia deus dignatus
eſt intendere qui illuminat et errores fugat ꝙ ſi
faciē auertiſſet fuiſſeꝫ turbatus nec ea cuſtodiſ
ſem. Ad hoc ergo ſunt in cōſpectu domini vie
iuſtorum vt dirigat greſſus eorum q: nulla via
bona eſt niſi quam deus illuminat.

Thau.

**Appropinquet de
precatio mea in cōſpectu tuo dn̄e iu
xta eloquiū tuū da mihi intellectū.**

Qui ſupra gratas ſibi fore tribulatōes dice
bat in hac vltima littera chriſto ꝓximare deſi-
derat precans vt veniat ⁊ ouem ꝑditam reuo-
cet. Et q: chriſtus veniens conſūmationē eter-
ne beatitudinis cōtulit ⁊ ab errore ad patriā re
duxit idō huic octonario ꝑmittit littera (Thau)
que interpretatur errauit vl' conſūmauit q: hic di
cit ſe habere conſūmationē ⁊ vitā eternā. Iam
olim ſe errauiſſe dicit nō modo nunc autem di
cit ſe reportandū ad p̄riam a pio paſtore. Non
eſt eni vicij ſed ꝑfectus renunciaſſe errori. Eſt
etiam in hoc conſūmatio. i. diſcipline perfectio
q: plus eſt a vicio ſe reuocaſſe q̄ȝ ꝓpe vicia ipſa
neſciſſe. Imbutos eni vicijs animos exuere at
q; emendare nō ſolū ꝑfecte virtutis ſed celeſtis
eſt gratie. Et quaſi dicat. q: ſic ⁊ ſic egi (Appro-
pinquet) tibi (deprecatio mea) que eſt de adhi-
bendis bonis facta (in conſpectu tuo) o (dn̄e)
vt eam a te non repellas ſed benigne audias. ⁊
que ſit ille depcatio ſubdit (iuxta eloquiū tuū)
ſcꝫ legis tue (da mihi intellectū) vt ſapiaꝫ id qđ
edificationis eſt. iuxta eloquiū dei petit vt ſapi
at ne ꝑ humanā prudentiā euaneſcat. Vel (iu-
xta eloquiū tuū da mihi intellectū) id eſt ſcōm
altitudinē eloquij tui que tranſcendit faculta-
tem humani ingenij eleua intellectū meum ad
ipſum intelligendū.

**Intret poſtulatio mea in cōſpectu tuo:
ſcōm eloquiū tuum eripe me.**

Intret) etiam ad te (poſtulatio mea) que eſt
de remouendis malis facta (in conſpectu tuo)
vt eam gratanter ſuſcipias et clementer exau-
dias. Gradatim aſcendit quia plus eſt intrare
q̄ȝ appropinquare. et ſubdit poſtulationē dicēs
(ſcōm eloquiū tuuꝫ) id eſt ꝓmiſſum (eripe me)
ab hoſtibꝰ viſibilibꝰ ⁊ inuiſibilibꝰ. graue eſt eni
tamdiu luctari cum eis. Vel (ſcōm eloquiū tu-
um) id eſt ſcōm altitudinē eloquij tui (eripe me)
a labe concupiſcentie ⁊ a meditatōne terreno-
rum ad que meditanda ⁊ cogitanda natura eſt
prona. da inq̄ȝ intellectū q: tunc.

**Eructabūt labia mea hymnū: cum do-
cueris me iuſtificatōnes tuas.**

Eructabūt labia mea) quaſi de pleno id eſt
ex cordis abundantia cum magna plenitudi-
ne extra ꝓnunciabūt et dicent (hymnū). i. lau

dem dei (cum docueris me iuſtificatões tuas)
id eſt mandata ⁊ eloquia tua ꝑ que iuſtificas vt
nõ ſolũ memoria retinendo ſed etiam facien=
do cuſtodiã aliter enĩ nõ eructabũt niſi tu do=
ceas. Sic enim qui gloriat̃ nõ in ſeipſo ſed in
dño gloriat̃ hymnũq; eructat ſed iam q2 didi=
cit ⁊ doctorẽ ſuũ deũ laudauit. Deinde vult do
cere. vnde ſubdit.

Pronunciabit lingua mea eloquiũ tuũ
q2 omnia mandata tua equitas.

Pronunciabit) etiam (lingua mea).i. ꝑcul
et ꝓpe nunciabit laudando ⁊ alijs ꝑdicando vt
ſim miniſter verbi (eloquiũ tuũ).i. legis tue vñ
eſt ſalus nõ ocioſum verbũ vnde reddenda eſt
ratio ⁊ decet ac iuſtũ eſt id ꝓnunciari q2 eq̃tate
fulget vnde ſubdit (q2 omnia mãdata tua) ſunt
(equitas).i. equitate plena. talia autẽ mandata
ſunt amãda facienda ⁊ vbiq; diuulgãda. Sci
ens aũt iſte que ꝑicula ſequãt̃ docentẽ a cõtra=
dicentib9 addit.

Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam
mandata tua elegi.

Fiat manus tua).i. potentia ⁊ opatio adiu=
trix (vt ſaluet me) ab inimicis ⁊ ab omni malo
ne timeã et deficiã ⁊ det ꝑſeuerantiã vt ſufficiã
ad hoc faciendũ ⁊ audacter ꝓnunciẽ qđ hac fi
ducia peto (qm̃ mandata tua) de omnib9 alijs
et pre omnib9 tꝑalib9 (elegi) et timorẽ timore cõ
preſſi ad ea meditanda opanda et docenda q2
ſunt omnib9 ad ſalutẽ vtilia ideo iuſtũ eſt te iu=
uare me ſperantẽ in te. Et.

Cõcupiui ſalutare tuum domine: et lex
tua meditatio mea eſt.

Concupiui ſalutare tuum) o (dñe).i. effectũ
virtutis tue ſaluatricis. Uel ſalutẽ eternã que
eſt in te obiectiue. Alij alia querũt ego autẽ nõ
niſi tuã ſaluationẽ.i. ſalutẽ q2 omniũ finis eſt
ſpes ſalutis non felicitas huius tꝑis (et) iõ (lex
tua meditatio me eſt) eo ꝙ dirigat ad cõſecutio
nem huius ſalutis. Qui enim cupit ſalutẽ me=
ditat̃ iugiter in lege dei nec inde auertit̃ aliqua
cura huius ſeculi fiat inquã manus tua ⁊ ſic.

Uiuet anima mea et laudabit te: et iu=
dicia tua adiuuabunt me.

Uiuet anima mea) vita gr̃e in pñti et glorie
in futuro licet corp9 affligat̃ (⁊ laudabit te) nũc
etiã in flagellis que fiunt ad purgationẽ ⁊ ſem
per in eternitate cum beatis (et iudicia tua) que
modo incipiunt a domo dei (adiuuabunt me)
q2 ſanguine creuit eccl'ia. iudicia dei ſctõs ad=
iuuant dum tribulationib9 ꝓbant̃: pctõres ad
iuuant dum tribulationib9 caſtigant̃. Uel (iu=
dicia tua) futura (adiuuabũt me) ad laudandũ
deuotius. Quis enĩ videns equitatẽ dei in da=
mnatione maloꝝ et premiatõe bonoꝝ nõ ꝓrũ
pit in laudẽ eius mirabilẽ. dico adiuuabunt et
viuam. Sed quandoq;.

Erraui ſicut ouis q̃ perijt: quere ſeruũ
tuũ q2 mandata tua nõ ſum oblitus.

Erraui) ꝑiculoſe ſepius heu declinando a
via veritatis ad vicia (ſicut ouis que perijt).i. ꝑ
dita fuit ideo (quere ſeruũ tuũ) ſcʒ me ſicut pa=
ſtor querit ouem ꝑditã vt reducat eam: q2 ⁊ ſi
erraui tñ (mandata tua nõ ſum oblit9) finaliter
et ex toto vnde quere me ⁊ miſerere mei et ꝑfice
vt cepiſti. mãdata obliuiſcit̃ qui nõ ſurgit poſt
caſum qui errauit et nõ obliuiſcitur ſurgit for=
tior cautior et humilior. Nouiſſime hic apit ſe
et oſtendit que ꝑſona ꝑ totũ pſalmũ loquebat̃
ſcʒ generalis iuſtus. Qui ex hac pte qua dicit
(q2 mandata tua nõ ſum oblitus) eſt ouis in=
uenta ſed adhuc ex alia parte querit̃ ⁊ ꝑ ſui pa
ſtoris ſanguinẽ fuſum et diſperſum in omnib9
gentibus inuenitur.

Oratio.

Palma totius beatitudinis deus q̃ fideles
tuos vt in lege tua ambulẽt teſtimonia tua ſcru
tentur mandata cuſtodiant: ſalubris ꝓuiſor in
formas: cõcede nobis iuſtificatões tuas toto
corde querere: eloquia intelligere: mirabilia ꝑ=
dicare: vt qui hactenus ceu oues ꝑdite erraui=
mus tuis pijs humeris reſtituti paradiſo glo=
riemur. Per do.

Pſalmus de clamore penitentis aſcen
dere et proficere cupientis ac dolore ſue
longe in hac vita peregrinationis.

Ps. cxix.

AD dominũ cũ tri
bularer clamaui ⁊ exaudiuit me.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Ti
tulus canticũ graduũ. Et eſt ſenſus hic eſt can
ticũ graduũ.i. mentis exultatio de aſcenſu ſpi
rituali q2 ſpirituales gradus ſunt iſti. Canticũ
enim deſignat iocunditatẽ. gradus vero aſcen
ſionem ⁊ ꝓfectum. magna aũt debet eſſe iocun
ditas anime ꝓficienti ad deum. Materia cla=
mor penitentis aſcendere et ꝓficere cupientis.
Intentio: monere hominẽ ad aſcendendũ et ꝓ
ficiendũ exemplis ſeruorũ dei quos de mor=
tuis viuos deus ipſe fecit tanquam carbones
vaſtatores. Sententia in generali ꝓpha in iſto
pſalmo in ꝑſona cuiuſlibet fidelis educti de va
nitate ⁊ malis huius ſeculi incipiẽtis iam aſcẽ
dere volẽtiſq; ꝓficere ac ſoli deo inherere patiẽ
tis liguas aduerſantiũ clamat ad dñm vt a lin
guis iſtoꝝ liberet vehementerq; cõquerit̃ ꝙ in

hac vita diutius cõmorans malorꝝ cõmixtiõe tantũ pregrauatᷣ. Aſcendens ergo hic loquitᷣ et de eius ꝑfectu hic agitᷣ licet enĩ gradus vel deſcendentiũ vel aſcendentiũ ſint gradus tñ qui modo in his q̈ndecim pſalmis poſiti ſunt aſcẽdentes tñ ſignificant. Eſt aũt aſcenſus hic ſpiritualis qui fit nõ paſſibꝫ pedũ ſed ꝓmotiõe affectuũ vt de virtute in virtutẽ ⁊ de minore aſcẽdatur ad maiorez vbi charitas mouet pedem. Ideoqꝫ quanto quis plus diligit tanto magis aſcendit. Et nota ꝙ quindecim gradus erant quibꝫ aſcendebatᷣ in templũ ſeu domũ dñi quã rex ſalomon edificauerat vbi ſũmus pontifex ſemel in anno ſcz in feſto ꝓpiciatõis nõ ſine ſanguine in ſancta ſanctorꝝ aſcendebat ⁊ aſcenſurus ſingl'os pſalmos in ſingulis gradibꝫ ſcz in quolibet gradu vnum decantabat ita ꝙ in vltimo gradu q̇ erat iam in atrio domus dñi canebat. Ecce nunc bñdicite dño ⁊c. Vñ eſdras ꝓpheta repletus codẽ ſpiritu quo dauid intelligens iſtos gradus templi his q̈ndecim pſalmis et numero ⁊ ſignificatõe cõcordare voluit hos de nomine graduũ intitulare. Quindenarius enim numerus ex ſeptenario ⁊ octonario ꝯſtat ⁊ ꝑ ſeptenariũ vetus teſtamentũ intelligitᷣ qꝛ ſeptimus dies in eo celebrari ꝑcipitᷣ die enĩ ſeptimo requieuit deus ab omni ope qđ patrarat ꝑ octonariũ vero nouũ teſtamentũ deſignatur qꝛ in octauo die quo chriſtus reſurrexit ſũpſit exordiũ ⁊ qꝛ idem dies in magna celebritate haberi auctoritate noui teſtamẽti iubetᷣ. Quindecim ergo graduũ fit diſtinctio vt ꝑ hoc expliceturſacramentũ veteris ⁊ noui teſtamenti ⁊ ſignificetᷣ vtriuſqꝫ teſtamẽti doctrina in his gradibus cõtineri. Et ſic ꝑ quindecim gradus in ſancta ſanctorꝝ aſcendebatᷣ ita quindecim gradibus virtutũ que in nouo ⁊ veteri teſtamento intelliguntᷣ oẽs electi in ſancta ſctõꝝ .i. in eternam beatitudinẽ aſcẽdendo ꝓficiſcuntᷣ: poteſt etiam quindenarius numer⁹ in denariũ ⁊ q̈narium diuidi et ꝑ denariũ decem ꝑcepta ꝑ q̈narium ꝓo quinqꝫ ſenſus corꝑis intelligi. Quia ſicut ꝑ quindecim gradus aſcẽdebatᷣ in ſancta ſanctorꝝ ita q̈nqꝫ ſenſibꝫ corꝑis edomitis et decem ꝑceptis cõpletis itur in ſancta ſanctorꝝ .i. ad gaudia celeſtiũ ꝑmiorũ. Sunt ergo hic q̈ndecim gradus ſicut in templo quindecim erãt gradus quibꝫ in illud aſcendebatᷣ qđ templuz eſt figura celeſtꝭ templi ad qđ his gradibꝫ aſcẽditur. Beatitudinẽ ergo quam ſuꝑior pars alphabeticus cantauit iſti ſequẽtes pſalmi ordinatis quindecim gradibꝫ tam pſalmorꝝ q̃ꝫ meritorum in ſacramentũ tam noui q̃ꝫ veteris teſtamenti explicant. Primus autẽ gradus eſt a malis ſeculi exire ⁊ vniuerſe vanitati renunciare. Initium enim ꝑfectus eſt carnalia vicia relinquere ⁊ dño inherere. Et tũc cum homo incipit aſcendere .i. cogitat ꝑficere cõtempto ſcl'o ſoli deo herens incipit pati linguas aduerſantium ⁊ detrahentiũ ⁊ qđ grauius eſt quaſi conſulendo a ſalute auertentiũ. Sententia in ſpeciali. Iſtus ergo volens exire de malis ſeculi q̇bus premebatᷣ dicit ſe clamaſſe ad dñm ſic. (Ad dñm) q̇ ꝑ iuuare ⁊ facere faciliter (cũ tribularer) ac tẽtatõibꝫ ⁊ deceptõibꝫ ab aſcẽſu retraherer (clamaui) intẽtõe cordis orãdo feruent vt me educeret de malis ſeculi prementibꝫ me grauiter. valde vtilis eſt fideli tribulatõ aĩe vñ enim tribulatᷣ inde compellitᷣ deum orare ⁊ in eius adiutorio cõfidere. Tũc enim preſto eſt diuinum adiutoriũ quãdo deficit humanũ (et exaudiuit me) miſericorditer liberando ⁊ ad gradus aſcendendi ꝯſtituendo vbi erat cõtra linguas detrahentiũ dicens.

**Dñe libera animam meam a labijs iniquis: et a lingua doloſa.**

(Dñe) qꝛ me in gradu cõſtituiſti iam ergo (libera animã meaz a labijs iniquis) .i. illorꝝ qui ꝓhibendo ⁊ terrẽdo me detinere ⁊ impedire conantur ne mundũ ⁊ ſecularia negocia derelinq̃ꝫ et familiarius tibi adhereã (⁊ a lingua doloſa) eorꝝ videlicet qui verbis ſuaſorijs ⁊ palliato ꝯſilio me impedire ⁊ a bono retrahere nituntur. labia enĩ iniqua ſunt que aꝑte loquũtᷣ malum que palã minantᷣ ⁊ terrent. lingua vero doloſa eſt habens imaginez cõſulendi ⁊ ꝑniciem nocendi. Sed dominus quaſi exercens iuſtũ dicit ei.

**Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam.**

(Quid detur tibi) in arma (aut quid apponatur tibi) quaſi in cõſolatõe quo te munias (ad) .i. ꝯtra (linguã doloſam) q̇ mala ſuadet et plus nocet. q.d. Quale remediũ ꝯtra huiuſmodi retractiua habere poteris. de lĩgua doloſa tñ facit mentõnẽ qꝛ magis nocet ⁊ ſub ea ſatis intelligitur alia. Magis enĩ timenda eſt lingua doloſa ⁊ adulatoris q̃ꝫ iniqua et detractoris. duo dicit ſcz dari et apponi qꝛ ſagitte dantᷣ in arma et carbones apponuntᷣ quaſi in ꝯſolationẽ vnde ipſe dñs qui exercens interrogat reſpondẽs ſue interrogationi ſubiungit.

**Sagitte potentis acute: cum carbonibus deſolatorijs.**

(Sagitte potentis) .i. verba dei omnipotentis ſcz verba ſacre ſcripture (acute) ad vulnerãdum ⁊ trãſfigendũ cor vulnere amoris dabũ-

tur tibi ꝓ remedio (cum carbonibꝫ ⁊ deſolatoꝛijs).i. cum exemplis peccatoꝝ ad deum conuerſoꝛum. Qui bene dicunť carbones qꝛ conuerſi ad deum igne charitatis calefacti de moꝛtuis reuiuiſcūt et alijs moꝛtuis adhibiti ſuo exemplo eos vt viuant accendunt. dicunť etiam carbones deſolatoꝛij ſeu vaſtatoꝛij qꝛ vaſtando ad deſolationē ꝑducunt carnales affectōes et ſeculares amoꝛes. Ipos enim attendendo ſi male lingue volunt nos impedire vł a bono retrahere attendimus nos ad carbones illos cogitando vel dicendo talis fuit aliquando foꝛnicatoꝛ modo eſt caſtus. talis guloſus modo ē ſobꝛius. ⁊ ſic de ſingulis ⁊ omnes iſti modo ardenter deo ſeruiunt non potero ego quod iſte et ille poſſunt bi bene poſt ſagittas apponunť qꝛ poſt exhoꝛtationē verboꝝ exemplis eſt agendum vt quod verbis quis accepit credat ſe poſſe cuꝫ multi delicati iam illud noſcunť impleſſe et ſi multum peccauerūt eo amplius amauerunt. Deinde aſcendens de incolatu ſuo ⁊ ꝑmixtione maloꝝ conquerit dicens.

**Heu mihi qꝛ incolatus meus ꝓlongatus eſt: habitaui cum habitantibꝫ cedar: multum incola fuit anima mea.**

Heu mihi) In ſcripturis ve indicat gehenne ſuppliciū: ſed heu preſens exilium. Unde ſequitur (qꝛ incolatus meus).i. ꝑegrinatio huiꝰ ſeculi (ꝓlongatus eſt) qꝛ et ſi bꝛeue ſit tempꝰ tñ deſiderio nimis longuꝫ mihi videtur qđ enim ſuſcepi ꝑ ſpem non cōtemploꝛ ꝑ ſpeciem ⁊ nōdum veni ad patriā vbi cum nullo malo victurus ſum. et inde gemo qꝛ ad tumulū miſeriarū (habitaui) non cum bonis ſed (cum habitantibus cedar) id eſt iacentibꝫ in tenebꝛis petōꝛuꝫ cedar enī tenebꝛe interpꝛetať et doleo cum illis eſſe qꝛ (multū incola).i. ꝑegrina a deo in regione diſſimilitudinis puta vagando diſcurrēdo per multa vana ⁊ inutilia (fuit anima mea) que debebat ſolis diuinis eſſe intenta Sicut enim coꝛpus ꝑegrinať locis ita anima affectibꝫ. Si deum amat anima aſcendit ad eum ſi terrā ꝑegrinatur a deo. Et q̄ꝫ patiens in ſua ꝑegrinatōne ſit oſtendit cum ſubdit.

**Cum his qui oderūt pacem eram pacificus cum loquebar illis impugnabant me gratis.**

Cum his qui oderūt pacem).i. qui ſcindūt catholicā vnitatem (eram pacificus) nō turbulentus nō iratus eoꝛum moleſtias patienter tolerando ⁊ vnitatē ſeruando vt eis pacem liberius pꝛedicarē ſic debes habitare inter malos vt pacifice toleres iniqtos. Tunc enim bonus eris cum te aliena malicia mutare non poterit (cum loquebar illis) ꝓhibendo a malis ⁊ hoꝛtando ad bona ipi obſtinati (impugnabāt me gratis).i. ſine meo merito et cauſa: nolentes me audire loquentē vtilia. Et ideo ſi audire ꝯtemnunt mali nequaq̄ꝫ tñ a verbo pꝛedicatōis ceſſare debēt boni: ne ſicut illi peccant ex facto ita iſti peccent ex ſilentio.

Oratio.

Tribulationū noſtraruꝫ optime mitigatoꝛ deus libera animas fideliū a labijs detrahentium iniquoꝝ vt adiutoꝛijs ſpiritalibꝫ premunite nullis impugnationibꝫ aggrauent. ꝑ d.

Pſalmus de recurſu ad deuꝫ et ciues celeſtes in tribulatōne et tentatōne ac diuini auxilij poſtulatōe. ps. cxx.

# Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.

Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Idem titulus qui ſupꝛa et idem ſenſus et ſimiliter in ſequentibus. Materia: poſtulatio diuini auxilij in tribulatione ⁊ tentatōe. Intentio monere fideles vt in tribulatōe et tentatōne ꝑ oꝛationē ad deū recurrant ac de eius ꝓtectione et auxilio omnino confidant. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona tribulati in tribulationibus et ꝑiculis conſtituti ad deum ⁊ ad ciues celeſtes leuat oculos mentis petitq̄ꝫ eoꝝ adiuuari pꝛecibus ⁊ meritis ne mens eius alicui tentationi ſuccumbat ⁊ impugnatōni. Scđs gradus eſt petere diuinaꝫ defenſionē cui nil poſſe obuiare monſtrať cui enim de mundo exeunti pericula occurrūt expoſcere debet diuinū auxilium. Sententia in ſpeciali. Qui ergo ſupꝛa quaſi inclinatus clamauit iam reſpirans oculos ad interceſſoꝛes ſanctos leuat dicens (Leuaui oculos meos) ſcꝫ mētis ⁊ coꝛpis (in montes) ſpirituales ſcꝫ ad ſctōs et ciues celeſtes dignitate eleuatos. A mōte chꝛiſto qui eſt mons in vertice montiuꝫ dicuntur ſancti montes qui pꝛius illuminati ſunt ſole iuſticie et ꝑ eos aperte ſunt ſcripture (vnde).i. ex quibus (veniet auxilium mihi) qꝛ ab eis tripliciter ad nos venit auxiliū ſcꝫ per eoꝛum ſcripturas ⁊ doctrinā. ꝑ exemplū ⁊ imitationē. ac ꝑ merita ⁊ interceſſionem apud deum ſed non eſt pꝛeſumendū de illis immo de dño. Unde et ſubdiť.

**Auxiliū meum a dño: qui fecit celum et terram.**

Auxiliū meū) tamen pꝛincipaliter eſt a domino) licet per eos qꝛ hi de plenitudine eius accipiunt. diuina enim adiutoꝛia hominibꝫ pꝛe-

ſtita et per angelos ⁊ ſanctos miniſtrata princi
paliter ſunt a deo. Illi ergo miniſtri ſed deus ē
auctoꝛ (qui fecit celū ⁊ terrā) ⁊ ergo poteſt auxi
liari. Ideo hic dn̄s celi et terre factoꝛ deſcribit
vt quantū precellat ceteros ſanctos attendat.
Illi creature ſunt ⁊ iſte creatoꝛ. Illi illuminati
ſunt iſte illuminatoꝛ. Deīde iſte de tali auxilio
letus ſibi ipi tanquam alteri loquit. q. d. Quia
auxiliū eſt a dn̄o vt ergo firmus ſis in gradib⁹.

**Non det in cōmotionē pedem tuū: neqꝫ dormitet qui cuſtodit te.**

Non det) dn̄s (in cōmotionē) qua ab aſcen
ſu mouearis (pedem tuum). i. nō ꝑmittat affe=
ctionem tuam mutari de bono in malū nec pa
tiatur moueri ſtabilitatē qua in eo es firmatus
Sicut autē charitas pedem mouet ad ambu=
landū ⁊ ꝓficiendū ſic ſupbia mouet ad caden
dum ⁊ deficiendū (neqꝫ) etiā (dormitet). i. tepe=
ſcat ⁊ ad modū dormitantis cuſtodiā tuā negli
gat (qui cuſtodit te) ſcꝫ deus cuſtos principalis
deus enim in ſe manentē ꝑuigili cuſtodia ꝓte=
git ac tuetur et neminē deſerit niſi prius ab ipo
deſerat vt aūt tibi nō dormiat eſto iſrl' q꜡.

**Ecce non dormitabit neqꝫ dormiet: qui cuſtodit iſrael.**

Ecce nō dormitabit neqꝫ dormiet). i. nō erit
negligens in cuſtodia ſua tanquā dormitaret
ſemiplene vel dormitet plene (qui cuſtodit iſrl')
id eſt ſanctos videntes ⁊ contemplantes deum
q꜡ ſine vlla intermiſſione cuſtodit qui eum ſpi=
ritaliū oculoꝝ intentōe cōtemplat. q. d. ille qui
cuſtodit iſrael cuſtodiet te in gratia ſua ſi fueris
iſrael. i. videns deū ꝑ fidem operantē. Eſto er
go iſrael vt merearis ipſum habere cuſtodē et
tunc nō ſinet moueri pedem tuū. Et quaſi qs
quereret quis eſt iſte cuſtos ſubdit.

**Dn̄s cuſtodit te dn̄s ꝓtectio tua: ſuper manum dexteram tuam.**

Dn̄s cuſtodit te) in bono (dn̄s) eſt (ꝓtectio
tua) cōtra malū (ſup manū dexterā tuā). i. plus
et fortius ꝙ̄ manus tua dextera que ꝑcipue ꝓ=
tegit et defendit. hoc eſt plus ꝙ̄ tota virtus tua
poſſet te ꝓtegere ⁊ etiam omnis poteſtas huma
na. Vel eſt (ꝓtectio ſup manū dexterā tuā). i. ꝓ
tegat bonam operationē tuam que ꝑ dexterā ſi
gnificatur ne deficiat vel detrimentū patiatur.
Et ſic ꝓteget te q꜡.

**Per diem ſol non vret te: neqꝫ luna per noctem.**

Per diem ſol nō vret te). i. nō vreris ⁊ eleua
beris elatōne ꝓſperitatis (neqꝫ luna ꝑ noctem)
id eſt nō ſuccūbes ⁊ deijcieris depreſſione ad=
uerſitatis. ꝑ diem enim accipiunt ꝓſpera. ꝑ ſo=
lem elatio que venit ex ꝓſperis: ꝑ noctem vero
aduerſa: ꝑ lunā depreſſio que ꝓuenit ex aduer
ſis. Et dicitur luna vrere q꜡ non ſolū ex caloꝛe
ſed etiam ex frigoꝛe vrunt et deſiccant fructus
terre. q. d. nec fulgoꝛ ꝓſperitatis nec defectō ad
uerſitatis turbabunt ꝓpoſitū tue mentis dn̄o te
cuſtodiente ⁊ ꝓtegente ⁊ vt breuiter omnia cō=
plectar.

**Dn̄s cuſtodit te ab om̄i malo: cuſtodiat animam tuam dn̄s.**

Dn̄s cuſtodit te ab omni malo) nō quidem
a malo tribulationis ⁊ pene ſed a malo peccati
et culpe ⁊ hoc diſcernit cum ſubiungit (cuſtodi
at animā tuā dn̄s) vt intelligas te a dn̄o cuſto=
diri ab illo malo qđ poteſt eſſe ī anima. i. a pec
cato nō ab illo qđ pt eſſe in coꝛpe ſcꝫ infirmita
te vel tribulatōne. Cuſtodit etiam quandoqꝫ a
malo culpe ⁊ pene q꜡ vtraqꝫ ſalus eſt in manu
ſua ⁊ poteſtate. Deinde cuncta cōcludit d.

**Dn̄s cuſtodiat introitū tuū et exitum tuum: ex hoc nunc et vſqꝫ in ſeculū.**

Dn̄s cuſtodiat introitū tuum et exitū tuum
ex hoc nūc ⁊ vſqꝫ in ſeculū). i. dirigat te in om̄i
bus operib⁹ et tentationib⁹ tuis a ꝑncipio vſqꝫ
ad finem ⁊ nūc ⁊ ſemꝑ ac bonis initijs bonos
exitus adiungat. Quādo tentamur intramus
quando tentationē vincimus exim⁹. Et cu=
ſtodit dn̄s introitū dum nō ſinit tentari ſupra
vires ⁊ ne vincamur tentatōis tpe. Exitū vero
cuſtodit cum facit cum tentatōne exitum et ꝑ=
uentū ⁊ ne vincamur in fine. ſm grego. introi
tus vocatur ingreſſus ad fidem ꝑ baptiſmū ex
itus vero tranſitus de iſta vita ad gloriā.

Oratio.

¶ Protege plebem tuam non dormitans nec
obdoꝛmiens dn̄e ꝓtectoꝛ iſrael ⁊ ne vramur ꝑ
diem tu nos ab ſcandalis huius mūdi defen=
de. Per do.

¶ **Pſalmus de gaudio et leticia electorum adhuc peregrinantiū ex ſpe et deſiderio veniendi ad hierl'm ciuitatē celeſtem:** ps. cxxi.

**LEtatus ſum in his que dicta ſunt mihi: in domū domini ibimus.**

Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus vt ſu
pra. Materia ſpes ⁊ deſideriū veniendi ad hie
ruſalem ciuitatē ſupernā. Intentio: monere et
incitare fideles ad habendū huiuſmodi ſpem
et deſideriū. Sentētia in generali ꝓpha in iſto
pſalmo in ꝑſona cuiuſlibet electi gaudet ſe ad
supernā ciuitatem ſcꝫ hierl'm eſſe venturū. De

qua multa a multis audiuit vbi iam oĩs cõciues noſtri angeli ⁊ ſancti ſecura ꝓſperitate cõſiſtunt ⁊ cum dño in iudicio iudicabunt loquiturqꝫ ad ipſos ciues hierl'm celeſtis vt fidelibꝯ eccleſie militantis illuc aſcenſuris optent ⁊ petant abũdantiã pacis. Tercius gradus eſt magnum gaudiũ qd̃ habet vir ſanctus eo ꝙ ſe et alios videt in eccleſia pura mente verſari atqꝫ digne deo in hac peregrinatõne militare vnde ad celeſtẽ hierl'm ſuſpiramus ad quam duabꝯ alis dilectõnis leuamur. Sententia in ſpeciali. Iſte ergo in ꝑſona electi ſupnam patriã ſuſpirantis ex multis de ea auditis ad modũ letus ait (Letatus ſum) id eſt ſpem habui ⁊ gaudium (in his que dicta ſunt mihi) ꝑ reuelationem a ſpiritu ſancto necnõ a ꝓphetis et apoſtolis ac ſanctꝭ ⁊ ꝑ ſcripturã ſctãm oĩbꝯ bonis chriſtianis ꝙ ſcꝫ (in domũ dñi ibimꝰ) nõ manu factam in celis. i. in celeſtẽ hierl'm vt ciues efficiamur ſanctoꝝ ⁊ domeſtici dei. Curramus ergo et nõ deficiamus qꝛ illuc ꝑtinemus ⁊ ꝑueniemus vbi nõ laſſabimur. Et cũ hec dicerent.

Stãtes erãt pedes noſtri: in atrijs tuis hieruſalem.

Stantes erant pedes noſtri). i. affectus ſeu affectiones animi. ſicut enim corpus vehit pedibus ita quodãmodo vehitur ⁊ ꝓficit anima ſuis affectibꝯ (in atrijs tuis) ſcꝫ interioribꝯ id eſt in penetralibus et accipit a parte totum. Atria enim ſunt introitus ſed hic etiam accipiunt ꝓ penetralibꝯ o (hierl'm) ſuperna ⁊ celeſtis. Cogita qualis ibi ſis futurus et cõiuis ad huc in via ſis hoc tibi pone ante ocl'os quaſi iam ibi ſtes quaſi intra angelos indeficiens gaudeas. Sꝫ ne iſtam terrenã hierl'm putares ſubiecit.

Hierl'm que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipm.

Hierl'm) dico (que edificat) ex viuis lapidibus puta angelis ⁊ ſanctis hominibꝯ (vt ciuitas) id eſt ad ſimilitudinẽ ciuitatis materialis que edificat ex diuerſis lapidibꝯ et lignis. Nõ eni eſt ciuitas corꝑalis ſed ei ſimilis (cuius ꝑticipatio eius) eſt (in idipm) id eſt in id vel illiꝰ qd̃ ſemꝑ eodẽ modo eſt ⁊ immutabiliter in ſe ipo ꝑmanet. i. eternũ ⁊ hoc eſt deus qui ait ego ſum qui ſum. ſtabilitatis ergo particeps eſt illa ciuitas qd̃ de nulla carnali dici poteſt. Vel (cuius ꝑticeps) id eſt fruitio eius eſt (in idipm). i. vniꝰ et eiuſdẽ qd̃ eni vnus ꝑticipat omnes ⁊ ſinguli ꝑticipãt ⁊ eodẽ bono q̃ vnus ſingulariter fruitur ⁊ gaudet oĩs generaliter fruunt ⁊ gaudẽt deus eni eſt obiectũ btĩtudinis oĩbꝯ ſctis plus tamen ⁊ minus ꝑticipant ſcd̃m diuerſitatẽ gra

duum meritoꝝ. Inde autem ſcio qꝛ ibimus.

Illuc eni aſcenderũt tribus tribus dñi: teſtimoniũ iſrael: ad confitendũ nomini domini.

Illuc enim aſcenderunt) quaſi preparantes nobis viam (tribus) non omnes ⁊ quicũqꝫ ſed (tribus dñi) id eſt iuſte ⁊ ſancte coram dño ſcꝫ ſancti patres noui ⁊ veteris teſtamenti que ſunt vel in quibus eſt (teſtimoniũ iſrael) id eſt qui ſe teſtantur iſrael ꝑ bona opera vel in quibus cognoſcitur qꝛ vere ſunt iſrael id eſt videntes deũ per fidem formatã vel teſtimoniũ dantes ipſi iſrael de bonitate dei. aſcenderunt inquã ad cõfitendum cõfeſſione laudis (nomini dñi) id eſt ad laudandũ dñm illius ciuitatis hoc eni vnicum officiũ erit eis. Inde etiam eſt certitudo ꝙ ibimus.

Quia illic ſederunt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum dauid.

Quia illic) ſcꝫ in illa hierl'm (ſederunt) id eſt ſedebũt (in iudicio) faciendo tanquã cum chriſto iudicantes (ſedes) id eſt ſancti maiores in q̃bus deus ſedet ⁊ inde iudicat (ſedes) inquam exiſtentes (ſuper domum dauid) id eſt ſuper familiam chriſti cui dederunt cibum in tempore ſcꝫ ſanctos minores vt iudicet eos. dauid enim interpretat manu fortis et ſignificat chriſtũ q̃ diabolũ vicit ⁊ portas inferi fregit. Iudicabũt autem illi qui omnia reliquerũt ⁊ chriſtũ ſecuti ſunt ſed iudicabunt illi q̃ de rebus quas retinuerunt opera mĩe fecerunt. Et qꝛ ad ſupernam hierl'm ꝑueniemus cõuertit verba ad iudices dicens. Ergo o ſancti qui in ſupna hieruſalem eſtis.

Rogate que ad pacem ſunt hieruſalẽ et abundantia diligentibus te.

Rogate) et petite a dño ⁊ precibꝯ veſtris impetrate ea (que ad pacem) obtinendã (ſunt) id eſt ꝑtinent ⁊ ducũt huius (hierl'm) celeſtis que dicta eſt viſio pacis. Et ad ipam hierl'm cõuertens vocem ſubdit (et abundantia) pacis ac bonorum ſpiritualiũ ſcꝫ nunc meritoꝝ ⁊ tunc premiorum detur (diligentibꝯ te) et deum appetentibus eſſe tecum o hierl'm ſuperna. Et qꝛ adeo vtilis et delectabilis ſuper omnia eſt pax ergo ego ipſe rogo dicens. o hierl'm.

Fiat pax in virtute tua: et abundantia in turribus tuis.

Fiat) vt ⁊ detur nobis (pax) et in preſenti et in futuro (in virtute tua) ſcꝫ charitate. charitas enim pacẽ generat et virtus hierl'm dicit quia hic incipiens ibi ꝑficitur et eſt virtus fortis vt

moꝛs cui nil reſiſtit quia occidit quod fuimus
vt aliud ſimus quod non eramus (⁊ abundan
tia) pacis ⁊ charitatis ceteroꝝꝙ bonoꝝ ſpiri-
tualium tanta fiat (in turrib9 tuis) id eſt maioꝛi
bus et excelſis vt influat alijs minoꝛib9 q2 per
charitateꝫ regunt infirmi a firmis. Sed quia
charitas eſt non noſtra ſed que alioꝝ ſunt que
rere ideo cum de charitate diceret ſubdit.

**Propter fratres meos et ꝓximos me-
os: loquebar pacem de te.**

Propter fratres meos) fide (et ꝓximos me-
os) charitate cōuertendos ⁊ lucrandos (loque-
bar) alijs ꝑdicando ⁊ ꝓ eis oꝛando (pacem de
te) o hierl'm vt ſcꝫ ad illam pacem eos ꝑdican-
do allicerem ⁊ oꝛando attraherē vt et ipi ad cō
ſummationeꝫ huius edificij ſe perfectos exhi-
berent. Sancti etenim viri non ꝓpter ſe nō ꝓ-
pter gloꝛiā vel honoꝛē nec ꝓpter aliqḋ tempoꝛa
le commodū ſed ꝓpter animas deo lucrandas
pꝛedicant pacem et gloꝛiam celeſtis hieruſaleꝫ
vt alij cū eis ꝑpetua pace ⁊ beatitudine ꝑfruā-
tur. Unde ⁊ adiungit.

**Propter domum dn̄i dei noſtri: queſiui
bona tibi.**

Propter domum dn̄i dei noſtri) edificandā
hoc eſt non ꝓpter me tm̄ ſed ꝓpter eccl'iam ꝓpter
ſanctos ⁊ ꝑegrinos ⁊ inopes vt ⁊ ipſi aſcendāt
(queſiui) rogando ⁊ pꝛedicando (bona) nō vti
ꝙ tempoꝛalia ⁊ caduca ſed vera atꝙ ꝑpetua (ti
bi) id eſt ad honoꝛē tui o celeſtis hieruſalē ad te
congregando ciuiū multitudinē hoc feci quia
domus es dei et ita in hoc ꝙ te diligo deum di
ligo. O quaꝫ felices ⁊ beati qui in te meruerint
habitare quia deum videbunt facie ad faciem
et laudabunt ſine fine.

Oratio.

Ambulantib9 in atrijs domus tue omnipo
tens pacis abundantiā largiri dignare vt duꝫ
te tota auiditate coꝛdiū cōfitemur bona tua in
celeſtib9 capiamus. Per do.

Pſalmus de recurſu ad deum ꝑ oꝛa-
tionem in obpꝛobꝛijs et deſpectōne a di
uitibus et ſuperbis ac quibuſcūꝙ tribu
lationibus. ps. cxxij.

**AD te leuaui ocu-
los meos: qui habitas in celis.**

Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Ti
tulus vt ſupꝛa. Materia: recurſus ad deuꝫ per
oꝛationē in tribulatione ſcꝫ in obpꝛobꝛijs ⁊ de
ſpectōne. Intentio: monere fideles vt aſcendāt
et inter quaſlibet anguſtias de dn̄o pꝛeſumant
ꝙ tandem miſertus exaudiat. Sententia in ge
nerali: ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona tribulati
in tentationib9 et periculis conſtituti ad ipſum
deū leuat oculos mentis imploꝛans eius miſe
ricoꝛdiam et ſuffragiū q2 ab inſultantib9 coꝛ-
pus affligit paſſionib9 ⁊ anima deſpectu et ob
pꝛobꝛijs multꝭ. Quartus gradus eſt inter q̄ſli
bet anguſtias conſtanter de dn̄o pꝛeſumere do
nec miſertus exaudiat. Sententia in ſpeciali.
Qui ergo ſupꝛa ad montes nunc quaſi aſcen-
dendo ad ipſum deum quod maius eſt oculos
leuat dicens (Ad te) o deus tanquam ad ſolaꝫ
etvnicam ſpem meam quaſi omnia terrena de
ſpiciens (leuaui) ego affectu ⁊ deſiderio aſcen-
dens (oculos meos) ſcꝫ coꝛdis ⁊ etiam coꝛpo-
ris. Quo eni oculos leuaret niſi illuc quo ten-
debat et aſcendere deſiderabat (qui habitat in
celis) id eſt in angelis ⁊ ſanctis in quibus tan-
quam in celis quieſcis. Uel (in celis) ſupioꝛib9
licet enim deus ſit vbiꝙ per eſſentiā ⁊ potentiā
tn̄ ſpeciali modo dicit habitare in celis vbi fa-
cie ad faciem videtur a ſanctis. Et ſubdit ꝑ ſi-
mile quomodo leuauit. d.

**Ecce ſicut oculi ſeruoꝝ: in manib9 domi
noꝛum ſuoꝛum.**

Ecce ſicut oculi ſeruoꝝ in manib9 domino
rum ſuoꝛum) ſcꝫ reſpiciunt deſiderantes aliqḋ
ſubſidiuꝫ ⁊ pꝛemiuꝫ laboꝛis vel vt parcant eis
delinquentib9 q2 vtrunꝙ eſt in dominoꝝ pote
ſtate vbi dicit Gregoꝛius ꝙ in omnib9 agendis
noſtris debemus oculos leuare ad deum et os
dn̄i interrogare id eſt ſacram ſcripturam vt ad
ipſam tanquam ad regulaꝫ diuinā dirigamur
alioquin nec pꝛaua coꝛrigimus nec toꝛta diri-
gimus. et

**Sicut oculi ancille in manib9 dn̄e ſue:
ita oculi noſtri ad dn̄m deum noſtrū do-
nec miſereatur noſtri.**

Sicut oculi ancille) ſcꝫ reſpiciunt (in mani
bus dn̄e ſue) expectando ab ea auxiliū ⁊ bene-
ficium (ita oculi noſtri) interioꝛes ⁊ exterioꝛes
(ad dn̄m deum noſtrū) intenti ſunt et reſpiciūt
(donec) id eſt vt (miſereat noſtri) ſcꝫ liberando
ab omnib9 malis ⁊ miſerijs. Quia tota vita ſu
per terrā tentatio eſt tota ꝑſecutio ⁊ plage. opoꝛ
tet nos ſemꝑ in dei auxilio intentionē ſine vllo
deflexu continere vt nobis miſericoꝛdiā ſuam
dignetur impendere. plange ergo o homo quā
diu viuis in terris et leua oculos tuos ad eum
qui habitat in celis clamās ⁊ dicens quod ſe-
quitur.

**Miſerere noſtri dn̄e miſerere nr̄i: q2 ml'-
tum repleti ſumus deſpectione.**

Miſerere noſtri dn̄e) mala relaxando (miſe

rere noſtri) bona augendo Uel ingeminat ex intenſione affectus et etiam qꝛ corpus laborat paſſionibꝫ et anima obprobrijs et neceſſe eſt vt miſerearis (qꝛ multū repleti ſumus deſpectione) et contemptu qꝛ ſperamus quod non videmus et abundant paſſiones in nobis in quibꝫ vſqꝫ ad plenū deſpecti ſumus. Sed quāto magis ſancti apud homīes deſpiciunꝭ tanto maiorem apud deum gloriā conſequunꝭ. ꝛ exaggerando ſubdit.

**Quia multum repleta eſt anima noſtra obprobriuꝫ abundantibus et deſpectio ſuperbis.**

Quia multū repleta eſt) ſcꝫ deſpectione (anima noſtra) id eſt vita noſtra et ſubdit a quibus ꝛ quare deſpiciatur dicens anima inquam ſeu vita facta (obprobriū) qꝛ paupes ſumus (abūdantibus) felicitate ſeculi ſcꝫ diuitibꝫ (et deſpectio) qꝛ humiles ſumus (ſuperbis) de ſe preſumentibꝫ et ideo ſicut multiplicata eſt in nobis deſpectio ſic multiplicetꝭ in nobis tua miſeratō Ecce ꝙ ſancti chriſto famulanꝭ a malis in obprobrium eis vertitur videlicet qꝛ ſunt paupes et qꝛ humiles.

Oratio.

Celoꝝ habitator deus ad te leuamus oculos noſtros precantes vt cōfutatis obprobrijs ſuperborū miſericordiā nobis ſolitam clementer indulges. Per do.

**Pſalmus de liberatione a magnis huius ſeculi periculis et erumnis per gratiam et auxiliū dn̄i miſerentis.**

ps. cxxiij.

**Niſi qꝛ dominus erat in nobis dicat nūc iſrael: niſi qꝛ dn̄s erat in nobis**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus vt ſupra Materia liberatio a periculis ꝑ auxiliū dn̄i miſerentis. Intentio: monere fideles liberationē noſtrā non nobis ſed deo aſcribere et ei gratias agere. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo loquitur in ꝑſona illorū qui a magnis ꝑiculis ꝛ erūnis huius ſeculi liberati ſunt qui ſuam liberatōnē ſoli diuine miſericordie aſcribunt ꝛ gratias agunt ꝙ nō ſunt a ſuis perſecutoribꝫ decepti ſed eorum inſidijs contritis miſericorditer liberati. Quintus gradus eſt vt liberati a periculis non ſibi ſed dn̄o tribuant. Sententia in ſpeciali: ſancti ergo ex nimia exultatōne antequā exponant pericula vnde euaſerunt dicunt ſe liberatos ꝛ per quem dicentes (Niſi) hoc eſſet (qꝛ dn̄s erat in nobis) per gratiā preuenientē dans nobis ꝑtātem reſiſtendi (dicat nunc) nidilate poſt liberatōnem gratias agendo qꝛ euaſit (iſrael) .i. ꝑpl's fidelis videns deū ꝑfidem ꝛ ex vehementi affectu idez repetens dicit (niſi qꝛ dn̄s erat in nobis) ꝑ gratiam ſubſequentē dans nobis virtutē ſuꝑandi q.d. fideles ꝑicula euadentes ſiue qui iam ſunt in re beatitudinis eterne ſiue qui adhuc ſunt in ſpe dicant gr̄as agentes niſi dn̄s fuiſſet in nobis ſcꝫ nos ꝓtegens ꝛ liberans.

**Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos.**

Cum exurgerent) ꝑſequendo (homines) potentes vel demones ſcd̄m illō malus homo ſuperſeminauit zizania (in nos) .i. contra nos in quibus deus erat (forte) cōtigiſſet ꝙ (viuos) id eſt ſcienter peccantes ſcꝫ ſcientes malū eſſe et tñ facientes ſeu conſentientes qꝛ maius pctm̄ eſt peccare ſciēter licet ꝑiculoſius ſit peccare ignoranter (deglutiſſent nos) id eſt in corꝑaſſent ſibi animas noſtras ꝑ inſtigationē ſcelerū vt ꝑſecutōne ſuꝑati in ſocietatē tranſiremus impiorum ꝛ dicit (forte) ꝓpter fiduciā quam habet de dei miſericordia.

**Cum iraſceretur furor eorū in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.**

Cum iraſcereꝭ furor eoꝝ) irratōnabilis (in nos) et nos ex ira quaſi furioſi exequerenꝭ (forſitan aqua) tribulatōnis vehementis ꝛ impetus perſecutoꝝ tranſitorius (abſorbuiſſet nos) includendo nos vndiqꝫ ſicut abſorptus aqua vndiqꝫ circundaꝭ ea et nō potuiſſemus aliqualiter euadere. Sed erepti ſumus ab his ꝑ eum qui erat in nobis cui ob hoc gr̄e referēde ſunt. qꝛ gratia eius ſaluati ſumus ne deo huius vite dulcedinē preferremus. Nam per dn̄m ꝛ diuino adiutorio.

**Torrentem ꝑtranſiuit anima noſtra forſitan ꝑtranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.**

Torrentē) .i. tribulationē validā ꝛ impetuoſam cito tamen ad modū torrentis tranſeuntē ac multas tentationū turbines (ꝑtranſiuit anima noſtra) qꝛ nō heſit ſed euaſit ꝛ niſi dn̄s fuiſſet in nobis (forſitan ꝑtranſiſſet) .i. ꝑtranſire habuiſſet (anima noſtra aquam) .i. ꝑſecutionē (intolerabilem) viribꝫ noſtris .i. difficilē tolerari ꝛ ꝑicula maiora ꝓdictis qꝛ tantā ꝑſecutionū immanitatē ferre non potuiſſemus niſi adiutoriū a deo ſuſcepiſſemus. Et qꝛ tranſimus ergo.

**Benedictus dn̄s: qui non dedit nos in captionē dentibꝫ eorum.**

Benedictus) ſit (dn̄s) et laudatus (qui non dedit nos) .i. dari ꝑmiſit (in captionem dentibꝫ

coꝛum) id eſt in coꝛum ptãtem crudelem quaſi moꝛe ferarum ſanguinẽ noſtrũ ſitientiũ vt nos ſua poteſtate ⁊ vi hanc vitam deo pꝛeferre ⁊ in ſuam ſocietatẽ malam tranſire compellerent et ſic animas noſtras occidendo crudeliter lacerarent dentes enim eorum numeroſitas eſt viciorũ quibus eos in captionẽ nõ tribuit qꝛ et ſi coꝛpoꝛa occidi ſinit nequaquã animas perire ꝑmittit. Unde ⁊ ſubdit̃. Nam.

**Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.**

Anima noſtra) et ſi coꝛpus paſſum ſit (ſicut paſſer) euadens (erepta eſt) id eſt liberata ꝑ deũ (de laqueo venantiũ) id ẽ de inſidijs ⁊ deceptõnibus ꝑſequentiũ ac dolis ⁊ a ſtudijs demonũ. Tradunt̃ nobis laquei in diuitijs delicijs inſidijs perſecutionibꝫ ac concupiſcentijs ⁊ temptationibꝫ diuerſis ſed contrito ſathana ſub pedibus noſtris ſicut paſſer ſapiens euolam⁹ ab illis vnde ſubiungitur.

**Laqueus cõtritus eſt: et nos liberati ſumus.**

Laqueus contritus) id eſt diruptus eſt per dñi potentiã (et nos liberati ſumus) nõ virtute ꝓpria ſꝫ diuina laqueus conteritur quando aduerſitas ⁊ ꝓſperitas huius mundi mentis foꝛtitudine ſuperat̃. laqueũ ergo virtute dñi conterit atqꝫ animã liberat quiſquis dulcedinẽ vite huius deſpiciendo calcat ⁊ tribulationẽ patiendo ſuperat. atqꝫ alis virtutũ ad celeſtia volat. Sed qꝛ hoc nõ ſuis viribus ſed diuine largitati ſancti tribuũt recte ſubiũgendo dicũt.

**Adiutoꝛiũ noſtrũ in nomine dñi: qui fecit celum et terram.**

Adiutoꝛiũ) enim (noſtrũ) nõ a nobis nec in nobis ſed (in nomine dñi) eſt id eſt in inuocatõne et ptãte nominis dñi contra quem nullus poteſt omnino pꝛeualere (qui fecit celum ⁊ terram) et omnia que in eis ſunt. Uel (celũ ⁊ terram) id eſt celeſtia ⁊ terreſtria. Alij querant humanũ adiutoꝛiũ nos queramus diuinũ. reclament nomina ꝑncipũ nos nomen dñi dei noſtri inuocemus ſuper nos. Ipſe ſit noſter adiutoꝛ qui creatoꝛ. Ipſe fecit nos ⁊ nõ ipſi nos. ipſe regat nos ⁊ non ipi nos. Dicat ergo eccleſia dicamus ⁊ nos ſiue in tribulatõe poſiti ſiue a tribulatõne liberati. Adiutoꝛiũ noſtrũ in nomine dñi qui fecit celum ⁊ terram.

Oꝛatio.

Conclude dñe hiantia oꝛa maloꝛũ qui nos ſeuis obtrectationũ dentibꝫ voꝛare nitunt̃ vt q̇ de noſtra virtute diffidimus nominis tui adiutoꝛio muniamur. Per do.

**Pſalmus de firma ſpe et confidentia in dño ſolo nõ in aliquo terreno vel huius ſeculi bono ſemper habenda.**

ps. cxxiiij.

**Qui confidunt in dño ſicut mons ſyon nõ cõmouebitur in eternũ qui habitat in hieruſalem.**

Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus vt ſupꝛa. Materia firma ſpes ⁊ cõfidentia in dño. Intentio monere fideles firmiter ſperare in domino ⁊ confidere. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo docet et clamat nobis in dño ſolum eſſe cõfidendũ nõ in aliud huius ſeculi qꝛ ſic confidentes ꝓpter dei ⁊ angeloꝝ aſſiſtentiam ⁊ cuſtodiã non permittunt̃ in aduerſis vite ꝑſentis a ſtabilitate fidei ⁊ virtutis moueri nec vſqꝫ quaqꝫ ſuccumbere. pꝛecat̃ inſuper ꝙ bonis bona ⁊ malis mala veniant pꝛout meruerunt. Sextus gradus eſt confidentia fideliſſimi chꝛiſtiani ſolidiſſimis montibus comparata quam habet in dño ne zelet felices in hoc ſeculo. hic nanqꝫ pſalmus docet non intendere in ꝓſperantes in hoc ſeculo de qua ꝓſperitate ſuperbia ſolet ꝓuenire. Sententia in ſpeciali. Oſtendens ergo fidentem in dño non poſſe moueri ait (Qui confidunt) et ſpem ſuam ponunt (in dño) nõ in mundo nõ in rebus mundanis nec in homibꝫ vanis ſunt (ſicut mons) firmi et foꝛtes ſtabiles ⁊ immobiles ne terrena ꝓſperitate fluctuent mons inq̃ꝫ (ſyon) id eſt ſpeculationis vt etiam deum cõtemplari valeant et (non cõmouebit̃ in eternũ) a ſtabilitate fidei et virtutis (qui habitat in hierl'm) ſpirituali id eſt in eccleſia chꝛiſti per fidem charitate foꝛmatam vl' in hierl'm ſuꝑna per cõtemplationẽ ſcꝫ cuius conuerſatio in celis eſt. Et cauſam huius ſtabilitatis ſubiungit deſcribens qualis eſt iſta hierl'm ⁊ dicit.

**Montes in circuitu eius: et dñs in circuitu ꝑpl'i ſui ex hoc nũc et vſqꝫ in ſcl'm.**

Montes) id eſt angeli ꝓphete apoſtoli ⁊ ceteri ſancti ac pꝛedicatoꝛes a terra ſubleuati ſunt (in circuitu eius) quaſi murus ⁊ muniunt eam verbo et exemplo ſed ne in montibꝫ remaneas et ſpem ponas addit (et dñs) q̇ habitat in montibus ⁊ vertex montiũ eſt (in circuitu ꝑpl'i ſui) vt foꝛtis defenſio (ex hoc nũc ⁊ vſqꝫ in ſeculũ) ſicut ipſe dignatus eſt polliceri dicens. ecce ego vobiſcũ ſum vſqꝫ in conſũmationẽ ſeculi. Iſta quidem ſanctoꝝ munitio atqꝫ diuine charitatis coniunctio in pꝛeſenti ſeculo incohoat ſed ex

hoc nunc vſqȝ in eternū ſeculum perdurat. Eſt igitur dñs in circuitu vt defenſor ⁊ in medio vt rex ⁊ dñs. Et vere non cōmouebunt̄.

**Quia non relinquet dominus virgam peccatoꝝ ſuper ſortem iuſtorum: vt nō extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.**

Quia non relinquet dñs) vt ſemꝑ duret (virgam peccatoꝝ) id eſt flagellū maloꝝ (ſuꝑ iuſtorum ſortem) id eſt ſuper iuſtos ſorte ex omnibꝫ electos vel qui ſunt ſors et hereditas dei vel de ſorte eius licet ad tempus fieri ꝑmittat ꝓpter diſciplinaȝ populi ſui aliquando ad correctionē morum aliquando ad augmentū meritorū (vt non extendant iuſti ad iniquitatē) ſuꝑati in tentatione ſed teneant ab iniquitate (manus ſuas) intelligentes hoc pondus tribulatōnū ad tempus eſſe ⁊ ideo patienter ferant ⁊ non deficiant expectantes dñi aduentū ⁊ retributionē. Et qꝛ boni merentur premiari ⁊ mali puniri ſubiungit.

**Benefac domine: bonis et rectis corde.**

Benefac) o (dñe) id eſt benefacies conferendo bona gratie in pñti ⁊ glorie in futuro (bonis) opere (et rectis corde) ſcȝ qui bona agunt ⁊ recta cogitant. rectū cor habet qui florem mundi reſpicit nec ꝓpter hoc inclinatur qui omnes affectus ſuos dirigit ad dei voluntatē vt totum illud velit quod ſcit eum velle et voluntatē dei ſequatur non ſuam faciatqȝ illum precedenteȝ et ſe ſequentē non ſe precedentē et illum ſequentem q̄ in omnibꝫ eum bonū inuenit ſiue emendantem ſiue conſolantē ſiue purgantē ſiue illuminantem qꝛ diligentibꝫ deum omnia cooperantur in bonum.

**Declinantes autem in obligationes adducet dominus cū operantibus iniquitatem: pax ſuper iſrahel.**

Declinantes autem) a rectitudine fidei ⁊ virtutis ac dei iuſſis (in obligatōnes) id eſt ad peccata que obligant ad penam. Uel (in obligatōnes) culpe in pñti ſcȝ ꝑmiſſione ⁊ pene in futuro ſcȝ immiſſione (adducet dñs) ad penaȝ eternam (cum operantibꝫ iniquitatē) quorum facta ſunt imitati qꝛ eos qui declinant a bono cum eis qui preſeuerant in malo ſimili ſententia ferit ⁊ ꝑpetua damnatione punit ſed econtrario (pax) interna ⁊ eterna erit (ſuper iſrael) id eſt ſuper bonos ⁊ rectos corde deum videntes formata fide. iſrael enī videns deum interpretatur. Nos ergo ſumus iſrael vt amplectamur pacem qꝛ hierl'm viſio pacis eſt.

Oratio.

Repelle dñe nequitias inſurgentiuȝ a ſorte iuſtoruȝ ⁊ qui in te toto corde confidunt nullis tentationū imbribus quatiant̄. Per do.

Pſalmus de gaudio et conſolatōe ac gratiarū actione ſpiritualiter liberatorū ſcȝ a captiuitate et vinculis peccatoꝝ.

Ps. cxxv.

**IN conuertendo** dñs captiuitatē ſyon: facti ſumus ſicut conſolati.

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulus vt ſuꝑ. Materia gaudium ⁊ conſolatio ꝓ liberatōne ſpirituali ſcȝ a vinculis vicioruȝ et peccati. Intentio monere fideles ad gaudiū ꝓ huiuſmodi ſpirituali liberatōne: ⁊ opera miſericordie licet ſint ardua ⁊ difficilia libenter ꝑficere ꝓpter gaudium beatitudinis eterne. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo loquit̄ i ꝑſona illoꝝ qui diuina miſeratiōe de captiuitate peccatoꝝ ſunt liberati aguntqȝ gratias ꝙ in tantā gratiā ſunt recepti vt eoruȝ captiuitas cōmutata ſit in gaudiū necnō ex ſpiritus ſancti gratia et effuſione lachrymarū veram penitentiā ſint conſecuti. Septimus iſte gradus in figura veteris teſtamenti quod per ſeptenariū ſignificat̄ ꝑ chriſtum venturū reuerſionē fideliū de captiuitate viciorum quaſi redeuntiū de babilonia ꝓphetat. Sententia in ſpeciali in perſona ergo liberatorum quaſi redeuntiū de babylonia ait. (In conuertendo) id eſt poſtqȝ ꝯuertit (dñs captiuitatem ſyon) id eſt eccl'ie ⁊ ꝓpli chriſtiani redimendo nos a vinculis petōrum ſanguine innocenti. ſyon que interpretat̄ ſpeculatio intelligitur ciuitas dei que ex parte eterna eſt ex parte captiua. eterna in angelis. captiua in hominibus. Que ciuitas deū ſpeculat̄ angeli ꝑ ſpeciem homines per fidem (facti ſumus ſicut cōſolati) id eſt gauiſi ſumus tanqaum conſolationem accipientes ⁊ ſi nōdum ſecuri. Unde dicit ſicut quia perfecta conſolatio non eſt in preſenti. Et.

**Tunc repletum eſt gaudio os noſtrū et lingua noſtra exultatione.**

Tunc) ſcȝ in illa cōuerſione (repletū eſt gaudio) ſpirituali (os noſtrū) ſcȝ cordis. i. mens qꝛ ſicut ore loquimur hominibꝫ ita mente loquimur deo. Os cordis eſt eius archanū vnde ꝓcedit bonum vel malum quod nos mundat vl' inquinat vbi gaudia primo ꝯcipiunt̄ que poſt lingue officio erumpunt̄. Unde ſubdit (et lin-

gua noſtra) ſcȝ corꝑis repleta eſt (exultatione) id eſt iubilatione ꝓ tanta gratia qua ſaluamur. Sed qꝫ hec gratia per apl'os in gentibꝫ eſt predicata ſubiungit.

**Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.**

Tunc) etiam (dicent) aliqui (inter gentes) videntes pctōꝝ conuerſionē ac talem vite emendationē ⁊ magnarū virtutū operationē. nō ait dicent gentes qꝫ nō oēs ſed aliqui inter oēs credent qui dicent (magnificauit dñs facere cū eis) id eſt magnam gratiam et magnifica fecit cum fidelibꝫ ⁊ magnos eos fecit dñs captiuitate depulſa ab eis hoc fit quādo de toto orbe ad eccl'iam curritur. Ita ipſi dicent et nos atteſtamur qꝫ reuera.

**Magnificauit dñs facere nobiſcuȝ: facti ſumus letantes.**

Magnificauit dñs facere nobiſcū) nos eni nobis male fecimus ꝙ ſub pctō nos vendidimus vñ redemptor nos liberans benefecit magnificauit grām ſuam fecit nobiſcū miſcōiam liberauit de captiuitate peccati. retraxit de ſeruitute diaboli. Vñ (facti ſumus letantes) qui prius eramus triſtes ⁊ gementes. Sed qꝫ liberati a peccatis indigent cōfortari ne recidiuent et vt in virtutibus proficiant ideo orat et petit propheta dicens.

**Conuertere dñe captiuitatem noſtrā: ſicut torrens in auſtro.**

Cōuertere) o (dñe) ꝑfecte (captiuitatē nr̄am) qua ad huc tenemur captiui que eſt ſeq̄la ipius pctī ſcȝ ꝓnitas ad malū difficultas ad bonū (ſicut torrens) conuertit (in auſtro). i. auſtro flante qui eſt calidus ventus quo ſoluunt glacies et implent aquis torrentes vt currant. Sic enim flante ſpiritu ſancto qui per auſtrū ſicut diabolus per aquilonē ventū frigidū ſignificat. ſoluimur a peccatis ⁊ ſequelis ⁊ abūdantes lachrymis currimus in bonis et ad patriā feſtinamꝰ. Et licet in iſto curſu ſit labor nō tamen ideo eſt deſiſtendendū qꝫ.

**Qui ſeminant in lachrymis: in exultatione metent.**

Qui ſeminant) oꝑa bona opera miſcōie (in lachrymis) eo ꝙ laborioſuȝ ſit vl' eo ꝙ ſpiritualis ſeminatio fit in lachrymis et luctu vbi ſequitur cōſolatio ſicut carnalis in leticia ⁊ gaudio cuius extrema luctus occupat (in exultatione metent) fructū eterne beatitudinis quem colligunt ex ſeminatis. Quattuor autē ſunt cōpunctionis genera quibus ſancti viri afficiunt in hac vita plorant enim ꝓpter incolatus huiꝰ miſeriā quam tolerant vel ꝓpter dilationē beatitudinis quaȝ deſiderant aut ꝓpter mala que ipi vel alij cōmiſerūt vl' ꝓpter eterna tormenta que metuunt. Sed illud plorare ſeminare eſt: fructus huius ſeminis eſt leticia celeſtis. Unde hi tales qui ſeminant in lachrymis.

**Euntes ibant et flebant: mittētes ſemina ſua.**

Euntes) id eſt bonū facientes (ibant). i. ꝓficiebant. euntes enim vadunt qui quotidie ꝓficiendo creſcunt (et flebant) de ſuis ⁊ alioꝝ miſerijs (mittentes) indeficienter quaſi ante ſe premittentes in illo ſeculo futuro (ſemina ſua) ſcȝ lachrymas et queqꝫ bona oꝑa qꝫ melius ⁊ tutius eſt vt ante ſe premiſſa inueniant ꝙ̄ ꝙ poſt ſe mittenda expectent hec igitur ſemina debemus inceſſanter ſeminare quādiu viuimus qꝫ tpe ſuo metemus. Unde ſubdit.

**Uenientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos.**

Uenientes autem) in futura reſurrectiōe ad iudiciū (veniet cum exultatōe) que debet flentibus (portantes manipulos ſuos). i. fructū ſeminis ſcȝ meritum operū bonorū. Sicut ergo quotidie tranſeunt tpa ſic quotidie mittenda ſunt ſemina. Ad hoc enim tm̄ in hoc ſeculo viuimus vt interim laborando in bonis operibꝫ ſeminemus quatenus poſtmodū fructuȝ eternum recipiamus. Ex bonis eni operibꝫ portabimus nobiſcū meritū eorū. vnde recipiemus premiū et coronā gaudioꝝ.

Oratio.

Conſolare ꝓpl'm tuum dñe ⁊ libera nos a captiuitate peſſima vicioꝝ vt quod hic in lachrymis ſerimꝰ te retribuēte cū gaudio metamꝰ. P.

Pſalmus de ſpirituali domus dei ſcȝ eccleſie et fidelium edificatōe in fide et moribus ac ſancta et honeſta conuerſatione: ps. cxxvi.

**Niſi dominus edificauerit domū: in vanum laborauerunt qui edificant eum.**

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Sed titulus eſt canticū graduuȝ ſalomonis et eſt ſenſus hic eſt canticū graduū ſalomonis. i. leticia de aſcenſu ſcȝ de edificatōe et ꝓfectu eccl'ie quam chriſtus edificauit qꝫ hic agit de edificatiōe domus dei id eſt eccl'ie ꝑ veruȝ ſalomonē facta. i. ꝑ chriſtū qui eſt verus pacificus. vñ hic addit preter ſo-

litum ſalomonis. Non illius veteris qui cecidit ſed veri pacifici ſcꝫ chriſti in cuius figura ille templū ſicut iſte eccl'iaꝫ edificauit. Materia: ſpiritualis edificatio domus dei ſcꝫ eccl'ie in fide ꝛ moribꝰ. Intentio monere fideles aſcendere et omne bonū omneq́ꝫ ꝓfectum nō ſibi ipſis ſed deo attribuere ꝛ ab ipſo premiuꝫ expectare. Sententia in generali. ꝓpheta in iſto pſalmo ꝓuidens noui teſtamenti grām ſcꝫ eccl'iam ꝛ populum dei ꝑ doctrinā in fide ꝛ moribꝰ edificandam cuſtodiendā ꝛ irrigandā docet ne quis de his vel alijs quibuſcunq́ꝫ bonis quicq́ꝫ ꝓprijs viribus ſed dn̄o largitori aſcribat et vt nullus de ſe p̄ſumat quaſi ſine diuino auxilio aliquid poſſit. loquitur etiā de ſanctis eccl'ie doctoribꝰ et de eorum fructu ac premio in preſenti ꝛ futuro. Octauus gradus in figura noui teſtamenti quod octonario numero ſignificat̄ eſt leticia. De aſcenſu ſcꝫ de edificatione ꝛ ꝓfectu eccleſie quam chriſtus edificauit. Sententia in ſpeciali. Ne quis ergo illuꝫ veterē ſalomonē vel aliū edificatorē acciperet ait (Niſi dn̄s) .i. chriſtus (edificauerit) interius (domuꝫ) .i. eccl'iam ſuā ſcꝫ ꝓpl'm ſuum in fide ꝛ moribꝰ (in vanū laborauerunt) rectores ꝛ p̄dicatores foris loquētes (qui edificant eam) ipſe eſt enim virtus principaliter interius operans nos vero organa: ipſe eſt artifex nos inſtrumenta. ipſe eſt dn̄s nos miniſtri. Ipſe aſpirat interius. ipſe intellectū aperit: ipſe monet: ipſe terret: ipſe ad fidem ſenſum noſtrū applicat: ipſe ſolidat in fide: erigit in ſpe. conſūmat in charitate. qꝛ nec q̄ plantat eſt aliquid nec qui rigat ſed q̄ incrementū dat deꝰ. Et quia egit de edificatōne ſubdit de cuſtodia. dicens.

**Niſi dn̄s cuſtodierit ciuitatē: fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.**

Niſi dominus) qui non dormit nec dormitat ꝛ non ꝑmittit ſuos tentari ſupra vires (cuſtodierit) in fidei puritate ꝛ morum honeſtate (ciuitatem) id eſt eccl'iam ꝛ cōgregationē fideliuꝫ poſtquā fuerit edificata vt edificata duret et ꝑſeueret (fruſtra vigilat qui cuſtodit eam) contra hoſtes et inutile eſt omne ſtudiū humanū. Ecce de domo tranſit ad ciuitatē que plures habet domos vt nec in ſingl'is nec in munita collectione ſit preſumptio. Et hec quideꝫ domus et ciuitas vna eſt eccl'ia quam vtraq́ꝫ ſignificant. Si ergo volumus cuſtodiri ab illo qui humiliatus eſt ꝓpter nos ꝛ exaltatus eſt ad cuſtodiendos nos: humiles ſimus. deinde ne aliqui velint exaltari ante humiliationē cōuerſus ad illos ꝛ ſpecialiter ad predicatores ait.

**Vanum eſt vobis ante lucē ſurgere: ſurgite poſtq́ꝫ ſederitis: qꝛ manducatis panem doloris.**

Vanum) et inutile (eſt vobis ante lucem) id eſt chriſtum qui eſt lux noſtra (ſurgere) id eſt aliter et alio ordine velle exaltari q̄ ipſe chriſtus qui prius humiliatus q̄ exaltatus fuit ꝛ ꝑ paſſionem aſcendit ſic et tu ſi vis exaltari humilia te hic per afflictioneꝫ penitentie. ante chriſtum enim ſurgit qui ſe chriſto preponit qd̄ facit qui vult h̄ eſſe excelſus vbi ille fuit hūilis. Sit ḡ h̄ hūilis q̄ vult ibi eſſe excelſus vbi chr̄s excelſus eſt. Vn̄ ſubdit (ſurgite) .i. ſurgetis vel exaltari deſiderate (poſtq́ꝫ ſederitis) id eſt humiliati fueritis (qui māducatis panem doloris) id eſt qui penitendo de peccatis in dolore panem ꝛ vinū manducatis vel qui gemitis in hac peregrinatione ꝛ in valle plorationis de afflictōe vos reficitis quibꝰ facte ſunt lachrymę panes die ac nocte. Bonoruꝫ ergo eſt ſurgere ꝛ exaltari poſt ſeſſionem humiliationis ac letari poſt panem doloris quia.

**Cum dederit dilectis ſuis ſomnum ecce hereditas domini: filij merces fructus ventris**

Cum dederit dilectis) et electis (ſuis ſomnum) mortis (ecce hereditas dn̄i) ſcꝫ (filij) renati ex aqua ꝛ ſpiritu ſancto qui tales ſunt (merces fructus ventris) id eſt ſunt merces reddita homini chriſto qui eſt fructus vteri virginalis quia eos acquiſiuit per obedientiaꝫ paſſionis. Vel ſpecialiter ad predicatores ait (vanum eſt vobis ante lucem ſurgere) id eſt ante illuminationem diuine grē ꝛ noticiaꝫ veritatis ad opus ſpirituale faciendūꝫ quaſi de veſtra virtute preſumendo ſed (ſurgite) ad edificium ſpirituale poſtq́ꝫ ſederitis) id eſt ad modum ſedentis vos habueritis humiliter gratiam dei ſpiritualem ſcꝫ operatricem expectando (qui manducatis panem doloris) id eſt vos eccleſie miniſtri qui ſuſtentamini de elemoſynis penitentiū ꝛ dolentium de peccatis ſuis qꝛ (cum dederit dilectis ſuis) eccl'iam verbo ꝛ exemplo edificantibꝰ (ſōnum) ſcꝫ mortis (ecce hereditas dn̄i) ſcꝫ (filij) id eſt fideles edocti ab ipſis in fide et moribus q̄ dicunt̄ eoꝝ filij ꝛ ſunt hereditas dn̄i ꝛ (merces) eoꝝ eterna eſt (fructus ventris) id eſt chriſtus qui eſt fructus ventris virginalis. Vel (fructus ventris) eccleſie qui ſunt eorum merces et corona. Deinde oſtendit quomodo collecti et acquiſiti ſunt hi filij ꝛ vnde facta eſt tanta here

ditas ſcꝫ per ſagittas. quia

**Sicut ſagitte in manu potentis: ita filij excuſſorum.**

Sicut ſagitte) ſunt (in manu) alicuius (potentis) hominis vt eas de arcu excutiat ꝛ mittat ad feriendū que parate ſunt ad aduerſarioꝝ deſtructionem (ita filij) id eſt imitatores (excuſſorum) .i. apoſtoloꝝ qui ꝑ manū chriſti excuſſi et miſſi vſqꝫ ad fines terre peruenerūt. filij inquā ab eis edocti parati ſunt et apti ad hereticos et quoſcūqꝫ aduerſarios veritatis feriendos et debellandos. vel apoſtoli et doctores dicunt̃ excuſſi quaſi ad terrenoꝝ omniū impedimentoꝝ cupiditate expediti ꝛ ad prelium accincti. Vel ꝓphete qui tenebant clauſa et abſcondita ſacramenta excuſſi ſunt a p̄dicatoribꝫ dño aperiente ea. et ita apoſtoli ſunt excuſſoꝝ filij qui a manu domini vſqꝫ ad fines terre ſunt miſſi. Et ſic per tales collecti ſunt filij et acquiſita eſt hereditas ergo.

**Beatus vir qui impleuit deſideriū ſuū ex ipſis: non confundet̃ cum loquet̃ inimicis ſuis in porta.**

Beatus vir) eſt ille (qui impleuit deſideriū ſuum) ſpirituale (ex ipſis) ſagittis id eſt predicatoribus ſeu verbis doctrine eorū. ſeruando q̄d illi predicauerūt. Quod facit qui nō amat ſeculum nam qui deſiderio ſeculi plenus eſt nō eſt quo intret quod illi predicauerūt. Et vere beatus eſt (qꝛ non confundet̃) nec erubeſcet ſermones dei (cum loquetur inimicis ſuis) ſcꝫ iudeis gentilibꝫ: hereticis: falſis chriſtianis ꝛ omnibꝫ eccleſie ꝛ veritatis aduerſarijs eos potenter arguendo (in porta) id eſt in cōmuni ꝛ in manifeſto vt omnes nouerint quid loquat̃ ſed bene viuendo et recte docendo confundet ipſos inimicos. Is enim ſine cōfuſione predicat quem vita ꝛ doctrina commendat.

Oratio.

Domoꝝ ſpiritualiū edificator deus vt nos cuſtodias depcamur imple in te deſideriū noſtrum vt electis tuis nos adiūgi p̄cipias. P. d.

**Pſalmus de enumeratione aliquoꝝ bonorum operum deum timore caſto et filiali timentiū et de benedictione eorū vt conſequant̃ bona regni celoꝝ.**

Ps. cxxvij.

# Beati omnes qui timent dominū: qui ambulant in vijs eius.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus canticum graduū vt ſupra. Materia enumeratio aliquoꝝ bonoꝝ deum timore caſto timentiū. Intētio monere deū timore caſto timere. Sententia in generali ꝓpheta ĩ iſto pſalmo bona aliqua timore caſto deū timentiū enumerat eiſqꝫ benedicit ꝛ bene optat vt eterna bona ꝯſequantur. Nonus gradus eſt vt pacificus caſte timeatur qui ſolus edificat cuſtodit ꝛ exaltat. Sententia in ſpeciali ad timorem ergo dei monens ait (Beati) qui ſunt in ſpe (oīs qui timent dominū) timore filiali ꝛ caſto ſed miſeri ſunt qui mundana timent ꝛ ſubiūgit qui ſunt illi qui timent dñm ſcꝫ (qui ambulant in vijs eius) ꝓficiendo in p̄ceptis ipſius. puta q̄ a fide ſpe ꝛ charitate iuſticia patientia et hūilitate ceteriſqꝫ virtutibus non diſcedunt ac mandatis eius obediunt. iſte enim ſunt vie que ad deum ꝛ ad ſalutem ꝑducunt. Gregorius dicit. ꝙ tot vias nobis chriſtus oſtēdit quot exempla bonoꝝ operum nobis tribuit. A pluribꝫ cepit dicens beati ſed qꝛ omnes vnum ſunt in chriſto ſingulariter iam loquitur dicens.

**Labores manuū tuarū qꝛ manducabis: beatus es et bene tibi erit.**

Labores manuū tuarū qꝛ manducabis) o tu qui times dñm. i. fructus operū tuorū percipies in viſione ꝛ fruitione diuina. Nam laborioſe in mundo per vias dei incedit̃ qꝛ arta via eſt que ducit ad vitam ſed hic labor eternis fructibus adimpletur cum homo pane illo celeſti locupletat̃ (beatus es) iam in preſenti in ſpe (et bene tibi erit) in futuro in re vbi oīa bona cōfluunt ad gaudiū ſuauitatis. ita beatus es o tu timens deum et laborans in preceptis eius implendis ꝙ.

**Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tue.**

Vxor tua) id eſt ſapientia diuina tibi infuſa ꝛ in ſponſā tibi tradita erit (ſicut vitis abundans) fructibꝫ (in lateribꝫ domus tue) id eſt ſpirituales filios multos in fide ꝛ moribꝫ edocēs et edoctos ꝑiens et nutriens in habitacul' chriſtiane religionis. hec etiam vxor vt vitis vuas iocundas: fructus bonoꝝ operum edit ꝛ eis in eccleſia ad edificationē alioꝝ vt imitent̃ abundat. Et.

**Filij tui ſicut nouelle oliuarū in circuitu menſe tue.**

Filij tui) de tali vxore geniti id eſt diſcipuli tui ſcꝫ ſpiritualis doctrine ſic in fide et moribꝫ edocti ꝛ imitatores tui ſunt (ſicut nouelle oliuarum) id eſt oleo charitatꝭ inūcti virentes ꝛ fru-

etiferi alios in fide et moribꝫ nutrientes q᷑ no-
uelle oliue viridiores ⁊ vberiores ſunt in fructu
(in circuitu menſe tue) id eſt ſane doctrine ⁊ in-
formationis tue vbi cibo ⁊ potu ſpirituali refi-
ciuntur vt inde alios reficiant. in circuitu men
ſe dominice ſcꝫ ſacre ſcripture quottidie ſedere
et ex ea cibum vite ſumere debemus ne in via
deficiamus. Uel (filij tui) id eſt opera ſunt (ſi-
cut nouelle oliuarum) q᷑ virent oleo charitatis
inuncta ⁊ ſunt (in circuitu menſe tue) q᷑ qui ta-
lia opera faciũt pane celeſti reficiunt. Super
hunc locũ dicit Aug⁹ ꝙ columba portauit ad
arcam ramum oliue cum folijs ⁊ fructu ad ſi-
gnificandum ꝙ iuſtus non debet habere verba
ſine operibꝫ. Deinde ſequitur cõcluſio beati.

**Ecce ſic benedicetur homo: qui timet
dominum.**

Ecce ſic) vt ſequitur (benedicet homo) id eſt
benedictio ab alijs ſibi imprecabit (qui timet
dñm) nõ mundũ ⁊ laborat aliter nõ. q. d. ſi que
ris quare hoc ecce ex timore dñi. Sic enim be
nedicet omnis homo qui timet dñm ⁊ his vti-
q₃ locupletat diuitijs. Et ſequit benedictio vbi
ex pietate poſtulat benedici timentes dominũ
⁊ optat eis bona que non ſunt malis cõmunia
dicens.

**Benedicat tibi dominus ex ſyon: et vide
as bona hieruſalem omnibus diebus vi
te tue.**

Benedicat tibi dñs) benedictõne que eſt (ex
ſyon) celeſti id eſt benedictõne eterna (et) ibi po
ſitus nunc ſpe poſtea re (videas bona) nõ que
tranſeunt ſed bona (hierl'm) ſcꝫ ſuperne que de
ſideraſti (omnibꝫ diebꝫ vite tue) id eſt ſemper et
eternaliter bona enim eterna ſemper videbunt
ſed nõ iſta cumulus enim bonoꝝ eſt eternitas
Ergo talia bona deſidera que per om̃es dies
vite tue videas. i. vt cũ ipſis in eternũ viuas.

**Et videas filios filioꝝ tuoꝝ: pacem ſu-
per iſrael.**

Et videas) ſcꝫ in eterna beatitudine (filios fi
liorum tuorum) id eſt fructũ et retributionẽ ca
pias bonoꝝ operũ tuoꝝ ſcꝫ vitam eternam vel
eos qui de doctrina tua in chriſto fide ⁊ moribꝫ
generant. Unde habebis aureolã et vt breui-
ter omnia comprehendã videas (pacem ſuper
iſrael) id eſt ſuper totum ppl'm chriſtianũ. Ecce
omnia illa bona vno nomine pax nominant.
Ad illam pacem perueniunt qui ⁊ hic pacifici
fuerunt. Oratio.

Timentibus nomen tuum domine beatitu
dinem largire perpetuam: vt talis nobis actio
taliſq₃ ſit vita que celſum de bonis fructibꝫ me
ritum reportet ad ſidera. Per dñm.

**Pſalmus de eccleſie pſecutione et in
ter malos patientia ac de maloꝝ perſe-
quentiũ deiectõe et damnatõe futura.**

ps. cxxviij.

**Sepe expugnaue-
runt me a iuuentute mea: dicat nũc
iſrael.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus vt ſu
pra. Materia eccleſie perſecutio ab initio. In-
tentio monere fideles ad patientiã. Sententia
in generali ꝓpheta in iſto pſalmo hortat ecclĩã
vt perſequentes ⁊ turbantes eam ſcandalis vel
moleſtijs patienter toleret nec turbet quaſi no
uum hoc ſit q᷑ a principio ſemper fuit nec ta-
men ex toto eccleſia ſuccubuit ſubiungens per
ſequentiũ ⁊ turbantiũ futurã damnationẽ. De
cimus gradus eſt vt qui caſte deum timet ꝑ eo
omnia patienter ferat quod nunc expedit eccle
ſie inter malos. Sententia in ſpeciali: eccleſia
ergo quaſi reſpondeat querelis infirmoꝝ mur
murantiũ ꝙ tot mala ferant ait (Sepe) et fre-
quenter (expugnauerũt me) matrem diabolus
iniqua ſuggeſtione. hereticus verbis aſtucie. ty
rannus armis potentie falſus frater dolo inui
die et nequitie. Ab his enim quattuor eccleſia
impugnatur ⁊ hoc (a iuuentute mea) ex quo ce-
pit eccleſia id eſt a primo tempore etatis mee ſci
licet ab abel et iſtud (dicat nũc) dum licet (iſra
el) id eſt populus videns deum ꝑ fidem vt alij
inſtruantur. Quaſi dicat eccleſia deum fide cõ
templans monendo ſuos ad patientiã. O filij
nolite mirari ad iſta quaſi noua que iam diu ſu
ſtinuiſtis ⁊ ne turbemini nec timeatis ſed cum
ſenectus expugnat cõſolemini de preteritis q᷑
nunquam ceſſauit iuſticia patiens. ⁊ iniquitas
premens. dicat in q̃.

**Sepe expugnauerũt me a iuuẽtute mea
etenim non potuerunt mihi.**

Sepe expugnauerũt me a iuuentute mea)
Unde ſtatim cum incipit homo velle benefa-
cere ⁊ pficere impugnatur. Repetitio notat paſ
ſionum frequentiam ⁊ infinitatẽ vel manifeſtam
perſecutionẽ ⁊ occultam. Ideo autem expugna
uerunt me quia non conſenſi eis ad malũ vn-
de ſubdit (etenim non potuerunt mihi) ſcꝫ pre-
ualere vt me traherent in ꝯſenſum peccati deo
me conſeruante. Ergo qui iſrl' eſt ille poteſt di-
cere q᷑ impugnat omni tpe ſed non ei hec pu-
gna preualet q᷑ dñs ꝑ eo pugnat. Et cum pa-
lam non poſſent nocere.

**Supra dorſum meũ fabricauerũt pctõ-**

**res: ꝓlongauerūt iniquitatē ſuam.**

Supra dorſum meum) et retro (fabricauerunt) et mala accumulauerūt (peccatores). i. ꝑſecutores. hoc eſt niſi ſunt occulte mihi nocere vt qui a facie venientes viderent̄ a tergo nō ſentiantur. vel nō nocuerunt mihi qꝛ (ſupra dorſum meū fabricauer̄t pctōres) nam cū crebris tribulationib9 affligerent me ego faciem mentis cōuertens ad dn̄m ꝛ dorſum ad ſeculū mala coꝝ reſpicio retro quaſi ꝑuipendens et equanimiter tolerans ꝛ ſicut ſepe expugnauerūt me ita et diu qꝛ (ꝓlongauerūt) et in longū ꝓtraxerunt (iniquitatē ſuam) peccatū peccato adiungentes qꝛ nō ſunt momentanee coꝝ inſidie ſed diutine. Sed quid eos ſequit̄.

**Dn̄s iuſtus cōcidet ceruices peccatoꝝ: cōfundant̄ et cōuertant̄ retrorſuꝫ oēs qui oderunt ſyon.**

Dn̄s iuſtus) ſcd̄m iuſticiā (concidet). i. conteret ꝛ ſuccidet (ceruices) et ceruicoſitatē (peccatorū) et maloꝝ. i. deſtruet ſuperbiā impiorū ceruicoſos ꝛ ſuꝑbos malis gratib9 ſuis humiliando. Talis eſt fructus ſuperbie qꝛ humilitas habet gloriā ſed ſuperbia confuſionē. Unde ſubdit̄ (confundant̄) ſera cōfuſione tanq̄ȝ victi a deo (et conuertant̄ retrorſum) recedendo ab eo (omnes qui oderūt ſyon) id eſt eccleſiā futura ſpeculantē ꝛ iuſtoruꝫ cōgregationē quam non tm̄ manifeſti ꝑſecutores ſed etiam qui ficte intrant oderūt. Qui enim nolunt obſeruare verbū dei oderūt eccl'iam. Tunc autem erit iniquoꝝ confuſio quando ꝛ foris eternus iudex cernitur et intus ante oculos culpa verſat̄ Tunc conuertent̄ retrorſuꝫ quando tollent̄ ne videant gloriā dei ꝛ mittent̄ in ignē eternū.

**Fiant ſicut fenū tectoꝝ: qͦd priuſq̄ȝ euellatur exaruit.**

Fiant) etiam) ſicut fenum tectoꝝ) quod in alto ſcꝫ in tectis naſcit̄ ſed radice pingui ꝛ firma non ſolidatur (quod priuſq̄ȝ euellat̄) et carpat̄ (exaruit) et exſiccatū eſt id eſt poſt modicū virorem etiam nō euulſum citius areſcit ꝛ deficit et in hoc perit ꝓpheta quod ꝓſperitas ꝑſequentiū et odientiū eccl'iam qui in culmine ſuꝑbie naſcuntur vbi non ſolide ſtant cito tranſeat ꝛ deficiat. feno ergo tectoꝝ comparant̄ mali et ficti qui alta quidem appetūt ſed in radice firmi nō ſunt quia tranſitoria ſunt que cōcupiſcunt qui etiam ſepe antequam de vita tollant̄ aridi ſunt ab humore gratie ꝛ diſpereunt.

**De quo non implebit manū ſuam qui metet: et ſinū ſuum qui manipulos colliget.**

De quo) ſcꝫ feno arido (non implebit manum ſuam qui metet) qꝛ tenuiter ꝛ ſparſim et ſine condenſatōne creſcit (et ſinum ſuum) nō implebit (qui manipulos colliget) qꝛ nec in tanta copia creſcit nec vtilitas eius tam magna eſt q̄ aliquis colligere illud velit ſic erit de iſtis malis et aridis quando venerint meſſores angeli collecturi triticū in horreuꝫ celeſtis manſionis quia non colligent bonum fructuꝫ ex eis quia nullus reperit̄ in talibus ſed eos tanquam puluerem ꝛ paleā inutilem gehenne derelinquunt incendijs de quib9 adhuc ſubiungit̄.

**Et non dixerunt qui preteribant benedictio dn̄i ſuper vos: benediximus vobis in nomine dn̄i.**

Et non dixerunt) malis ꝛ reprobis illi (qui preteribant) ſcꝫ patriarche ꝓphete apoſtoli ꝛ ceteri viri ſancti qui per vitam iſtam currendo ad patriam tranſierūt non dixerunt inq̄ȝ iſtud ſcꝫ (benedictio dn̄i) ſit (ſuper vos) quia ſunt ea indigni ꝛ ſimiliter non dixerunt talibus (benediximus vobis in nomine dn̄i) qꝛ nouerunt eos maledictos. Conſuetudo erat in gente iudeorum vt ſi quis tranſiret ꝛ videret aliquos facere aliquod opus in agro vel in vinea vel aliud eiuſmodi non licebat tranſire ſine benedictōe. Illi ergo qui per iſtam vitam ad celeſtem patriam tranſierunt benedixerūt illos in quibus radicem charitatis ꝛ bona opera viderunt ſed non eos quos in tectis eminere ꝛ in ceruice ſuperbire viderunt. Nulla enim ſcriptura inuenitur que de illis bona loquat̄ ſed equa omnia de eis mala dicunt̄. Iſti tranſeuntes ſi bene viuimus benedixerunt nos. Omnes enim bene viuentes benedicunt non in nomine ſuo ſed in nomine dn̄i a quo omnia bona dicunt eſſe nō a ſe ipſis. Bene ergo viuamus et male viuentes equanimiter toleremus vt ab omnib9 ſanctis benedici in nomine dn̄i valeamus.

Oratio.

Ab omniū impugnationū nequitijs eccleſiam tuam domine dextere tue protectōne defende vt inimicis retrorſum conuerſis ſacris a te benedictionib9 repleat̄. Per dn̄m.

¶ Oratio et clamor vere penitentis ꝓ liberatione a peccatis et miſerijs allegatioq̄ȝ magne miſericordie dei miſerētis.

ps. cxxix.

**De profundis clamaui ad te domine: dn̄e exaudi vocem meam.**

Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus vt ſu
pꝛa. Materia oratio vere penitentis ꝑ liberatõ
ne a peccatis. Intentio: monere homĩes ad pe
nitentiaꝫ. Sententia in generali: ꝓpheta in iſto
pſalmo in ꝑſona vere penitentis clamat ad do
minũ vt a pctõꝝ ꝓfundo liberet eum allegans
ipſius magnã miſericoꝛdiã vnde ſperat cõſequi
veniam. Undecimus gradus eſt penitentialiſ
ſupplicatio. qui cõgrue poſt pꝛedictos gradus
ponitur q2 nec timens deuꝫ nec omnia ferens
dignũ ſe penitus ſentit chꝛiſto q2 in coꝛpe nul=
lus eſt ſine peccato et ideo vna ſecuritas eſt pꝛe
cibus inclinari. Sententia in ſpeciali hic er=
go penitens ſciens ſe eſſe in ꝓfundo a ſimili io
ne clamat dicens. (De ꝓfundis) ſcꝫ peccatoꝝ
et maloꝝ ſeu de magnis tribulationibꝫ ꝑ pec=
catis. Uel (de ꝓfundis) id eſt a ꝓfundo coꝛdis
de alta humiliatõne mentis ab intimis anime
et ſpiritus (clamaui) oꝛando coꝛde et oꝛe (ad te
dñe) q̇ ſolus potes me liberare (dñe exaudi vo
cem meam) id eſt orationẽ mei pctõꝛis que de
ꝓfundo ad te ꝑueniat. deinde alijs verbis ideꝫ
repetit ꝛ pꝛecibꝫ deum placat vt clementer au=
diat dicens. Et.

**Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.**

Fiant aures tue intendentes) id eſt auditus
pietatis ꝛ miſericoꝛdie tue intendat (in vocem
depꝛecationis mee) vt meam petitionẽ diligen
ter audiat et clementer impleat. pietas et miſe=
ricoꝛdia ſunt aures dñice quibus nos pctõꝛes
dignatᷣ exaudire. Tunc autẽ dñs intentas au=
res habet noſtris orationibꝫ quãdo nos inten
ta menteꝛ deuota pꝛeces ad ipſum fundimus.
Sed illam orationẽ deus nõ exaudit cui ipſe
qui oꝛat non intendit. De quo autem ꝓfundo
clamet oſtendit dicens.

**Si iniquitates obſeruaueris dñe: dñe quis ſuſtinebit.**

Si iniquitates obſeruaueris dñe) ad iudi=
candum ꝛ puniendũ eas ſcđm quantitatẽ cul=
pe ꝛ rigoꝛẽ iuſticie (dñe quis ſuſtinebit) te iudi
cem vindicantẽ ſi nobiſcũ ſeuerus iudex agere
volueris nõ miſericoꝛs pater quis ſtabit in iu=
dicio ante oculos tuos. q. d. nullus. q2 vix ali=
quis ſine peccato reperitur. Si ergo nõ eſt ca=
ſtum coꝛ quod pꝛeſumat de ſua iuſticia pꝛeſu=
mat omniũ coꝛ de dei miſericoꝛdia ꝛ dicat deo.
Nullus poteſt te iudicem ſuſtinere ſed tamẽ de
tua miſericoꝛdia nõ deſpero.

**Quia apud te ꝓpiciatio eſt: et ꝓpter legem tuam ſuſtinui te dñe.**

Quia apud te ꝓpiciatio eſt) ſcꝫ ſacrificiũ qđ
ꝓ nobis oblatum eſt ꝛ peccata ſoluit ſcꝫ inno=
cens ſanguis ꝓ nobis fuſus ꝛ oblatus delens
omniũ peccata nocentiũ (et ꝓpter legem tuam)
ſcꝫ euangelicaꝫ que eſt lex charitatis et amoꝛis
miſericoꝛdie ꝛ gratie ꝛ ꝓmittit vere penitentibꝫ
veniam de peccatis (ſuſtinui te dñe) expectan=
do beneficiũ et effectuꝫ tue miſericoꝛdie in ſpei
longanimitate q2 dignatus es legẽ miſericoꝛ=
die afferre ꝛ omnia peccata dimittere. Et con=
uertens ſe ad auditoꝛes dicit nobis ad edifica
tionem quid egerit.

**Suſtinuit anima mea in verbo eius ſperauit anima mea in dño.**

Suſtinuit anima mea) id eſt patienter tulit
dilationẽ conſolatõnis ꝓmiſſe (in verbo eius)
quod penitentibꝫ veniaꝫ ꝛ regnũ ꝓmittit ꝛ red
dit q2 nõ fallit. Securi ergo in eius verbo ſpe=
ramus q2 falli nõ poſſumus. Unde ait (ſpera
uit anima mea in dño) id eſt in miſcđia eius q̇
eſt immenſe pietatis et clemẽtie et potens eſt ab
omni malo liberare. Et q2 ſperauit ideo ſuſti=
nuit. Nam ſpes foꝛtitudo patiẽtie eſt. Ideo enĩ
ſancti viri patientes ſunt in tribulatõe q2 gau=
dent in ſpe. Deinde iam dicit quid facere de=
beamus.

**A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctẽ: ſperet iſrael in dño.**

A cuſtodia matutina vſqꝫ ad noctem) id eſt
a mane iuuentutis vſqꝫ ad noctem moꝛtis (ſpe
ret iſrael) id eſt ꝓplus videns deum ꝑ fidem foꝛ
matam hoc eſt oĩs fidelis (in dño) miſericoꝛ
diam eius expectando. Aliter enim nõ valet ni
ſi vſqꝫ ad finem ſperet q2 qui ꝑſeuerauerit vſqꝫ
in finem hic ſaluus erit. Nam ſi non vſqꝫ ad
finem ſperaueris deletur totum quod ſperaue=
ras. Ab illa ergo hoꝛa matutina qua in vineã
dñi locatus eſt fidelis ſpem ſuam in illam defi
gat hoꝛam qua denariũ mercedis accipiat ab et
eo quod ei lumen veritatis illuxit indeſinenter quo
celeſtia contemplet. Ideo autem ſperet.

**Quia apud dñm miſericoꝛdia et copioſa: apud eum redemptio.**

Quia apud dominũ) eſt (miſericoꝛdia) in re
laxatione peccatoꝝ. Ergo ſi pꝛemimur pecca=
tis noſtris non deſperemus quia adeſt miſeri=
coꝛdia dei parcens nobis (et copioſa) id eſt ſuf
ficiens immo ſupereminens (apud eum) eſt (re
demptio) ſcꝫ ſanguis pꝛecioſus quia non au=
ro neqꝫ argento ſed pꝛecioſo ſanguine ſuo nos
redemit quia totius mũdi peccata deleuit. Co=
pioſa fuit redemptio noſtra quantuꝫ ad id per
quod redempti ſumus ſcilicet paſſionem chꝛi=
ſti ꝛ ſanguinis effuſionem que multiplex fuit ꝛ

quantū ad id a quo ſumus redempti et quantum ad effectum redemptōnis quia liberati ſumus a culpa actuali et originali et a pena tam corporis ꝗ̄ anime ⁊ quia ad ſalutē omniū ac totius mundi ſufficit.

**Et ipſe redimet iſrael: ex omnibꝫ iniquitatibus eius.**

Et) adeo eſt copioſa ꝙ (ipſe redimet) id eſt liberabit tanꝗ̄ precio redemptū (iſrael) id eſt populum fide formata videntē deum (ex omnibꝫ iniquitatibꝫ eius) vt non reſeruent̄ ad vindictā. Qui non cōmiſit peccatū ipſe poteſt redimere a peccato. Non ergo timeas acceſſurus ad deum aliquas iniquitates tuas tantūmodo accede pleno corde ⁊ deſine iā facere que faciebas et de profundo clama ad dn̄m obſerua illū ⁊ expecta ⁊ ſuſtine ꝓpter legem ipſius quia multa apud illum redemptio.

Oratio.

Intendant queſumus dn̄e pietatis tue aures in oratōnes ſupplicū q̄ apud te eſt ꝓpiciatō peccatorū vt non obſerues iniquitates noſtras ſed ibi partias nobis miſcōias tuas. p. d.

ſed impartias

**Pſalmus de humilitate interiori cordis et exteriori corporis et operis et de ſpe continua ſemper et iugiter in domino habenda.** ps. cxxx.

**Domine nō eſt exaltatum cor meū: neq̄ elati ſunt oculi mei.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus vt ſupra. Materia: humilitas interior cordis ⁊ exterior operis. Intentio: inducere fideles ad humilitatem. Sentētia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo exemplo ſuo docet humilitatē obſtringens ſe maxime pene ⁊ maledicto ſi non extiterit humilis intus et extra et ſi aliquid iactantie in eo fuerit. hortat̄ etiā iſrael ꝓplm̄ ſcʒ fidelē iugiter ſperare in dn̄o quaten⁹ ſeculi aduerſa valeat tolerare. Duodecimus gradus eſt humilitas quam intus et extra hic ſe habere oſtendit. Sententia in ſpeciali: oſtendens ergo ſe humilem intus ⁊ extra ait o (Dn̄e) cum ad tot ⁊ tantos gradus virtutū ꝓmotus eſſem (nō eſt exaltatum) intus (cor meū) per ſuperbiā ſcʒ motu ſuperbie interiori. Minus dicit ſcʒ (nō eſt exaltatum) ⁊ plus intelligit ſcʒ hūiliatū eſt cor meū qđ eſt deo ſacrificiū. Sacrificiū ergo deo obtulit quando hoc dixit (neq̄ elati ſunt) extra (oculi mei) per elatōnis apparentiā que maxime relucet in oculis id eſt ſignū ſupbie exterius non oſtendi. In ſuperiori parte corporis ſunt oculi et ſuperior corporis ſenſus eſt viſus. A digniori ergo corporis pte ceteras ptes ⁊ etiam actiones motus ⁊ omnia que ſunt in homine poſſumus accipere in quibus etiam vicium elatōis ſicut in oculis aliquando apparet deinde poſtquam oſtendit qualis fuerit in corde ⁊ corpore oſtendit qualis fuerit in actōne dicens.

**Neq̄ ambulaui in magnis: neq̄ in mirabilibus ſuper me.**

Neq̄ ambulaui) ſuperbiendo (in magnis) id eſt nō inceſſi in his que magna videbant̄ hominibus oſtendendo ſuperbiā in apparatibꝫ ⁊ pompis vel iactando me de magnis ſicut ille phariſeus q̄ ſe de ſuis iactabat operibꝫ. In magnis etiam ambulare eſt in virtutū operibꝫ animum per ſuperbiā eleuare (neq̄ in mirabilibꝫ ſuper me) id eſt tranſcendentibꝫ ſtatum meum hoc eſt nō queſiui innoteſcere hominibꝫ quaſi in mirabilibꝫ que erant ſupra vires meas vnde me iactarē apud eos Hec enim ſunt ꝓpria ſupborum. Deinde aperit ꝗ̄ hūilis in ſciencia fuerit qui quandoq̄ inflare cōſueuit dicens.

**Si non humiliter ſentiebā: ſed exaltaui animam meam.**

Si non humiliter ſentiebā) vt viderer mihi quaſi ſapiens ⁊ inde extollerer et ſuperbirē preſumendo de me et viribus meis (ſed exaltaui) ſuperbiendo (animam meam) altiora me querendo ⁊ plus ꝗ̄ oportet ſapiendo ac maiora ꝗ̄ ſint de me ſentiendo. Qui enim tales ſunt vix ad humilitatē ptingunt. q̄ ſcđm Grego. valde difficile eſt vt is qui ſe ſapientē eſtimat mentem ad humilitatē reducat. Vel (ſi non humiliter ſentibam) beneficia mihi data a deo recognoſcendo (ſed exaltaui animam meā) me de eis quaſi ex me haberē eleuando. Si inq̄ non eſt ita et.

**Sicut ablactatus eſt ſup mr̄e ſua: ita retributio in anima mea.**

Sicut) aliquis incumbens (ſup matre ſua) id eſt indigēs adhuc foueri ſinu ⁊ lacte matris cōtriſtat̄ ⁊ perit ſi ſic (ablactat⁹). i. a lacte mr̄is ſeparatus q̄ mater ſubtrahit ab eo mām̄illā. (ita) fiat (retributio in anima mea) id eſt punitio in perſona mea vt ſcʒ a deo ſubtrahat̄ mihi omnis gratia ⁊ cōſolatio diuina et peream. maledicto ſe obſtringit ſi a ſupbia ſe nō cohibuit ſic enim dicere ſolemus quando de cauſa bene confidimus vel eſt predictio nō optatio. vltimo concludit dicens. Et q̄ ego ita ago ergo meo exemplo.

**Speret iſrael in dn̄o: ex hoc nūc et vſq̄ in ſeculum.**

Speret iſrael). i. fidelis fide formata deum

videns (in dño) faciendo ſicut ego qui vere me
humiliaui et in deo ſperaui. ſperet inq̃ȝ in dño
non pſumat de ſe (et hoc nūc et vſq̃ȝ in ſeculū)
id eſt hanc ſpem cōtinue et ſemper ſine fine ha
beat quouſq̃ȝ ad eternitatē veniat q2 poſtea nō
erit ſpes ſed res fides enim et ſpes tranſeūt naȝ
qđ credimus videbimus ⁊ qđ ſperamus tene=
bimus charitas atq̃ȝ manet in eternū ꝓpter qđ
et maioꝛ hoꝛum dicit. docet ergo vt nullo fine
tꝑm ſpes noſtra claudat vt per ſpem pñtis cui
bona futuri ſeculi capiamus. Oratio.

Ne pmittas nos exaltari in ſupbijs ſeculi
omnipotens pater ſed qui mitis es et humilis
coꝛde: doce nos humilib9 tibi placitis conſen=
tire. Per do.

Pſalmus de bono deſiderio ꝓ edifi=
catōne domus dei ſpiritualis ſcȝ eccleſie
in moꝛibus et fide et de huius deſiderij
impletione. ps. cxxxi.

# Memento domine
david: ⁊ omnis mãſuetudinis eius.

Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Ti
tulus vt ſupra. Materia edificatio ecclie in mo
ribus ⁊ fide. Intentio: monere vt nos ipſos et
alios edificemus domū dñi iuxta illđ templū
dei ſanctū eſt qđ eſtis vos. Sententia in gene=
rali: ꝓpheta in illo pſalmo declamat bonū deſi
derium de edificatōne ecclie in moꝛib9 ⁊ fide et
precatur ꝓ eius impletōne. In hoc tredecimo
gradu iam hūilis ⁊ manſuetus ſatagit de edi=
ficatione ſpiritualis domus dei. vt ⁊ dauid ad
litterā ſollicit9 fuit de materiali. Et ꝯgrue poſt
gradū humilitatis agit de edificatōne domus
q2 ꝑ humilitatē efficit aliquis domus dei. Vñ
alibi ſuꝑ quem requieſcet ſpiritus meus niſi ſuꝑ
humilē ⁊ quietū. Sentētia in ſpeciali: volens
ergo edificare domū dño ait in perſona totius
chriſti (Memento) o (dñe) pater (dauid) ſpiri=
tualis manu foꝛtis ⁊ ſupponit cauſam dicens
(et omnis manſuetudinis eius) qua vicit dia=
bolum ⁊ inimicos ecclie. Illi ſeuiebāt: iſte ſuf=
ferebat: victi ſunt qui ſeuiebant: vicit qui ſuffe=
rebat: ad litterā dauid rex, ille valde mãſuetus
fuit ſed nō de illo hic agit immo de eius ſignifi
cato. dauid enim interpꝛetat manu foꝛtis ⁊ per
illū typice ſignificat totus chꝛiſtus ſcȝ caput et
coꝛpus cuius humilitas ⁊ manſuetudo hic cō
mendatur chꝛiſtus manu foꝛtis ad bellanduȝ
manſuetudine vicit aduerſarios ⁊ in iſta man=
ſuetudine coꝛpus chꝛiſti qđ eſt ecclia vicit ini=
micos. Sic manu foꝛtis vincat opando. Ad
hoc autē memento vt impleat.

Sicut iurauit dño: votum vouit deo ia
cob.

Sicut iurauit dño). i. firmiter ꝓmiſit (et vo=
tum vouit) ex deuotōe ⁊ bona voluntate (deo
iacob) Ideo dicit deus iacob vt nos ſimus ſpi
ritualiter iacob ſi deum volumus habere adiu
toꝛem. Iacob enim ſupplantatoꝛ dicit ⁊ ille eſt
iacob qui vicia ſupplantat. q. d. ita memēto da
uid vt impleat quod deo ꝓmiſit. nemo pſumat
virib9 ſuis ſe reddere qđ vouerit. Qui te hoꝛtat
vt voueas ipſe adiuuat vt reddas vouit autē ec=
cleſia vt ſit domus dei quo nihil gratius poteſt
deo offerri vouet etiã quelibet fidelis anima vt
faciat in ſe domū dño cum renunciat diabolo
et pompis eius in baptiſmo vñ ex pſona ipſius
eccleſie cōſequenter oſtendit que iurauit, ⁊ vo=
uit dño dicens.

Si introiero in tabernaculū dom9 mee:
ſi aſcendero in lectū ſtrati mei.

Si introiero). i. nō introibo hic enim ponit
ſi ꝓ non (in tabernaculū domus mee) vt inten
dens rebus meis queraȝ que mea ſunt nō que
dei ⁊ ſatiſfaciã priuate voluntati mee. i. mea et
ꝓpria attendens ea que dei ſunt nō poſtponam
ſciebat ſe priuato impediri ⁊ ꝓprio ne fieret lo=
cus deo (et ſi aſcendero). i. nō aſcendã (in lectū
ſtrati mei) ad quieſcendū. i. nō acquieſcã carni
nec ſequar voluptates eius. In primo ſcȝ (ſi in
troiero) notatur ſuꝑbia. in ſcđo ſcȝ ſi aſcendero
concupiſcentia carnis. in tertio qđ ſequit ſcȝ ſi
dedero concupiſcentia oculoꝝ.

Si dedero ſomnū oculis meis: et pal=
pebꝛis meis dormitationē.

Si dedero). i. non dabo (ſomnū). i. vanam
et carnalē delectationē (oculis meis) ſcȝ mētis
Terrene felicitates ſomnia ſūt q2 cito tranſeūt
in quibus doꝛmire ⁊ toꝛpere nō debent qui lo
cum dño inuenire volunt (et) vt plus dicaȝ nō
dabo (palpebꝛis meis doꝛmitationē) vt nunc
ad talia incliner nūc erigar quod minus eſt q̃ȝ
doꝛmitio. ſomnū oculis dat ⁊ doꝛmit qui terre
na et felicitates ſeculi cōcupiſcit nō doꝛmit ſed
doꝛmitat q̃ modo retrahit a terrenis modo in=
uoluitur illis ⁊ quaſi qui doꝛmit caput crebꝛo
inclinat ⁊ releuat. Hic etiaȝ doꝛmit qui peccat
et non penitet. doꝛmitat qui vices peccandi et
penitendi alternat. obdoꝛmit qui in pctō mo=
ritur.

Et requiem tempoꝛib9 meis donec in=
ueniam locum domino tabernaculū deo
iacob.

Et) vt adhuc plus dicam ſi deſidero. i. non
dabo (requiem tempoꝛib9 meis) tali parti capi

tis vnde ſomnus venit ad oculos.) Cum cepe-
rit te aliquid tp̄ale delectare ad peccandū iam
grauant̄ tibi tp̄a. Noli te dare tali delectatōni
maiores enim dolores habebit ꝙ̄ ſuauitates.
Et ea cogitatōne quaſi confricans frontem ex
cutis ſomnū ⁊ paras locū dn̄o Si enim nō de
deris requiē temporibꝫ tuis nō venit ſomnus
hec igitur omnia non faciam (donec inueniā
locum dn̄o) in me vbi requieſcat qui ſuper hu
milem requieſcit. q. d. nō faciā illa predicta ſed
iſtud ſcꝫ (inueniā locū dn̄o) in me ip̄o (taberna
culum deo iacob) qđ idem eſt. i. eccl'iam preſen
tem fundatā et firmatā. hoc eſt me ip̄m faciā lo
cum dn̄o ⁊ edificabo eccl'iā in qua militandū
eſt deo. Eccleſia ſcđm p̄ntem ſtatū vbi lucta eſt
et pugna dicit̄ tabernaculū in quo militatur in
futuro erit domus in qua pauſabit̄. In taber-
naculo qđ militantiū ⁊ pugnantiū eſt gemim᷒
et laboramus in domo gaudebimus ⁊ lauda-
bimus. Uel ex ꝑſona chriſti capitis poteſt le-
gi ab illo loco (Si introiero). q. d. Iurauit da
uid. i. chriſtus dicens. (Si introiero in taber-
naculū domus mee) ſcꝫ celeſtis habitatōis et
(ſi aſcēdero in lectū ſtrati mei). i. ad dexterā pa-
Quia illic) ſcꝫ in babylone (interrogauerunt nos) babyloniȷ̄ tentantes et irridentes (q̄ captiuos duxerūt nos) ſcilicet in babylonem verba cantionū) id eſt vt cantaremus eis carmina exigētes carmina leticie a nobis in tanta amaritudine conſtitutis et hoc eſt etiam qđ ſubditur.

**Et qui abduxerunt nos hymnū cantate nobis de canticis ſyon.**

Et qui abduxerūt nos) id eſt a noſtra terra ſeparatos duxerunt ſcꝫ de iudea in babylonē captiuos ſupple interrogauerūt nos ꝟba cantionum dicentes (hymnū cantate nobis) leticie (de canticis ſyon) id eſt que ſolebatis cantare in ſyon ſcꝫ in templo hierl'm que iūcta eſt ſyon. Uel myſtice babylon que confuſio interpretatur hic mundus intelligit̄. Omnia autē que hic amant̄ ⁊ tranſeunt flumina ſunt babylonis. Que attendentes ſancti in ſua captiuitate hūiliati nō ſe eis amore immiſcent ſed cōtemnendo ſupra ſedent ⁊ flent vel eos qui rapiuntur vel ſeipſos ⁊ ſuum incolatū qui in babylonia captiui tenent̄. flent autem in recordatione ſyon id eſt celeſtis hierl'm ciuitatꝭ eterne. in hoſtili enim terra dulcis eſt recordatio patrie flent recordādo ſyō ⁊ qñ ꝑm babyloniā eiſ bñ eſt. Multi eī flent fletu babylonio q̄ et gaudēt gaudio babylōio. Qui gaudēt lucris ⁊ flent ꝑ dānis vtrūꝗ de babylonia eſt. Sed cū ciues hierl'm agūt in medio babylonie organa ſua in ſalicibꝫ eius ſuſpendūt. habent enim ſancti organa ſua ipſis canora ſcꝫ ſcripturaꝫ dei ꝓmiſſa ⁊ precepta dñi meditationē quandā futuri ſeculi. Salices ligna ſunt infructuoſa rigantur de fluminibꝫ babylonis ⁊ nulluꝫ fructum ferunt. Hi ſunt homies cupidi ſteriles in bono opere qui ex iſtis voluptatibꝫ rerum tranſeuntiū nutriunt̄ tanquam rigati a fluminibus babylonie. Quando tales patimur cū eis qui in medio babylonie ſunt verſamur. q̄ enim multū mali ſunt in medio babylonis exiſtunt ſed in exterioribꝫ babylōis ſunt qui nō tantis concupiſcentiȷ̄s ſeculi: et delectationibꝫ obruuntur. Quando illos qui in medio eius ſunt videmus ⁊ tam ſteriles inuenimus vt difficile appareat in eis aliquid vnde poſſint duci ad fidem rectam vel ad bona opera vel ad ſpem futuri ſeculi auertimus ab eis faciem qꝛ quicquid illis dixerimus ſiniſtrum atqꝫ aduerſum habebunt. Ergo differendo circa eos ſcripturas ⁊ eis non enūciando ſuſpendimuſ organa nr̄a in ſalicibꝫ nec ea vt ſonēt ꝑcutimꝰ. iō aūt ſuſpendimꝰ qꝛ demōes q̄ deceperūt noſ captiuos nos duxerūt ⁊ a ſocietate angl'oꝝ abduxerūt interrogauerūt nos ī babylonia tentantes ꝟba cantionū ⁊ hymnū de ſyon. i. cauſas et ratōnes aggratulatōnis ⁊ ꝓfeſſionis noſtre. Cum iſtis hoſtibꝫ cōfligimus et ne iraſcamur hominibꝫ qui nobis ingerunt ꝑſecutiones tulit intentionē noſtrā apoſtolus ab odio hominū et direxit in luctamē ſpirituū dicens. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carneꝫ et ſanguinē id eſt aduerſus homines quos videtis a quibus videmini mala pati nam ⁊ ꝓ ipſis orare debetis ſed aduerſus pricipes ⁊ poteſtates ⁊ rectores mundi tenebrarū harum quos non videtis hi ſunt qui captiuos duxerūt nos nec ducerent nos niſi conſentientes. Et quando intrant in corde hominū interrogant deriſorie per linguas eoꝝ quos poſſident ⁊ in quibus ſeu ꝑ quos operant̄ ⁊ dicunt cantate nobis verba cantionū et hymnū de cāticis ſyon reddite nobis rationē aduentus chriſti et de fide veſtra ac de preceptis chriſti in quibꝫ eſt vobis delectatio ⁊ exultatio tanta ⁊ que eſt alia vita ita babyloniȷ̄ cantus exigebant ſed nos reſpondemus eis dicendo.

**Quomodo cantabimus canticum dñi in terra aliena.**

Quomodo cantabimus canticū dñi) id eſt q̄d debet̄ cantari ad laudē ⁊ honorē dñi (in terra aliena). q. d. nullo mō hoc facere poſſumuſ nec debemus. Deinde ſubiungit captiuoꝝ affectionem erga hierl'm et ex ꝑſona illoꝝ alloquitur eam.

**Si oblitus fuero tui hierl'm: obliuioni detur dextera mea.**

Si oblitus fuero tui) o (hierl'm) cantans canticum leticie quaſi oblitus deſtructionis tue (obliuioni det̄ dextra mea) que ad agendū multū eſt neceſſaria. q. d. tota fortitudo ⁊ virtuſ mea ſeu ꝓſperitas ⁊ leticia me deſerat ⁊ relinquat.

**Adhereat lingua mea faucibus meis: ſi non meminero tui.**

Adhereat lingua mea faucibꝫ meis) ita qꝫ loqui non poſſim et mutus fiam (ſi nō meminero tui) o hierl'm ſcꝫ cum amore ⁊ delectatōe qꝛ tui memoria eſt mihi fletus ⁊ miſeriarū cōſolatio non modica. Unde ſubdit.

**Si non ꝓpoſuero hierl'm: in principio leticie mee.**

Si non ꝓpoſuero) te o (hierl'm in principio

letitie mee) id eſt niſi tu fueris mihi principiuȝ letitie et ſi non eſt mihi precipua de te et in te o hierl'm leticia qꝛ accedente mihi cauſa alicuius leticie in principio recordabor de te. Uel myſtice qꝛ his qui ſunt malis pleni non debemus organa ꝑcutere vt ſonēt ſed ſuſpendere ꝛ nō facile debemus illis exigentibꝫ a nobis aliquid dicere non enim querent vt diſcant et ꝓficiant ſed vt irrideant et reprehendant. Unde reſpondendū eſt eis ſic. (Quomodo cantabimus canticū dñi ī terra aliena) id eſt inter eos qui doloſe exigunt quod nō capiunt ſed derident ꝛ mordaciter rephendūt. Sed vide quomodo ꝟſeris īter eos o pp'le dei: o corpus chriſti ne timens talibꝫ diſplicere affectes amicicias eorum et incipiat te delectari babylonia et obliuiſcaris hierl'm. hoc ergo timens dic cuȝ ꝓpheta q̇ paſſus interrogatores irriſores quaſi inter eos ꝑiclitans animum erexit ad recordationem ſyon dicens. (Si oblitus fuero tui hierl'ȝ) inter verba captiuantiūꝛ doloſoꝝ querentium ꝛ diſcere nolentiū vt illis placere velim (obliuiſcaꝉ me dextera mea). i. vita eterna que eſt dextera noſtra. in dextera enim ponendi ſunt iuſti ſicut ſiniſtra eſt vita tꝑalis. Quicquid facis ꝓpter vitam eternā dextera operaꝉ ſi charitati vite eterne in operibꝫ tuis miſcueris concupiſcentiā laudis humane aut alicuius cōmodi ſecularꝭ nouit ſiniſtra tua quid facit dextra tua ꝛ in ſiniſtra delectatus q̄ſi in dextera perdis eterna talibꝫ q̇ obliuiſcunꝉ hieruſalem hoc cōtingit qđ dixit obliuiſcaꝉ eos dextera eorū. Uita enim eterna manet in ſe illi remanēt in delectatione tꝑali ꝛ faciunt ſibi dexterum quod ſiniſtruȝ eſt. Et (adhereat lingua mea faucibꝫ meis) id eſt obmuteſcaȝ et mutus fiam a laude dei ſi nō iugiter memoria tua verſetur in corde meo. Sic cōtingit vt ꝓnunciat: mutus enim fit dñi qui memor nō eſt hierl'm vt quid eniȝ loquiꝉ qui canticū ſyon nō ſonat: canticū hierl'm lingua noſtra eſt ſcȝ fideliū cāticū delectatiōis ſeculi huiꝰ. lingua aliena lingua barbara eſt quā in captiuitate didicimꝰ. Et (ſi non ꝓpoſuero) ꝛc̄. Ibi eſt enim ſumma leticia vbi deo fruemur. vbi nihil delectabit niſi bonum: vbi morietur omnis neceſſitas et orietur ſumma felicitas. Illa ergo in omni actione ꝛ in principio ꝛ in medio ꝛ in fine ꝓponenda eſt ad ipam ſunt omnia referenda. Deinde conuertit ſe ad dñm contra hoſtes ipius ciuitatis ꝛ mala futura predicit eis in primo ydumeis dicens.

**Memor eſto domine filioꝝ edom in die hieruſalem.**

Memor) autem (eſto) o (dñe filioꝝ edom) id eſt idumeoꝝ vt eos punias id eſt memor eris ad puniendū idumeoꝝ nequitiā quam fecerunt (in die hierl'm) ſcȝ in die reſtitutōis hieruſalem quam impedierunt quando impedimento fuerunt iudeis reedificantibꝫ hieruſalē poſt reditū de babylonia vel in die deſtructionis quādo ꝯiuncti fuerunt babyloniīs. Ideo ſubditur.

**Qui dicunt exinnanite exinanite: vſq; ad fundamentū in ea.**

Qui dicunt) id eſt dixerunt exhortando ſe mutuo vel babylonios ad deſtruendū muros hierl'm (exinanite exinanite) id eſt effodite ꝛ deſtruite quicquid eſt in hierl'm (vſq; ad fundamentum in ea) id eſt totaliter et penitus euertite et exterminate hieruſalem vſq; ad fundamenta vt nihil de ea remaneat. Deinde ꝓnunciat penam babyloniorum dicens. Et tu etiam D.

**Filia babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributionē tuam quam retribuiſti nobis.**

Filia babylonis) id eſt gens babylonica (miſera) es in tua exultatione ꝛ preſumptione ſed (beatus qui retribuet tibi retributōnē tuā) id eſt penam tibi debitā deſtruendo te ꝛ captiuando tuos (quā retribuiſti nobis) id eſt ꝓpter mala que feciſti nobis deſtruendo hieruſalē ꝛ nos captiuando quod deus ſūme beatus faciet. vl' ſcđm reputationē captiuoꝝ loquiꝉ qui beatuȝ eum reputabant qui eos liberaret ꝛ de hoſtibꝫ vindicaret.

**Beatus qui tenebit et allidet paruulos ſuos ad petram:**

Beatus) ſcȝ deus vel in reputatōne captiuorum alius qui in deſtruendo te (tenebit et allidet) id eſt concutiet (paruulos ſuos ad petrā) vt occidat quod fecit deus ſuꝑ eoſdem qui iudeos ꝑcuſſerūt. ꝑmiſſione enim diuina perſe et medi recipiebant paruulos babylonioꝝ ꝑ pedes ꝛ ex crudelitate allidebant capita eoruȝ contra parietes. Uel myſtice edom qui ꝛ eſau dictus eſt interꝑtaꝉ ſanguis ſiue terrena ꝛ ſanguinea ꝛ ſignificat carnales ſicut ſcriptum eſt caro ꝛ ſanguis regnū dei non poſſidebunt. Et ſicut eſau inimicus fuit iacob ita carnales inimici ſunt ſpiritualibꝫ ꝛ cōcupiſcentes preſentia inſequunꝉ eos quos vident meditari eterna. Contra hos iſte reſpiciēs in hierl'm rogat dominum vt memorando eorum eruatur de captiuitate ꝛ liberetur a carnalibus in die quando euertere volunt hieruſalem ſcilicet eccl'iam

vel in die ſequeſtratõnis hierl'm quãdo ſeque-
ſtrabũtur a hierl'm vt ipſi puniant̄ ⁊ boni coro
nentur qui carnales ſubditi diabolo ⁊ angelis
eius dicunt ꝑſequendo eccl'iam (exinanite ex-
inanite vſqꝫ ad fundamentũ in ea) hieruſalem
ſcꝫ eccleſia hoc eſt tollite chriſtianos extingui-
te nec vllus remaneat euertite q̄cquid eſt in ea
vſqꝫ ad fundamentũ. Et conuertit ſe ad ipſam
ciuitatẽ maloꝝ dicens O (filia babilonis mi-
ſera es) ipſa tua exultatione de rebus munda-
nis de gaudio maloꝝ nõ es poſita ĩ firmo fun
damento trãſitoria ſunt que diligis ideo ad cõ
fuſionẽ ⁊ ruinã ꝑuenies. ciuitas maloꝝ baby-
lon dicit̄ et filia babylonis quomodo eccleſia
dicitur ſyon et filia ſyon. nam ꝓpter prelationẽ
dicitur mater ſed ꝓpter ſucceſſionẽ ⁊ imitationẽ
dicitur filia Sed (beatus) eſt (qui retribuet tibi
retributionẽ tuam) id eſt viciſſitudinẽ ſcꝫ alli-
ſionem ſpiritualẽ ꝑ alliſione carnali (quam re-
tribuiſti nobis). Et ſubiũgit quam retributio
nem dicens (beatus q̄ tenebit ⁊ allidet) ⁊c̃. Ipſa
eſt retributõ. paruos nos inuenit babylonia ⁊
iſta cõfuſio ſeculi et ſuffocauit nos in errore ad
huc infantes. Sed deus dedit nobis agnitio-
nem ſui iam grandib9 vt nõ ſequamur errores
reuiuiſcendo ergo in deum et ꝓficiendo retri-
buimus babylonie qualem retributionẽ no-
bis retribuit. Occidit enim nos paruulos ba-
bylonia ⁊ ipſi iam reuiuiſcentes occidimus fi-
lios babylonie id eſt naſcentes malas cupidi-
tates quas iam genueramus ex babylonia.
Ergo quando naſcitur mala cupiditas ante-
quam robur habeat mala ꝯſuetudo dum par-
uula eſt abſcide et allide ad petram chriſtũ ad
illam petram omnia vicia et peccata tua elide
vt merearis eſſe beatus ⁊ ad illos pertinere de
quibus dicit̄. Qui autem ſunt chriſti carnem
ſuam crucifixerũt cum vicijs ⁊ ꝯcupiſcentijs.

Oratio.

Captiuitatũ noſtrarũ potentiſſime abſolu-
tor cõcede nobis laudes tuas ſpirituali carne
cõtentu vt quos ſonus noxietatis a te facit exu
les alleuatio potentis dextre tue celi reſtituat ci
ues. Per dñm.

Pſalmus de laude dei deuota ꝓpter
diuerſa beneficia humano generi preſti-
ta et de magno deſiderio ꝓ hac laude di
latanda. Ps. cxxxvij.

CONfitebor tibi do
mine in toto corde meo: quoniã au-
diſti verba oris mei.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus pſal-
mus ipſi dauid captiuus qui ſupra fleuerat ſe-
dens ſuper flumina babylonis quaſi reedifica
ta hierl'm ⁊ eius factus ciuis exultat ⁊ chriſtuꝫ
laudat cui fit hic pſalmus. Et eſt ſenſus pſal-
mus iſte fit ipſi dauid id eſt chriſto cui fit hu-
ius pſalmi tota cõfeſſio. Materia: deuota lau-
dis et gratiarũ actionis exhibitio tum ꝓ priua
tis tum ꝓ cõmuniter humano generi collatis
beneficijs. Intentio: ad laudeꝫ ⁊ gratiaꝝ actio
nem monere verbo et exemplo. Sententia in
generali ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona eccleſie
vel fidelis anime primo propter beneficia ſibi
a deo preſtita ponit ſe in laudis formam et ex-
emplum cõſequenter exprimit ſuum de laude
dilatanda deſideriuꝫ. Sententia in ſpeciali ex
voce igitur eccleſie que in ſuperiorib9 eſt ſpe: ex
pectans ibi eſſe in re ait. (Cõfitebor tibi) o (do
mine) confeſſione laudis ⁊ gratiarũ actõnis ꝓ
collatis beneficijs (in toto corde meo) ſcꝫ inte-
gro non diuiſo id eſt ex toto affectu cordis mei
totum cor impono in aram tue confeſſionis to
tum accende flamma tui amoris (quoniam au
diſti verba oris mei) interioris ſcꝫ cordis id eſt
orationẽ interioris hominis cui prope eſt deus
In corde enim habemus vocem quam audit
deus quia non eſt longe a nobis ille in quo vi-
uimus mouemur ⁊ ſumus. longe te a deo nõ fa
cit niſi ſola iniquitas deijce mediũ parietẽ pec-
cati ⁊ cum illo es quem rogas.

In conſpectu angeloꝝ pſallã tibi: ado-
rabo ad templũ ſanctũ tuũ: et cõfitebor
nomini tuo.

In conſpectu angeloꝝ pſallam tibi) conſi-
derando tuam et coꝝ preſentiã et qualiter opor
tet in cõſpectu diuinitatis ⁊ angelorũ eſſe ⁊ ora
re vnde ſollerter ſtudendũ eſt vt cuꝫ pſallimus
ſemper diuine et angelice preſentie memores
cum timore ac veneratione et attentione celeſte
officiũ compleamus (adorabo ad templũ ſan
ctum tuuꝫ) ſcꝫ ad illud templũ angelicũ vbi an
geli ſunt in quibus deus tanquã in templo ha
bitat mente et deſiderio in celeſtib9 habitando
et ad ſocietatẽ angeloruꝫ adoratione tendendo
id eſt adorabo ꝑ eternis vt ſim angeloꝝ ſocius
(et cõfitebor nomini tuo) id eſt laudabo te pro
tuis beneficijs ⁊ ſubdit̄ cauſa.

Super miſericordia tua et veritate tua
quoniã magnificaſti ſuper om̄e nomen
ſanctum tuum.

Super) id eſt de (miſericordia tua) qua pec
catorem reſpicis ⁊ vocas ac peccata donas (et
veritate tua) qua ꝓmiſſionẽ reddis ⁊ remune-
ras. De ſunt vniuerſe vie dñi quib9 ad nos ve

nitꝛ quibus ad eum veniamus. Has ergo deo
reddamus miam in ſubueniendo ⁊ veritatē in
iudicādo. His enim duobꝫ adiuuamur et deū
ꝓmeremur(quomodo magnificaſti)ꝑ hec vtra
q̄ʒ(ſuꝑ omne).i. vbiq̄ʒ ⁊ in omnibꝫ gentibꝫ(no
men ſanctū tuum)omnes enim hec audientes
de te magnificant te nomen tuum laudibꝫ ex=
tollendo. Vel(quoniā magnificaſti ſctm̄ tuū)
ſcʒ chriſtū ſuꝑ omne nomen celeſtiū terreſtriuʒ
et infernoꝝ. Et qꝛ ſic feciſti ergo.

**In quacunq̄ʒ die inuocauero te exaudi
me multiplicabis in aīa mea virtutē.**

In quacunq̄ʒ die).i. in quocunq̄ʒ tp̄e(inuo=
cauero te)ꝑ mea neceſſitate(exaudi me)qꝛ iam
nō terrena peto ſed eterna et beneficiū iam pre
ſtitum prebet mihi cōfidentiā obtinendi futu=
rum ideo ſubdit(mltiplicabis).i. multiplica et
amplia(in anima mea)nō peto in carne(virtu
tem)vt vicia declinem. nō peto mltiplicationē
corporalē ſed ſpiritualē: nō quero ſalutē tp̄alē
et felicitatē terrenā: ſed tm̄ in anima virtutē. In
hoc exprimit ſanctū deſideriū nō eni petit ter=
rena quibus viuit corpus ſed virtutē qua viuit
anima. Et qꝛ tu exaudis ⁊ multiplicas ḡ meo
exemplo ꝓuocati.

**Confiteantur tibi dn̄e omnes reges ter
re: qꝛ audierunt omnia verba oris tui.**

Confiteant̄ tibi)o(dn̄e).i. laudent te (om̄es
reges terre) recognoſcētes tuuʒ dn̄ium genera
le. Ita fit quotidie qꝛ laudant te nō ſolū iunio=
res ſed et maiores non ſolū plebes ſed poteſta
tes ⁊ reges. Reges etiam terre ſunt moderati vi
ri qui carnem regunt ⁊ ſubdunt ſpiritū ⁊ debēt
confiteri cum nō habeant locū excuſandi (qꝛ
audierūt omnia verba oris tui)ꝑ predicationē
diſcipuloꝝ ⁊ alioꝝ ꝑ quos eloq̄a dei que prius
in vna gente iudeoꝝ abſcondita erant iam in
omni terra et vbiq̄ʒ delata et manifeſtata ſunt
et ad omnes gentes ac reges ꝑuenerūt. Confi=
teantur inq̄ʒ reges.

**Et cantent in vijs dn̄i: quoniā magna
eſt gloria dn̄i.**

Et cantent)exultando ip̄i reges(in vijs dn̄i)
ambulātes que ſunt miſericordia ⁊ veritas am
bulent inquam in vijs dn̄i ⁊ cantent hoc (quo
niam magna eſt gloria dn̄i) ſolius nō regum.
Gloria enim regū tranſitoria eſt ſed gloria dn̄i
eterna. Deſpiciat̄ illa que breuis eſt laudetur et
ametur ea que ꝑmanēs eſt. Ambulent itaq̄ʒ ꝓ
ficiendo cantent gaudendo nō de ſua gloria ꝑ
ua ſʒ de gloria dn̄i magna Sic current tp̄alia
vt nō obliuiſcant̄ eterna hec eis i vſu ſint illa in
deſiderio. Attendāt dn̄i excellentiā nō ſuā ſint
hūiles nō ſuꝑbi timētes ⁊ cantātes qd̄ ſequit̄.

**Quoniā excelſus dn̄s et humilia reſpi=
cit: et alta a longe cognoſcit.**

Quoniā excelſus dn̄s)ſcdm̄ ſe(et)tamē(hu
milia).i. hūiles(reſpicit)oculo miſericordie ſcʒ
eos acceptādo ⁊ approbādo(et alta).i. ſuꝑbos
(a longe cognoſcit) quaſi eos contemnendo et
abominādo. qꝛ ꝑ grām nō eſt eis quos tamen
perfecte videt qui omnia videt. Si ergo vis vt
deus te reſpiciat ⁊ tibi ꝓpinquet hūilia te. Naʒ
tanto a te erit altior quanto tu elatior. Tanto
erit tibi ꝓpinquior quanto tu humilior. Sed
forte ſi humiliaris tribularis per ſuperbos.
Noli timere ſed conuerſus ad deum dic quod
ſequitur.

**Si ambulauero in medio tribulatōnis
viuificabis me: et ſuꝑ irā inimicoꝝ meo
ram extendiſti manū tuā: et ſaluū me fe=
cit dextera tua.**

Si ambulauero in medio tribulatōis)que
ſemꝑ inſtat ſaltē a diabolo.i. cū ꝯtigerit me in
tribulatōes et anguſtias incidere (viuificabis
me)humilē cōfortando me ⁊ dando mihi vir=
tutem patientie ⁊ ꝑſeuerantie(et ſuꝑ iram ini=
micoꝝ meoꝝ extendiſti).i. extēdes (manū tuā)
furorē eoꝝ ꝑ ꝓtātem tuā compeſcendo(⁊ ſaluū
me fecit).i. faciet(dextera tua).i. fauor tue ꝓte=
ctionis ⁊ gratie vt nō ſuper in tribulatiōe. Vel
(dextera tua) in eterna felicitate que ſaluat eter
naliter nō ſiniſtra que tp̄aliter. Dextera eni dei
dicit̄ felicitas eterna ſed ſiniſtra felicitas tp̄alis
Et quaſi quis diceret quare tu nō vindicas re
ſpondet ego nō retribuo ſed.

**Dn̄s retribuet ꝓ me dn̄e miſcd̄ia tua in
ſeculū: opa manuū tuarū ne deſpicias.**

Dn̄s retribuet ꝓ me ſcʒ penam ⁊ vindictam
meis ꝑſecutoribꝫ ⁊ aduerſarijs ſcdm̄ meritū eo
rum qꝛ hec ſibi eſt reſeruanda ſcdm̄ illud mi=
hi vindictaʒ ⁊ ego retribuaʒ. Seuiant inimici
quantū libet dn̄s retribuet quod ego nō valeo
nec debeo. Et iterū ad dn̄m ꝯuertens ſermonē
dicit o(dn̄e miſericordia tua)eſt(in ſeculū).i. in
eternū nō ad tempus ⁊ ideo nolo diem homi=
nis qui eſt tp̄alis ſed eternū ⁊ ergo o dn̄e(opera
manuū tuarū) que nos ſumus ſiue in eo q̄ ho
mines a te i natura creati ſiue in eo q̄ iuſtifica=
ti ⁊ a te in bonis opibꝫ recreati(ne deſpicias)ſʒ
charitate paterna cuſtodias ⁊ ad gloriaʒ ꝑdu=
cas.

Oratio.

Multiplica dn̄e virtutem tuam in animabꝫ
ſupplicuʒ vt dum te in templo ſancto tuo iugi=
ter adoramus in cōſpectu tuo cum ſanctis an=
gelis gloriemur. Per do.

¶ Pſalmus de exhibitõe diuine laudis
ex cõſideratõe eminentie diuine vbiqꝫ p̄
ſentis et omnia cognoſcentis.

ps. cxxxviij.

Domine probaſti
me et cognouiſti me: tu cognouiſti
ſeſſionē meā: et reſurrectionē meā.

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulus in finē
pſalmus dauid .i. pſalmus iſte dirigēs nos in
finem .i. in chriſtū qui eſt finis noſtri operis et
fructꝰ laboris attribuiꝰ dauid .i. toti chriſto in
cuius ꝑſona loquiꝰ hic ꝓpheta nunc de capite
nunc de membris ꝓpter nimiā vnionē capitis
et corꝑis quantū ad membra loquiꝰ in ꝑſona
ſuꝑioris captiui q̄ iam ſpe in hierl'm reſtitutus
et poſitus memor diſceſſionis ſue in qua deum
latere nō potuit in quā eum ſecuta eſt manus
dn̄i deliberat ab eo vlterius non eſſe fugiendū
ſed ad eum ꝑ eum ab irato ad placatū vnde ſi-
bi magna bona dicit eſſe ⁊ loquiꝰ quaſi voce fi
lij ꝓdigi redeūtis ad patrem. Materia: aſſur-
rectio ad confeſſionē diuine laudis ex conſide
ratione eminentie diuine vbiqꝫ p̄ñtis ⁊ omnia
cognoſcentis. Intentio: monere huiuſmōi emi
nentiam diuinā ſemꝑ cognoſcere ⁊ ad eius lau
dem debitā cõſurgere atqꝫ nō a deo ſed ad deū
ꝑ eum fugere. Sententia in generali ꝓpheta in
iſto pſalmo aſſurgit ad confeſſionē diuine lau-
dis ex conſideratõe diuine eminentie conſide-
rando ſcʒ quod diuina noticia omnia intime ⁊
clariſſime cog̃ſcit ⁊ ſua diuina natura vbiqꝫ p̄-
ſens exiſtit. ꝯſequenter etiam aſſurgit ad dei re-
uerentiā eiuſqꝫ ſctõꝝ ⁊ ad deteſtationē omniū
iniquoꝝ. Sententia in ſpeciali: ait ergo ꝓpha
prius in ꝑſona capitis ad p̄rem ſcd̄m qđ ho-
mo loquentis o (Dn̄e) pater nō eſt dn̄s eius ni
ſi qꝛ dignatus eſt naſci ſcd̄m carnē pater eſt for
me dei dn̄s eſt forme hominis (ꝓbaſti me) ex-
ꝑimentis mł'tis ⁊ ſic (cognouiſti me) .i. ab alijs
cognoſci me feciſti. ꝓbatus eſt in operibus no-
tus in miraculis. ꝓbatus eſt in paſſione notus
in reſurrectõe prius eum pater nouerat ſed tūc
eum notum alijs fecit ⁊ ꝓbatū oſtendit (tu co
gnouiſti) ꝑ approbationē id eſt voluiſti (ſeſſio-
nem meam) in ſepulchro id eſt humilitatē me-
am in paſſione (et reſurrectionē meā) de tumu-
lo id eſt glorificationē in reſurrectõne qꝛ ſcd̄m
voluntatē tuam factū eſt. Vel in ꝑſona corꝑis
D (dn̄e ꝓbaſti me ⁊ cognouiſti me) qđ poſtea
exponit dicens (tu cognouiſti ſeſſionē meā) ſcʒ
q̄ in tribulatõne mea patientiā habeo ⁊ pecca
ta recognoſco ac confiteor (et reſurrectionē me
am) ſcʒ quod ꝑ grām iuſtificatus ſurgo a mor-
te ⁊ erigor in ſpem eterne vite. Sedet homo qñ
penitētia ſe humiliat ſurgit aūt in remiſſis pec
catis quando in ſpem vite eterne erigiꝰ. deinde
conſequenter ſimiliter loquiꝰ in ꝑſona corꝑis
ſeu membroꝝ dicēs. Et nō ſolū exteriora oꝑa
mea noſti ſed etiam.

Intellexiſti cogitatõēs meas de longe:
ſemitam meam et funiculū meum inue
ſtigaſti.

Intellexiſti cogitatõēs meas) interiores (de
longe) .i. diu antequā cogitarē (ſemitam meā)
id eſt actionē (et funiculū meum) id eſt limitē et
actionis terminū (inueſtigaſti) id eſt diſcuſſiſti
et tanquā coram te ꝑfecte cognouiſti qꝛ et quo
gradimur et quouſqꝫ ꝑuenimus ſubtiliter pen
ſaſti vt deprehenſus fugiens loquiꝰ ſequente ſe
legittima vindicta dei vindicantis. q. d. Intel-
lexiſti meum deſideriū ad te redeundi quo dixi
ſurgam ⁊ ibo ad p̄rem meum ⁊ hanc cogitatio
nem p̄cognoſcēs occurriſti mihi (ſemitā meā)
qua a te receſſi (et funiculū meū) quouſqꝫ ꝑue-
ni (inueſtigaſti) et ſciſti.

Et omnes vias meas preuidiſti: qꝛ non
eſt ſermo in lingua mea.

Et omnes vias meas) .i. operatõēs ⁊ actus
(preuidiſti) priuſqꝫ fierent ⁊ antequam eas am
bularē ⁊ ꝑmiſiſti me in labore ire vias meas
vt ſi nollē laborare redirē in vias tuas. Et qꝛ p̄
uiſus ſiue agnitus ſum deprehenſus ſum iam
quid dicā nō habeo ego ipſe me inculpo et fa-
teor (quia nō eſt ſermo) excuſationis (in lingua
mea) ſed potius accuſatõnis vt dicā pater pec-
caui in celū ⁊ corā te culpā meā agnoſco ſed ex
cuſationē non inuenio. Et nimirū qꝛ.

Ecce tu dn̄e cognouiſti omnia nouiſſi-
ma ⁊ antiqua: tu formaſti me et poſuiſti
ſuper me manum tuam.

Ecce dn̄e tu cognouiſti omnia) ſcʒ (nouiſſi-
ma) ⁊ vltima mea quo ꝑueni (et antiqua) ac pri
ma vbi te offendi. Antiqua ⁊ prima nr̄a fuerūt
peccati origo qñ per antiquū peccm̄ lapſi ſumꝰ
nouiſſima ⁊ vltima ſunt pena peccati ⁊ miſeria
in qua viuimꝰ que eſt vltima ſi redire velimus
alioquin reſtat eterna (tu formaſti me) ⁊ finxiſti
in iſta mortalitate et in iſto labore ad quem o-
mnes nati ſumus ac pene peccati me ſubieciſti
(et poſuiſti ſuꝑ me manum tuā) vindicte ⁊ vl-
tricem me ſuperbū grauantē. Et miro modo
ſalubriter deiecit elatū vt erigeret humilē vnde
recte ſubiungiꝰ.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: cõ
fortata eſt et nō potero ad eam.

Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me).i. ex petō meo mira et incomprehenſibilis facta eſt mihi ſcientia tua. nō eſt facile mihi te ꝯtemplari quem ſupbus reliqui vt prius erat cuꝫ apud te eſſem (confortata eſt) et inualuit tranſcendendo cum ipſam inueſtigo (et nō potero ad eam) attingere ex me et ꝑ meam inueſtigatōnē et cuꝫ fugitiuus ita mulctatus et punitus ſim teqꝫ nō lateā q̄ꝛ nihil eſt quod te fugiat ⁊ vbiqꝫ eſt ſpiritus tuus.

**Quo ibo a ſpiritu tuo et quo a facie tua fugiam.**

Quo) ergo (ibo a ſpiritu tuo) q̄ omnia ſcrutatur et quo plenus eſt orbis terrarū vt me non inuenias cuius ſemitā ⁊ funiculū ſubtiliter inueſtigas (⁊ quo a facie tua).i. a preſentia et a ſpiritu tuo qui vbiqꝫ es totus et preſens (fugiam) te iratū vt latere queaꝫ. q. d. nuſquā ſeuerit hac et illac quaſi querens locum fuge. et nequit inuenire quod cōſequenter declarat in multis inductiue dicens q̄ꝛ.

**Si deſcendero in celum tu illic es: ſi deſcendero in infernū ades.**

Si aſcendero in celū).i. ſi de iuſticia mea cōfidens pſumpſero de me tāqꝫ ſim in celo (tu illic es) vltor ſupbie ad ꝑcutienduꝫ. Item (ſi deſcendero in infernū).i. ſi peccando venero in pfundū maloꝝ ⁊ deſperando nolens cōfiteri dicam quis me videt etiam illic (ades) vt vindices. q. d. Si me ſupbiendo extulero te inuenio repreſſorē. ſi timendo me abſcōdero te inuenio inueſtigatorē. Quo ergo fugiā vt te iratum nō ſentiā. Sed inuenit iſte conſiliū. q. d. ſic potero fugere iratum ſcꝫ.

**Si ſumpſero pennas meas diluculo: et habitauero in extremis maris.**

Si ſumpſero) et accepero (pēnas meas).i. duas alas quas ꝑdiderā ſcꝫ duo precepta charitatis in quibꝫ tota lex pendet et ꝓphe ⁊ hoc (diluculo) virtutū.i. poſtpoſitis tenebris petōꝝ. et in exortu gratie (et habitauero) mente (in extremis maris).i. in fine ſeculi vt ſeculū nō amem ſed eius finem in quo ſit mihi requies. tunc ſcꝫ poſſum fugere a facie irati ad faciem placati. Extremū maris eſt finis noſter in deo tranſuolare ergo piculoſos huius mundi fluctus debemus vt ad illū beatū finem ad illū felicē portum ꝑueniamꝰ. Illuc volemus ſpe et deſiderio habentes alas gemine charitatis. Non ſit nobis requies niſi in extremis maris nam ſi alibi requiē queſierimꝰ in mari pcipitabimur. volemus vſqꝫ quo mare finiat̄ ⁊ illū finem maris ſpe fideli pmeditemur. Ipſe aūt illuc nos ꝑducet cuius faciem irati fugere volumus nam ſequitur.

**Eteni illic manus tua deducet me: et tenebit me dextera tua.**

Eteni illic manus).i. potentia (tua deducet me) ne aberrem vt erigar quaſi in aere nō tangens celū ꝑ elationē nec terraꝫ ꝑ deſperationē ſed q̄ꝛ eſt ſiniſtra que eſt in collatōe tpaliū. ideo ſubdit (et tenebit me) ne recidam ſed pſeuerem (dextera tua) que ducit ad eterna ſcꝫ gr̄a tua et amor eternitatꝭ. hec meditemur. hec ſit ſpes noſtra. hec ſit cōſolatio nr̄a. Manus tua deducꝫ me ad pfectuꝫ virtutis. dextera tua tenebit me in ſtatu beatitudinis. Tue eni ptātis manu humana creatura deducit̄ et tui reſpectꝰ gratia vt pſiſtat tenetur. Sed adhuc cōſiderans longinquitatem vie ⁊ picula ſubdit.

**Et dixi forſitan tenebre ꝯculcabūt me: et nox illuminatio mea in delitijs meis:**

Et) ita deliberans et volare cogitans (dixi) in corde meo (forſitan tenebre) ſcꝫ tot mala ſeculi tot ſcandala tot turbe tentationū (cōculcabunt me).i. impedient volatū meū. abūdat eni iniqtas ſeculi qua refrigeſcere pōt pene charitatis. ⁊ q̄ꝛ in nocte deſpaui tranſire mare ſcꝫ ꝑ me ideo ad diuinā gratiam reſpiraui (⁊ nox).i. hec tota miſa vita fctā eſt mihi (illūiatio mea) et hoc (in delitijs meis).i. ꝑ delitias meas. Noſtre delitie chriſtus eſt de quo exultamus ⁊ gaudemus q̄ deſcendit in noctē q̄ꝛ carnē de iſto ſeculo accepit et noctē illuminauit ⁊ me ab interitu reuocans fecit mihi noctē illūinatā. Vn̄ recte ſubiungit̄.

**Quia tenebre nō obſcurabuntur a te: et nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebre eius ita et lumen eius.**

Quia tenebre).i. pctā ⁊ hoīes mali (nō obſcurabunt̄ a te) ⁊ ꝑ te nō obſcuras tenebras q̄ꝛ nō ſinis impunite abire pctā nr̄a ſed flagellando erudis hoīes vt confiteant̄ pctā ⁊ ꝯfitentes vera luce illuminas qui enim nō confitet̄ pctā ſuas tenebras obſcurat ſed ſi cōfitet̄ deus illuminat. Tota iſta miſeria in qua gemimus doloꝛ medicinalis eſt nō ſententia penalis. vnde bn̄dicamus deū miſcentē amaritudines dulcedini vite tpalis ne tpaliū delectatōe cecati nō deſideremus delicias eternas ſic fiet in nobis quod dicit̄ (et nox) huius noctis ſcꝫ aduerſitas (ſicut) et (dies) huius noctis ſcꝫ pſperitas (illuminabit̄) a te ⁊ in ſerenū mihi vertet̄ q̄d fit ſi cognoſcamus merito petōꝝ noſtroꝝ nos aduerſitates pati et dulcia ſint nobis flagella patris ne ſit amara ſententia iudicis. Implebit̄ etiam

in nobis qđ ſubiungit (ſicut tenebre eius) no
ctis ſunt mihi.i.aduerſa (ita) indifferēter (et lu
men eius).i.ꝓſpera vt vtraqꝫ equaliter accipia
mus et ſi hec eſt tenebre nō ꝯculcabūt et pre=
ment quem lumen nō extollit ⁊ corrumpit.hec
nox.i.hec miſera vita habet noctem ſiue tene=
bras ſcꝫ aduerſitatē ⁊ diem ſiue lucē ſcꝫ ꝓſperi
tatem ſed deus illuminat hanc noctē ſicut diē
ꝑmittens aliā lucē ⁊ docens nō letari ꝓſperis
nec frangi aduerſis ⁊ tūc incipit homo his in
differenter vti ⁊ in omni tpe ⁊ fortuna deum ſi
cut iob benedicit. Et hec indifferentia ⁊ firma
ꝯſtantia in vtraqꝫ fortuna eſt mihi.

**Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepi
ſti me de vtero matris mee.**

Quia tu) o dn̄e (poſſediſti renes meos).i.re
nes nō ſolū cor.i. cogitatōnes quarū ſedes eſt
in corde ſed etiam renes.i.delectatōnes quarū
ſedes eſt in renibꝫ vt nō delectet me lux noctis
ſcꝫ ꝓſperitas rerū et felicitas tpm ſed interior
lux ſcꝫ ſapiētie tue (et ſuſcepiſti me de vtero ma
tris mee).i.de ꝯſuetudine ciuitatis mee baby=
lonie in qua prius natus ſū ⁊ captiuus vbi nō
indifferenter habebā lucem ⁊ tenebras noctis
huius ꝑpoſtere hoc dicit qꝛ ꝑus eſt ſuſcipe qꝫ
poſſidere. Et qꝛ hoc feciſti mihi ideo.

**Confitebor tibi qꝛ terribiliter magnifi
catus es: mirabilia opa tua: et aīa mea
cognoſcet nimis.**

Confitebor tibi).i.laudabo te ⁊ merito (qꝛ
terribiliter magnificatꝰ es) puta qꝛ infinitꝰ es
in potentia ⁊ virtute ⁊ eo ipo terribilis. Quia
terribilis es timēdus es: qꝛ placabilis es amā
dus es: qꝛ magnificatꝰ es admirādus es: ⁊ in
his omnibꝫ laudandꝰ ⁊ querendus. ⁊ ita cum
tremore gaudemus ne ſupbi ꝑdamus qđ hu=
miles ꝑcipimꝰ. nec ſolū tu mirabiliter magni
ficatus es ſed etiā (mirabilia) ſunt (opa tua) in
creatōe ⁊ recreatōe in quibꝫ etiam ꝯfitendū eſt
tibi (et anima mea) iam (cognoſcet nimis) id ē
valde. Ante erat mira ſciētia tua ex me nec po
teram ad eam ſed modo poſſum qꝛ venit mihi
gratia tua ⁊ illūinauit tenebras meas. Et me=
rito cognoſcit qꝛ.

**Non eſt occultatū os meū a te qđ feci=
ſti in occulto: et ſubſtantia mea in inferi
oribꝫ terre.**

Non eſt occultatū) et abſconditū (os meū)
dictū ab oſſe nō ab ore.i. firmitas anime inte=
rior ⁊ ꝯſtantia virtutū que frangi nō pōt que=
libet tribulatio ſeu aduerſitas huius ſeculi ſe=
uiat (a te) ſic vt cognitionē tuā lateat (qđ feciſti
in occulto) et abſcondito qꝛ illud hoīes nō vi=
dent tu autē vides qui feciſti. vides bona que
feciſti in me vt nō appareant mala que ego fe=
ci in me. Operuit tua gr̄a pctā mea (et) tn̄ (ſub
ſtantia mea) ſcꝫ corꝑis (in inferioribꝫ terre).i.
in hac ꝑegrinatōe afflicta gemit tribulatōnibꝫ
et tentationibꝫ fatigat. Ego ſubſiſto in carne
corruptibili tn̄ os nō cedit huius ſeculi malis
Ex quibꝫ ꝟbis penſanda eſt dei miſcđia atqꝫ
iuſticia qꝛ intus diuina virtus ſpiritualibꝫ do
nis ⁊ virtutibꝫ nos roborat: ſpe ad celeſtia ſub
leuat. et ſue virtutis tegmine culpas nr̄as mi=
ſericorditer occultat ſed ꝓpter culpas nr̄as ad=
huc nos punit et natura noſtra adhuc in hac
mortalitate gemit tentatōnibꝫ ⁊ anxietatibꝫ vr
getur et innumeris tribulationibꝫ fatigat. Et
qꝛ nō noſtris meritis ſed diuine miſcđie reſpe
ctu agit vt corruptio ad incorruptionē ſuble=
uetur bene ſubiungit loquens nunc in ꝑſona
capitis.d.

**Imperfectū meū viderūt oculi tui: et
in libro tuo oēs ſcribent: dies forma
buntur et nemo in eis.**

Impfectū meū) ſcꝫ titubantes (viderūt ocu
li tui) miſcđiter ne perirent dum adhuc nō ha
berent os ⁊ anime firmitatē interiorē (et in li=
bro tuo).i. in diuina memoria (oēs ſcriben=
tur) oēs ſcꝫ illi quos oculi tui viderūt: ac ſi di=
ceret in memoria tua eterna ſemp erūt. vn̄ ad=
huc de impfectōne ſubiūgit. (dies formabun
tur) et de filijs noctis filij lucis fient qui alios
illuminabunt nam qſi dies formauit dn̄s qn̄
ſanctos apl'os elegit qn̄ eos luce fidei illumi=
nauit ſꝫ iſti in tenebras cōuerſi ſunt cū in chri
ſti paſſione lucem fidei ꝑdiderunt (et nemo in
eis) remanſit qui nō erraret ſed tn̄ nō ꝑierunt:
qꝛ impfectū eoꝝ oculi tui viderunt. qđ preui=
dens ꝓpheta ſubiūgit. Et ſi orabūt tn̄.

**Mihi aūt nimis honorificati ſunt ami
ci tui deus: nimis cōfortatus eſt princi=
patus eorum.**

Mihi aūt).i.a me (nimis).i. valde et excel=
lenter. excellit eni honor celeſtis honorē terre=
ſtrem. vel vltra qꝫ dici poſſit (honorificati) et
honorabiles facti ſunt licet alijs deſpicabiles
videant (amici tui) o (deus) ſcꝫ apl'i et ſancti
qui errabūt. vere nimis ſunt honorificati illi
quibꝫ auctor celi et terre dignatus eſt dicere iā
nō dicam vos ſeruos ſed amicos meos. Ma=
gnus honor: magna gloria: magna dignitas.
e ſſe amicos dei. Tali honore digni ſunt q
ꝓ amore dei cuncta que mundi ſunt deſerunt
qui ꝓpter chriſtum viles ⁊ abiecti eſſe appetunt
quos mundi ꝓſperitas nō eleuat: quos aduer

L

ſitas ab amore chriſti nō ſeparat. et (nimis) ſu
per oēm principatū (cōfortatus eſt principa=
tus eoꝝ). i. firmiter ſtabilitus qꝛ primo duces
et paſtores eccleſie facti ſunt et ex iſto principa
tu ad honorē eternū tranſierūt. Nimis etiā cō
fortati ſunt apl'i ⁊ ceteri ſancti quos nihil poterat
a charitate chriſti ſeparē qui terrena deſpicie=
bant mūdi gloriā calcabant ad celeſtē patriaʒ
totis virib⁹ anhelabāt. ſʒ hi tales licet ſunt ma=
gni nō ſunt tñ pauci. vnde ſequit̃.

**Dinumerabo eos et ſup arenaʒ multi=
plicabunt̃: exurrexi et adhuc ſum tecū.**

Dinumerabo eos) quos in fide genuerunt illi
quoꝝ principatus eſt ꝯfortatus (et) ipſi mihi
enumerati (ſup arenā multiplicabūtur) alijs
ad dinumerādū. Deo ergo numerabiles ſunt
electi: nobis vero tam innumerabiles ſunt quā
innumerabilis eſt arena. hoc aūt fecit mortali
tas et reſurrectio chriſti vñ et ſubditur (exurre
xi) a morte (et adhuc) toto tpe vite pñtis (ſum
tecū) occultus ad dexterā tuā donec ab om̄ib⁹
videar in iudicio. nam ante paſſionē ⁊ in paſ=
ſione pauci fuerunt qui crederent in ieſum ac
poſtquā reſurrexit a mortuis ⁊ aſcendit in celuʒ
multiplicata eſt multitudo credentiū. Et ad=
huc ad dexterā pr̄is in occulto ſedens latet nō
dum manifeſtus venit nondū iudicat. ſed tūc
diſtrictius eos damnat qui modo eū peniten=
do nō placant de quib⁹ in ꝑſona corporis ſeu
membroꝝ pſalmiſta ſubiungit.

**Si occideris deus pctōres: viri ſangui
num declinate a me.**

Si). i. qñ (occideris) et a corꝑe tuo ſeꝑaue=
ris o (deus pctōres) obſtinatos tunc ſcʒ dicam
(viri ſanguinū). ſ. qui oditis fratres q̄ eni odit
fratrē ſuū homicida eſt (declinate (a me) ſcʒ ne
vobiſcū occidar a deo. Ac ſi diceret. Cum tu
damnabis reprobos in iudicio tunc ſeꝑabun
tur boni a malis. Tunc manifeſtū erit qđ hic
dicit̃ viri ſanguinū declinate a me. Tunc oc=
cident̃ qui modo ꝑſequunt̃: tunc honorabunt̃
qui modo ꝓ iuſticia ꝑſecutionē patiunt̃. Tūc
apparebit qđ p̄miſſuʒ eſt nimis honorati ſunt
amici tui deus. Quib⁹ reprobis etiaʒ cauſa et
origo dānatōis demonſtrat̃ cum ſubinfert̃.

**Quia dicitis in cogitatiōe: accipiant in
vanitate ciuitates ſuas.**

Quia dicitis in cogitatōe) ſcʒ veſtra pctm̄
quippe prius in cogitatōe fit poſtmodū in oꝑe
Et qꝛ maluʒ nō corrigūt cogitationis ideo ad
malū deriuant̃ opis. dicitis inquā aduerſus electos
~~electiones~~ (accipiant in vanitate) et fruſtra (ciui=
tates ſuas) ꝯuenticula. Iſte ciuitates ſunt ſctōꝝ
ſocietates qui dum ꝑ diuerſa loca ſancte et ſo=
cialiter viuunt ciuitates omnipotētis dei ſunt
Quos ſolent mundi amatores mente deſpice
re qꝛ eos vident tꝑalia que ipſi diligūt nō ama
re. Et dum illos cōſpiciūt ſimul habitare ſola
celeſtia ꝯcupiſcere qꝛ vite ſequentis fructū nō
cogitant in vanitate accepiſſe ciuitates ſuas. i.
fruſtra ſocialē ducere vitā electos reprobi pen
ſant. Et qꝛ eoꝝ mala ſancta eccl'ia odit ⁊ reꝑ=
hendit recte ſubiungit̃.

**Nōne qui oderūt te dñe oderā: et ſuper
inimicos tuos tabeſcebā:**

Nōne qui oderūt te dñe oderā). q. d. ſic: qꝛ
eoꝝ viciū eſt odiendū bonis homib⁹ ſicut eſt
odioſum deo (et) nōne (ſup inimicos tuos) quos
videbā preterire legē tuā (tabeſcebā). i. reſol=
uebar interius tedio ⁊ afficiebar dolore iratuſ
cōtra eos ex zelo tue iuſticie. Sic iniuſtos iu=
ſte odimus ſi eoꝝ culpas zelo dei accenſi diſtri
cte repħendim⁹ ſi ea q̄ redarguenda ſunt mini
me palpam⁹ ne dum eoꝝ grām offendere me
tuimus irā dei incurram⁹. Si ergo nos deuʒ
veraciter diligim⁹ ſic eius inimicos odire de=
bemus vt in eo quod mali ſunt ſemꝑ eos ꝑſe=
qui ſtudeamus. vnde et ſubdit̃.

**Perfecto odio oderam illos: inimici fa
cti ſunt mihi.**

Perfecto odio oderā illos) diligens ꝙ facti
erant ſʒ naturā ſʒ odiens qđ faciebāt ſcʒ iniq̄=
tatē qꝛ ipſi oderūt te: nec eni veraciter te dilige=
rem niſi odientes te odirē. et exinde (inimici fa
cti ſunt mihi) odio iniquo ꝑſequētes me ꝓpter
iuſticiā. ꝑfecto odio odire eſt neminē cōtra iu=
ſticiam amare: nulla vicia blandiendo palpa
re: ea que mala ſunt audacter redarguere: nul=
la ꝓpter hec damna vl' aduerſa formidare. hoc
eſt eni ꝑfecte odiſſe vt nec ꝓpter vicia homines
oderis: nec ꝓpter homies vicia diligas: vt hoc
in eis oderis ꝙ iniq̄ ſunt hoc diligas ꝙ hoies
ſunt. Et ꝙ puro ⁊ ſincero aīo oderit peccato=
res oſtendit eo quod ſequit̃.

**Proba me deus et ſcito cor meū: inter
roga me et cognoſce ſemitas meas.**

Proba me) o (deus) interius (et ſcito cor me
um) qđ nō pt homo. i. eſto teſtis ꝯſciētie mee.
Mundū ſe nouit interius cū hoc ait. niſi eni
purū ſe hr̄e cor ſciret teſtē cōſcientie ſue deum
minime inuocaret. hec eſt cōſcientia mūda et
ſpecies filie regis intrinſecus ꝑfectū quāʒ ſe eſſe
exterius agnouit cū ſubiunxit (interroga me)
exterius (et cognoſce ſemitas meas) Ac ſi di=
ceret, ꝓba ꝯſcientiā: interroga vitā: proba cogi
tationes: interroga oꝑa: qꝛ factis maloꝝ non

cõſentio nec ea diligo. Et cum in me viã iniq̃tatis nõ inueneris in via tua que tu ipſe es deducere me digneris. Et h̃ eſt qḋ ſequit̃.

**Et vide ſi via iniquitatis in me eſt: et deduc me in via eterna.**

Et vide ſi via iniquitatis in me eſt) ſiue cogitando ſiue delectando ſiue cõſentiendo ſiue faciendo. (et deduc me in via eterna).i.in via iuſticie que ducit ad vitã ⁊ btitudinem eternã ad quã nullus põt ꝑuenire niſi fuerit totaliter expedit⁹ ab omĩ iniq̃tate: hec etiã eterna via eſt chriſt⁹. Ipſe enĩ ait. Ego ſuꝫ via veritas ⁊ vita. Via eſt ꝑ quam ſpiritaliter gradimur. veritas eſt ad quã ꝑuenire conamur. vita eſt qua ineternuꝫ fruamur. Vel (Proba me) o (deus).i. examina (et ſcito coꝛ meum).i.fac me ſcire ea que latent in coꝛde meo. (interroga me).i.fac me inquirere ⁊ diſcutere ꝯſciam (et cognoſce) id eſt cognoſcere me fac (ſemitas meas).i.cogitationes et deſideria mea quo tendunt. (Et vide).i.fac me videre (ſi via iniq̃tatis in me eſt) id eſt aliqua latens culpa in mea volũtate vel actõne (et) ſi aliquid in via mea inueneris qḋ tibi diſpliceat (deduc me in vita eterna) id ẽ in via que ducit ad eternitatẽ. Orõ.

Celi terreq̃ ꝓtectoꝛ deus quo moꝛiente illuminata ſunt tartara: quo reſurgẽte ſcõꝝ eſt multitudo gauiſa: q̃ aſcendente angeloꝝ exultauit caterua: ꝑcamur tante gloꝛie excellentẽ ꝟtutẽ vt directi in via eterna illo tueamur bꝛachio q̃ honoꝛabiles amici tui gloꝛiant̃ in celo. ꝑ d.

**Pſalmus de cuiuſlibet fidelis inter malos cõſtituti deprecatõe ad dñm vt a tentatõibꝫ et vexationibꝫ liberet eum. Ps. C.xxxix.**

**Eripe me domine** ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus. In finẽ pſalmus dauid. Et eſt ſenſus: pſalmus iſte dirigens nos in finẽ.i.in chriſtum: eſt dauid.i.eccleſie que hic loquitur. Materia: malicia hui⁹ mundi ac gemitus et oꝛatio coꝛpoꝛis chꝛiſti inter malos conſtituti. Intentio: monere ad oꝛandum deum contra omne malum. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo in ꝑſona eccle dñm depꝛecatur vt a tentatõibꝫ ⁊ vexatõibꝫ iniquoꝝ liberet̃: dicens in futuro iudicio vindictã ſuꝑ eos venturam qui paupes nũc ꝑſequuntur. Snĩa in ſpeciali: Eccleſia ergo inter malos quos vt ſupꝛa dictũ eſt ꝑfecto odio odit gemens ⁊ laborans clamat (Eripe me) o (dñe) ab omĩ (hoĩe malo) in ſe nõ ſolũ viſibili ſcꝫ ꝓximo ſed etiaꝫ inuiſibili ſcꝫ diabolo. Diabolus dicit̃ homo in figura vñ in euangelio: Inimicus homo h̃ fecit. vel ſꝫm quoſdã ſicut paulus q̃ pꝛius vocabatur ſaulus dicit̃ a paula quã cõuertit: ita diabolus dicit̃ homo ab hoĩe quẽ ipſe decepit (a viro iniquo) aliꝭ ſcꝫ hoĩe vel diabolo (eripe me) ne mihi noceat. Eripe inq̃ꝫ ab iſtis ne cogar cõfoꝛmari coꝝ maliciꝭ. qui etiã vir dicit̃ q꜡ virilis ⁊ foꝛtis eſt ad nocendũ. Deinde q̃liter mali ꝑſequũtur exequit̃. impugnãt enim bonos tripliciter ſcꝫ coꝛde lingua ⁊ manu. Et de coꝛde pꝛemittit. dicens.

**Qui cogitauerũt iniquitates in coꝛde: tota die cõſtituebant pꝛelia.**

Qui) ſcꝫ mali ⁊ iniqui (cogitauerũt) ex mora (iniquitatẽ in coꝛde) et ſi in labiꝭ q̃nq̃ꝫ bona ꝑtendant et hec inimicicia occulta ꝑiculoſioꝛ eſt q̃ꝫ apta: facilius enĩ vitat̃ aperta q̃ꝫ occulta: q꜡ nulla peſtis efficacioꝛ eſt ad nocendũ q̃ꝫ familiaris inimicus. et hi tales (tota die).i. toto tp̃e ſine intermiſſione (cõſtituerũt) machinando ⁊ firmiter ſtatuendo (pꝛelia) verboꝛuꝫ aut verberũ quibꝫ alios impugnarẽt. Deinde ſubdit de ꝑſecutõne a lingua. d.

**Acuerunt linguã ſuam ſicut ſerpentes: venenum aſpidũ ſub labiꝭ eoꝝ.**

Acuerũt linguã ſuã) in fabꝛica malicie poliendo ⁊ pꝛeparando ad blande loquendũ vt deciperent vel ad pungendũ vt lederẽt (ſicut ſerpentes) qui blandiunt̃ lingua vt moꝛdeãt (venenum aſpidũ) qḋ eſt inſanabile.i.ſuggeſtiones ꝑaue: eſt vel latet (ſub labiꝭ eoꝛuꝫ).i.ſub verbis de labiꝭ eoꝝ ꝓcedentibꝫ. Et bñ dicit ſub labiꝭ q꜡ malicia eoꝝ nõ manifeſta eſt ſed occulta. vident̃ amicitie verba habere ſed plena ſunt veneno moꝛtifero. Deĩde de ꝑſecutõe a manu id eſt ope ſubiungit. d.

**Cuſtodi me dñe de manu pctõꝛis et ab hominibꝫ iniquis eripe me.**

Cuſtodi me) o (dñe de manu).i.ꝑtãte (pctõris) anthonomaſice ⁊ ꝑ excellentiã ſcꝫ diaboli q꜡ validus eſt ad nocendũ ⁊ ꝑ multa fallit que nequeo ꝑ me ꝑcauere (⁊ ab hominibꝫ iniquis) ad nocendũ paratis.i.a membꝛis eius ꝑ quos conat̃ qḋ ꝑ ſe nequit facere (eripe me) ne mihi noceant nõ dico in cauſis ſeculi ſed in via dñi vbi modicũ nocumentũ inducit magnũ detrimentũ. Vñ ſubdit.

**Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: abſcõderũt ſupbi laqueũ mihi.**

Qui cogitauerũt ſupplãtare) ⁊ deciꝑe (greſſus meos) quibus ambulabã in via dei ⁊ ab=

ſtrahere me ab ea ꝑ aliud qđ mihi preberet occaſionē ruine. Vñ ſubdit (abſconderūt) ne ꝑcipem ⁊ cauerē ⁊ vt facilius me deciperēt ⁊ mihi nocerent (ſuꝑbi) ſcꝫ illi pctōres ⁊ iniqui (laqueum) .i. deceptionē ſeu inſidias (mihi) ⁊ ad capiendū me. nomine ſuꝑbi totū corpus diaboli explicauit q̄ bonis inuidēt bona que habent. ſicut diabolus inuidet homini celū qđ perdidit.

**Et funes extēderūt in laqueū: iuxta iter ſcandalū poſuerūt mihi.**

Et funes) .i. pctā ſua manifeſta q̄ mihi ſuadent facere (extenderūt in laqueū) vt me allicerent ad faciendū ſil'ia pctā dicunt̄ funes qꝛ ligant homines ⁊ detinent captiuū vnde ſibi ligant̄ manus ⁊ pedes vt ꝓijciat̄ in tenebras exteriores ⁊ oſtendit vbi extenderūt. d. (iuxta iter ſcandalū) .i. offendiculū ⁊ obicē (poſuerūt mihi) vt impingā ſcꝫ dictū vel factū minus rectū prebens occaſionē ruine. Iter tuū p̄cepta dei ſunt vade ergo iter rectū nec exeas a via dei .i. a p̄ceptis eius ⁊ non timebis ſcandalū nec rues in laqueū qꝛ in itinere nullū poteſt eſſe ſcādalum ſed iuxta viam ꝑmiſit deus poni ipm cautū te facere volens ne tu a via recedas ⁊ cadas. Sed in his tentatōnibꝫ ⁊ ꝑiculis nihil reſtat niſi clamare ad dñm. Ideoq̄ ad hec omnia p̄cauenda ego clamans.

**Dixi dño deus meus es tu: exaudi dñe vocem deprecatōis mee.**

Dixi dño deus meus es tu) .i. in te ſolo tanquā in deo ꝯfido cui ꝓpriū eſt ſuccurrere cōfidentibus in eo. Magna fiducia hoc dicit et ſi enī eſt omniū deus ꝑ creationē ꝓprie tñ eſt deꝰ eoꝝ qui illi ſeruiūt et eo fruunt̄. Deinde petit dicens (exaudi dñe) cuſtodiendo et liberando me (vocem dep̄cationis mee) qua precor mala depelli a me ne a via tua recedā ⁊ in laqueū cadam. D.

**Dñe dñe virtus ſalutis mee obumbraſti ſuꝑ caput meū in die belli.**

Dñe dñe) .i. veriſſime dñe non quales dñi hoīes ſunt tu es (virtus) ⁊ opifex (ſalutis mee) id eſt q̄ das vires ſaluti mee ⁊ ꝑſeuerantiā qua ſim ſaluꝰ. hoc dicit qꝛ videbat ꝑicula ⁊ ꝙ difficile eſt ꝑſeuerare in longa via. q. d. tu das vires ꝑſeuerandi vt ꝑſeuerando ꝑueniā ad ſalutem. et inde ſpero ꝙ tu es virtus ſalutis mee qꝛ (obūbraſti) per grām .i. quaſi vmbraculum feciſti cōtra eſtum tentationū (ſuꝑ caput meū) ſcꝫ mentē meā p̄ſtando mihi refrigeriū (in die belli) cōtra diabolū carnē ⁊ mundūꝫ ne mihi p̄ualeret eſtus tribulationū ⁊ tentationū. Sꝫ adhuc nō ſum ſecurus ⁊ ideo.

**Nō tradas me dñe a deſiderio meo peccatori: cogitauerūt cōtra me: ne derelinquas me ne forte exaltent̄.**

Non tradas me) o (dñe) .i. ne ꝑmittas me tradi (a deſiderio meo) .i. ꝑ deſideriū ⁊ ꝯcupiſcentiā meā (pctōri) ſcꝫ homini malo vł' diabolo vt eis conſentiā ⁊ deſideriū ꝑficiā. hoc ergo ora quantū potes tu enī deſiderio tuo facis locum diabolo. frena deſideriū ⁊ nō cades in laqueum qꝛ (cogitauerūt) inimici (cōtra me) quō callidius poſſint nocere. ⁊ ideo tu o (dñe ne derelinquas me) in manibꝫ eoꝝ ⁊ ſerua me a lapſu (ne forte) de me victo ⁊ humiliato (exaltentur) .i. triūphent ⁊ gaudeant ac de meo interitu glorient̄ hñtes de me ſuūꝫ intentū qꝛ ſeducto homine gaudent diabolus ⁊ ſui. vnde alibi exultabūt ſi motus fuero. Me ergo vmbra alarū tuarū teget ſed.

**Caput circuitus eoꝝ: labor labioꝝ ipſorum opiet eos.**

Caput) .i. mens ⁊ capitalis intentio (circuitus) vite (eoꝝ) ſcꝫ (labor labioꝝ ipſoꝝ) .i. mendaciū quo inducūt hoīes ad pctīn ꝑ verba deceptoria ⁊ doloſa. et recte mēdaciū dicit̄ labor ſicut enim qui veritatē ꝓfert facile et ſine labore loquit̄ ita et qui mendaciū fingit multū laborare habet (opiet eos) qꝛ hic in terra de ſua falſa et mendaci aſſertōne ſuꝑant̄ ⁊ ꝯfundunt̄ et in futuro opiet eos ī inferno ſicut rhete operit captas aues ⁊ ſic puteus inferni claudet ſuper eos os ſuū. Et preterea.

**Cadent ſuꝑ eos carbones in ignē deijcies eos: in miſerijs nō ſubſiſtent.**

Cadent ſuꝑ eos) hic in terra antequā veniat ignis eternus (carbones) ſcꝫ ignis ꝯcupiſcētie ire ⁊ luxurie ⁊ omniū incentiua vicioꝝ (⁊ in ignē) .i. in illos carbones (deijciēt eos) .i. deijci (ꝑmittes) ⁊ dicit idem carbones ⁊ ignē (⁊ in miſerijs) huius ſeculi (nō ſubſiſtent) qꝛ carentes robore v̄tutū p̄ñtis vite moleſtias nequaquā ferre valent ſed impatientes cadunt in iniq̄tates ⁊ deficiūt quas miſerias boni patiēter trāſeunt. In futuro etiā cadent ſuꝑ eos carbones gehēne et in ignem eternū deijcient̄ et in miſerijs nō ſubſiſtent qꝛ pena ⁊ miſeria infernalis eſt intolerabilis de quoꝝ caſu adhuc ſubdit̄.

**Vir linguoſus nō dirīget̄ in terra: virū iniuſtū mala capient in interitu.**

Vir linguoſus) cui voluptas eſt loqui nec attendit quid loquat̄ (nō dirīget̄) ad viam rectam ⁊ ad faciendū bona nec ꝓficiet (in terra) id eſt in hac vita. qꝛ vt dicit Grego. multiloq̄o

quiſqꝫ ſeruiens rectitudinez iuſticie tenere nequaqꝫ poteſt. Et vt dicit ſalomon. In multiloquio nō deerit pctm̄. Seruus ergo dei q̄ vult dirigi magis oportz audire q̄ꝫ loqui. naz ſi q̄s etiam vera dicat ſed preter neceſſitatē vir linguoſus eſt. nec tm̄ nō dirigeť vir linguoſus ſꝫ et (mala capiant virū iniuſtū in interitu) om̄is linguoſus iniuſtus eſt qꝛ illiuſ qui nō refrenat linguā ſuā vana eſt religio. vnde eni nō refrenat malū locutōis inde deriuať ad malū opiſ Quem mala nūc capient ad interitū qꝛ in miſerijs nō ſubſiſtit ſed deficit bonū vero nō ad interitū qꝛ flagellat dn̄s filiū quē recipit. Sꝫ et de futuro.

**Cognoui qꝛ faciet dn̄s iudiciū inopis: et vindictā pauperū.**

Cognoui) ego (qꝛ) tandem (faciet dn̄s) et ſi modo nō facit (iudiciū inopis) qui eſurit iuſticiam querit ⁊ pulſat ipm̄ ditando diuitijs ſpiritualib9 ⁊ eternis. beati eni qui eſuriūt ⁊ ſitiūt iuſticiā qm̄ ipi ſaturabunť ⁊ faciet etiā (vindictam) vel cauſas (pauperū) ſpiritu. i. humiliū nō relinquens coꝝ iniuriā impunitā ſed puniens oppſſores coꝝ quos tunc mala ꝑducūt ad ꝑditionē. et ſi boni modo affligunť ⁊ pſſuras patiunť appebit gloria coꝝ cum apparuerit caput ipoꝝ. Unde ſequiť.

**Uerūtamē iuſti ꝯfitebunť nomini tuo: et habitabūt recti cum vultu tuo.**

Uerūtamen iuſti ꝯfitebunť) ꝯfeſſione laudis (nomini tuo). i. laudabūt nomen tuū ⁊ hic inter grauia qđ laudabil9 eſt ⁊ maxime in futuro, vbi dum iudiciū ⁊ cauſas coꝝ facies nihil ſuis meritis ſed tue miſcōie tribuent (et habitabunt recti) qui recte viuunt ⁊ bona ſua nō ſibi ſed tibi tribuūt (cum vultu tuo). i. cum preſentia tua: manifeſta tua viſione ꝑfruentes et faciem tuam in celis clare videntes qꝛ deū ſicuti eſt videbūt ⁊ tunc decurſo ſudore finitiſqꝫ laborib9 ꝑhenni leticia implebunť ⁊ in dn̄o ſine fine gaudebūt. Oratio.

Uirtus ſalutis noſtre deus defende eccl'iā tuā a diſſidentiū veneno mortifero vt a te obumbrati nunquā obligemur a laqueis inimici. Per dn̄m.

**Pſalmus de oratōe fidelis et ꝑfecti cōtra mala huius mūdi et ſpecialiter vt a pctō lingue ꝯſeruetur et a pena debita liberetur. ps. Cxl.**

**Domine clamaui** ad te exaudi me: intēde voci mee cū clamauero ad te.

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulus pſalmus dauid vel oratio ipi dauid. i. chriſto attribuitur qui factus eſt ſm̄ carnem filius dauid loquiť enim hic chriſtus totus ſiue ꝓpha in voce ipſius qn̄qꝫ in ꝑſona capitis qn̄qꝫ in ꝑſona membroꝝ. vbi vnuſquiſqꝫ tanquaz herens in corpe chriſti agnoſcat ſuā vocē. Materia: oratio cōtra mala huius mūdi et ſingulariter contra malū ⁊ pctm̄ lingue de quo mentio habita eſt in pſalmo ꝓcedenti. Intentio vt homo q̄ alias expertus eſt per linguaz ſe peccaſſe vel ad hoc pctm̄ ꝓnum eſſe peniteat ⁊ ad deum clamet vt ſic a recidiuo ꝑ deuotā orationē ꝯſeruetur ⁊ a pena debita liberetur. Sententia in generali ꝓpha in iſto pſalmo petit ſuā orationē exaudiri ⁊ a pctō lingue ⁊ a pena ꝓ eo debita in preſenti ⁊ in futuro infligenda ꝯſeruari. Sententia in ſpeciali: in ꝑſona ergo corpis ſui qđ eſt eccl'ia dicit. D. (Dn̄e clamaui) non remiſſe oraui iam diu (ad te) corde et ore depcando et ideo (exaudi me) petitionē meaz adimplendo. Quia longe ſumus a deo clamem9 nō tam ſono vocis q̄ꝫ intenſione ⁊ affectōe cordis. Clamor enim noſter ad deum ipm̄ eſt deſideriū et vnuſquiſqꝫ quantū amat tm̄ clamat. Nec ſufficit ſemel clamare ad dn̄m manet enim tribulatio eccleſie vſqꝫ in finem ſeculi et ideo ſubiūgitur (intende voci mee) id eſt diligenter audi vt exaudias (cuz clamauero ad te) iterū ⁊ quotienſcūqꝫ qꝛ nōduz finita eſt tribulatio. Nota per verba trium tpm̄ ſcꝫ clamaui exaudi clamauero innuit omni tpe eſſe orandū et ꝓ peccatis ꝓteritis dimittendis ⁊ pn̄tib9 delendis et futuris cauendis. Eto dn̄e.

**Dirigať oratō mea ſicut incenſuz in cōſpectu tuo: eleuatio manuū mearū ſacrificium veſpertinū.**

Dirigatur) de ara cordis (oratio mea) igne charitatis incenſa. i. recta ad te veniat nō habens aliquas ſordes aut vicia aut cogitatōes malas (ſicut incenſū). i. bonus odor (in cōſpectu tuo) vt quēadmodū ſuauis incēſi odor eſt gratus et delectabilis ſic mea oratio tibi placita fiat ⁊ acceptabilis (et eleuatio manuū mearum) ad te in orōne vel opatio mea bona que fit pro eternis ſit tibi (ſacrificiū veſpertinū). i. placeat tibi vt ſacrificiū qđ in veteri lege offerebatur veſpere quando occidebať agnus qđ erat acceptabilius qꝛ erat figura veri ſacrificij ſcꝫ paſſionis chriſti qđ in veſpere et fine mundi oblatū eſt ⁊ ſup omnia placuit patri. hoc ꝓprie ad caput videť ꝑtinere qui in ſua paſſione pro ꝑſecutorib9 dignatus eſt orare. O felix

oꝛatio que pure directa de ardenti coꝛde tan=
quam de ara ſancta incenſum aſcendit. Ipſe
etiam declinante iam die in veſperuꝫ in cruce
manus expandens ſacrificiuꝫ obtulit q꜡ tunc
animā depoſuit. Illud ſacrificiū veſpertinū fe
cit in reſurrectōne munus matutinū. Et o pie
redemptoꝛ vt merear digne inuocare te.

**Pone dn̄e cuſtodiā oꝛi meo: et oſtiū cir
cumſtantie labijs meis.**

Pone) o (dn̄e cuſtodiā oꝛi meo) tanquā poꝛ
tam ne verba noxia vel incōgrua ſeu ocioſa et
inutilia effundā. Os enim quod deum inuo=
cat aperiri debet deo ⁊ claudi diabolo. aperiri
debet in oꝛatione ⁊ claudi in vana locutione.
Sed q꜡ in ſilentio offendit̄ ſi a iuſta locutione
lingua indiſcrete repꝛimat̄ recte ſubiungit̄ (et
oſtiū circūſtantie) et ꝯtinentie (labijs meis) vt
nō niſi opoꝛtune apiantur vel claudant̄ ⁊ mo
derate loquant̄ q̄tenus os diſcretū et cōgruo
tp̄e vox aperiat ⁊ ꝯgruo tp̄e claudat: ſicut oſti
um domus vel camere modo aperitur modo
clauditur, put neceſſitas exigit vel requirit. vn̄
Salomon. tp̄s tacendi et tp̄s loq̄ndi. Et

**Nō declines coꝛ meū in verba malicie:
ad excuſandas excuſatōes in peccatis.**

Non declines) .i. declinari et labi ꝑmittas
o deus (coꝛ meum in verba malicie) .i. ad ꝓfe
rendū malicioſe cōpoſita ſcꝫ (ad excuſandas)
et defendendas (excuſatōes) que fiunt (in pec
catis) excuſandis. i. vt ꝑtinaciter defendā pec
cata mea excuſatōnibꝫ falſis annectens pecca
ta peccatis. O infeliciſſimuꝫ hoīm genus qui
peccata excuſamus dicentes: victus ſum a na
tura: ego nolebā peccare ſꝫ vicit me caro mea:
Illa mulier venit ad me ipſa me vocauit: ipſa
me tetigit: ipa mihi illud dixit. vel imputantes
mala fato ſeu ſtellis aut tp̄i vel neceſſitati. Et
ꝓ quo deberemus penitentiaꝫ agere et dicere
dn̄e ego peccaui excuſamus ⁊ iungimus pec=
cata peccatis. et ſicut adam ⁊ eua in verba ma
licie declinamus.

**Cum hoībꝫ opantibꝫ iniquitatē: et non
cōmunicabo cū electis eoꝝ.**

Cum hominibꝫ opantibꝫ iniquitatē) id eſt
ſicut excuſant hoīes qui opantur iniquitatem
ex cōſuetudine malicie. Iniqui enī inceſſanter
in peccatis excuſatōnes inquirūt qui laudari
ab hominibꝫ cōcupiſcunt: vnde fit vt tardius
peniteant. At cōtra: ſancti viri q꜡ de ſe humi=
lia ſentiunt accuſare ſemetipos nō erubeſcūt:
recte ergo ſubiungitur (et) ſi hoc fuerit (nō cō
municabo) cōſentiendo. i. nō ero ſocius (cum
electis eoꝝ) ſcꝫ opantium iniquitatē quia nō
me iuſtificabo nec peccata defendam. Sicut
dn̄s habet electos ſuos ita diabolus et mem=
bꝛa eius habent electos ſuos. Electi eoꝝ ſunt
qui ſe iuſtificant ceteroſq̄ꝫ deſpiciunt et pecca=
ta ſua defendūt: iſta ſunt ꝓpꝛia electoꝝ ſeculi:
nō pauperum chꝛiſti. vnde bene et electi ⁊ eo=
rum vocantur q꜡ in eo ꝙ ſanctos ſe ſimulant
quaſi electi vident̄ in eo vero ꝙ carnaliter vi=
uunt veraciter eoꝝ ſunt. Cum illis nō cōmu=
nicabo ſed ab eoꝝ ꝯuerſatōne vita et moꝛibꝫ
diſcoꝛdabo q꜡ illi exterioꝛa appetunt: ego inte=
rioꝛa cōcupiſco. illi laudes adulantiū querūt
ego increpatōnes iuſtoꝝ diligo. vnde ſequitur
Sed potius

**Coꝛripiet me iuſtus in miſc̄dia ⁊ incre
pabit me: oleum aūt peccatoꝛis nō im=
pinguet caput meum.**

Coꝛripiet me iuſtus in miſc̄dia) nō in odio
(et increpabit me) cum vino increpatōnis in=
fundendo oleū miſc̄die. Et bene in miſericoꝛ
dia: non enī eſt hec coꝛreptio ira ſed miſc̄dia.
nō eſt ꝑturbatio furoꝛis ſꝫ zelus amoꝛis. cha=
ritas hec facit nō crudelitas (oleum aūt pec=
catoꝛis) .i. falſa laudatio adulatoꝛis ⁊ ſimula=
ta dilectio que mentes a rigoꝛe virtutis emol=
lit ad noxia (non impinguet) .i. vnguet (caput
meum) .i. mentē que pꝛincipale eſt in hoīe ſi=
cut caput in coꝛpe. i. nō me demulceant ⁊ dele
ctent fauoꝛ adulantis ad excuſandū peccatū:
vel ad ꝑtrahendū ad peccati conſenſum. q. d.
malo me iuſta increpatōne rep̄hendi q̄ꝫ blan
da adulatōne decipi. Sed tn̄ de ipſis peccato
ribus qui etiā mala ſua defendūt ⁊ foꝛis glori
am querūt nō eſt deſperandū qm̄ ꝓ illis ſan=
cta oꝛat eccleſia. vn̄ et ſubiungit̄.

**Quoniam adhuc et oꝛatio mea in bene
placitis eoꝛum: abſoꝛpti ſunt iuncti pe=
tre iudices eoꝝ.**

Qm̄ adhuc) futurū expecto (et oꝛatio mea)
erit (in beneplacitis eoꝝ) cum cōuerſi fuerint
ad dn̄m. i. veniet tempus quo placebit eis oꝛa
tio mea vt bene placeat eis oꝛare qd̄ nunc oꝛo
et ipi peccatoꝛes inde ꝓficient et oꝛabunt pro
eternis ſicut et etiā ipi (iudices) et electi (eoꝝ)
id eſt potētes et docti qui pꝛicipant̄ inter eos
tanq̄ꝫ iudicantes de moꝛibꝫ et ſententias pro=
ferētes (abſoꝛpti ſunt) et nihil reputati qui per
ſe aliud videbant̄ (iuncti petre) id eſt compa=
rati chꝛiſto quia ſapientia chꝛiſti ſtultam fecit
ſapientiam huius mundi. Vel (abſoꝛpti ſunt)
id eſt incoꝛpoꝛabunt̄ (iuncti) id eſt ſociati (pe=
tre) chꝛiſto. Et ipſi tandē coꝛrigentes ſe a ſua
malicia.

**Audient verba mea quoniã potuerunt ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſuꝑ terram.**

Audiẽt) aure obediẽtie et acceptabũt (verba mea) euãgelica ⁊ cõuertent ad chꝛiſtũ (quoniam) ipſa verba mea (potuerũt) id eſt potentiam habent ⁊ ꝑualuerũt verbis eoꝝ. ꝑualuit enim verbũ dei in ſapientib⁹ et iudicib⁹ multis vnde ſecutũ eſt ꝙ martyrio coꝛonati eccleſiam fruge virtutũ fecundioꝛẽ reddiderũt (⁊ ſicut craſſitudo) ſeu pinguedo (terre) latens ſub eius ſuꝑficie (erupta eſt) ſurſum ⁊ diſperſa (ſuper terrã) et preualens fertilitatẽ ꝓducit ⁊ fructum. nam ſicut de rebus cõtemptibilib⁹ ⁊ abiectis quandam pinguedinez accipit terra ſic ex eo qđ cõtempſit hic mundus accepit craſſitudinẽ ſancta eccleſia vt inde ſeges eius fertilis pullularet.

**Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: q2 ad te dñe dñe oculi mei ĩ te ſperaui nõ auferes aĩam meam**

Diſſipata ſunt) id eſt a ſua foꝛtitudine diſſoluta ex tribulationũ et tentationuz vehementia (oſſa noſtra) id eſt interioꝛa et foꝛtioꝛa noſtra ſeu virtus mentis noſtre que ꝑ oſſa in quibus roboꝛ coꝛpoꝛis eſt deſignatur (ſecus) id ẽ pꝛope (infernum) tanquam ſimus in ꝓcinctu intrandi infernum: dicta autem fragilitate hominis ad diuina remedia cõfugit eccleſia dicens ſed (quia ad te dñe: dñe) veriſſime ⁊ eterne qui es ſpes ⁊ foꝛtitudo mea ſũt (oculi mei) interioꝛes tanquam ad ꝓtectoꝛem et adiutoꝛẽ meum directi et in te fixi. plus figo oculos in ꝓmiſſis tuis ꝙ̃ in ꝑſecutoꝛum minis. noui enĩ quid pꝛo me paſſus ſis et quid ꝓmiſeris et per hec ſecure (in te ſperaui) non in alio ⁊ ideo (nõ auferes). i. auferri ꝑmittas per culpam a te vl' a bonis tuis (aĩam meam) et ſi coꝛpus patiatur Tuus ſum tu me ſalua: hoc ideo petit q2 ſciebat multos aduerſis cedere. Nõ auferas animam ſed potius.

**Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mihi: et a ſcandalis oꝑantiũ iniquitatẽ.**

Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt mihi). i. a deceptõne quam mihi pꝛetenderũt illi qui me ꝑſecuti ſunt. hoc eſt ab occultis inſidijs vbi eſca ducit ad laqueum (et a ſcandalis operantiũ iniquitatem). i. a manifeſtis perturbationib⁹ et nequicijs in dictis vel factis. peccantes enim aperte dant alijs offendiculuz et occaſionem ruine. per laqueos ⁊ ſcandala notat totius mũdi mala. laquei enĩ ſunt blãdi neſus ſcz carnis deſideria et amoꝛ ſeculi et ſi per hos diabolus nõ pꝛoficit ad perturbatões et ſcandala ſe cõuertit que per inquietos mouet: Ne inquã cuſtodi ſed

**Cadent in rhetiaculo eius peccatoꝛes: ſingulariter ſum ego donec tranſeam.**

Cadent in rhetiaculo eius) ſcz diaboli vel iniquitatis id eſt in inſidijs paratis ad capiendum homines ſicut rhete ad capiendũ feras. (peccatoꝛes) de vicio in viciũ ruentes qui vſ ꝗ eo ſunt peccatoꝛes vt ſic vitam iſtaz ament: ꝙ eam vite eterne ꝑponant. Et merito cadent qui enim amat alteri inferre ꝑiculum peribit in illo. Quod autẽ dixit laqueum hoc nũc vocat rhetiaculũ. laqueum ſcz quia ligat: rhetiaculũ q2 vero retinet. et cum talibus nõ vult iſte combinari vnde addit (ſingulariter ſum ego) qui in vna ſpe ſubſiſto conſoꝛtia eoꝛum fugiendo et conſenſum cum eis nõ habendo et ſic dolos caueo (donec) vt viatoꝛ (tranſeã) inoffenſo greſſu huius mũdi viam. Vel (donec trãſeam) de pñti vita ad ſctõꝝ requiẽ et de ſpe ad ſpeciẽ vel in ꝑſona chꝛiſti ſecutus ait (ſingulariter ſum ego) tꝑe paſſionis (donec tranſeã) de hoc mundo ad pꝛẽm. Solus remaneo. ſolus patioꝛ. diſcipuli defecerũt fugerunt et me ſolũ reliquerũt et vnum ſolũ latronẽ lucratus ſum hinc eſt ꝙ ipe ait. Niſi granũ frumenti ⁊c̃. Si autẽ moꝛ. ⁊c̃. Et iterũ cum exaltatus fuero.

Oꝛatio.

Pone dñe cuſtodiã oꝛi noſtro ne inania ꝓferamus vt miſcđia tua coꝛrepti ab oĩb⁹ iniquitatũ ſcandalis ꝓtegamur. Per dñm.

**Pſalmus de oꝛatõne chꝛiſti vel fidelis in magna afflictione poſiti ꝓ ſua liberatione ab omni malo ⁊ tribulatõe.**

ps. Cxli.

**Voce mea ad dominuz clamaui: voce mea ad dñm deprecatus ſum.**

Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus intellectus dauid cum eſſet in ſpelunca oꝛatio et eſt ſenſus hic eſt intellectus dauid id eſt totius chꝛiſti quẽ habuit cum eſſet in ſpelunca id eſt in hoc ſeculo vel in carne vl' in ſepulchꝛo ⁊ eſt hic oꝛatio ad quam monet. Qui ergo in p̃cedenti pſalmo clamauit hic etiam in ꝑſona totius chꝛiſti quaſi de ſpelunca ad dñm clamat Materia: oꝛatio ꝓ liberatõe ab omni malo et tribulatõe. Intentio: monere ad oꝛandũ inter mala huius mundi ⁊ ꝑicula. Sententia in generali ꝓpha in iſto pſalmo in ꝑſona chꝛiſti vel cuiuſlibet fidelis in magna afflictõe exiſtentis

explicat corā deo anxietatē animi ſui petendo deuote ab eo diuinitus liberari vt ſic ꝯfeſſione laudis diuine poſſit libere dño ꝯfiteri. orat enim hic chriſtꝰ: orat corpus chriſti qḋ eſt eccleſia. Sententia in ſpeciali. Ait ergo ꝓpheta prius in pſona corporis ad deum clamantis. (Voce) interiori et cordis nō ſtrepitu labioꝝ et oris (mea) nō aliena ſicut illi qui p vicarios ſeruiunt in eccl'ia vnde quidā. Si nō vis habere vicariū in premio nō habeas vicariū in labore et merito (ad dñm) tantū patronū non ad aliquē aliuꝫ (clamaui) ex affectu cordis nō remiſſe oraui. Unde qꝛ multi clamant nō orādo ideo clamorē ſuū exponit dicēs (voce mea ad dñm deꝑcatus ſum) ſcꝫ p depulſione tribulationis mee ac ſi diceret clamor meus ipſe eſt deꝑcatio mea ipſe eſt affectus cordis mei. Aliter enī non ſonat in aure dei. Deinde amplius orōis ſue deuotōꝫ inſinuans ſubdit. et adhuc

**Effundo in cōſpectu eius orōnem meā et tribulationē meā ante ipm ꝓnūcio:**

Effundo) copioſe vt fontem purū et cū lachrymis (in cōſpectu eius) ſcꝫ dñi ſolius non hoīm (orōnem meam) et precem. Ergo in ſecreto cordis et in abſcondito cōſcientie funde ꝑcem tuam vbi ſolus videt ille qui remunerat (et tribulationē meam) .i. cordis amaritudinē (ante ipm) .i. intus in ꝯſcientia ⁊ in corde vbi videt ipſe (pronūcio) narrando meas anguſtias ad impetrandū cōſolationem aliquā cōtra eas. quia plus ſonat in auribus dei cōtriti cordis tribulatio ꝗꝫ ore ꝓlata deprecatio. Et hoc facio dicit eccleſia.

**In deficiendo ex me ſpirituꝫ meū: et tu cognouiſti ſemitas meas.**

In deficiendo ex me ſpiritū meum) .i. dum deficit a me ſpūs meus. Non enī poteſt ſpūs noſter ꝓficere in deū niſi prius deficiat in nobis. Qui nūc deficit qñ ab amore ſui totus vertitur in amorē dei. Et ne hoīes audientes ſpiritum eius defeciſſe putent eum deiectū addit cōuertens ſermonem ad dñm (et tu cognouiſti) et approbaſti (ſemitas meas) ſcꝫ vias iuſticie et preceptoꝝ p quas illis nō videntibꝫ eas et cadētibꝫ ambulo ſecurus. Ac ſi diceret: Si illi putant me deiectū quia ſpūs meus defecit tu tamen me ſtantem vides cuius ſpūs me viuificat. Et qꝛ omnes qui pie volunt viuere in chriſto pſecutionē patiunt̄ recte ſubiungit.

**In via hac qua ambulabam: abſconderunt laqueum mihi.**

In via hac) ſcꝫ fidei et legis chriſti (ꝗ ambulabam) innocenter viuendo (abſconderūt) id eſt abſcōdere moliti ſunt aduerſarij mei (laqueum mihi) ſcꝫ deceptōnis ad me capiendū ſicut auis capitur laqueo. dicuntur in hac via abſcondere laqueū non ſcđm veritatē quia et ipi extra viam] ſunt et hec via nō ſuſcipit in ſe laqueū nec ſcandalū ſed ſcđm votuꝫ ſeu cupiditatem et opinionē ipſoꝝ. Illud vero qḋ alibi dicitur. iuxta iter ſcandalū poſuerūt mihi. ſcđm veritatē ꝓnunciatur. non ſinit eos chriſtus in via ponere ne non ſit qua eamus. ſinit tñ eos ponere iuxta viam vt de via nō declinemus. Illis aūt ſic faciētibꝫ ego ꝑītia ꝯtīnens

**Conſiderabā ad dexterā et videbam: et nō erat qui cognoſceret me.**

Conſiderabā ad dexteram) .i. reſpiciebā ad eterna (et videbam) ipam dexterā vbi futurus eram et oīa tolerabā. Dextera enī hic vitaꝫ ſignificat eternam ſicut ſiniſtra ſolet deſignare vitam pñtem. illi aūt nō videbant quia tm̄ ſiniſtram attendebant. et ideo ſubiungit (et non erat qui cognoſceret me) ſcꝫ ꝙ p dextera paterer. nō enim habebant oculū cordis vt videre poſſent eccleſiam habentē pulchritudinē morum et decorē virtutū nam ſi cognouiſſent forſitan amarent et imitarent̄. qꝛ vero nō cognoſcebant ideo odiebant et pſequebant̄. Et licet pſecutores abſconderent laqueū mihi et me pſequerent̄ tñ nō fugi dicit eccl'ia immo.

**Perijt fuga a me: et nō eſt qui requirat animā meā.**

Perijt fuga a me) id eſt nō fugi: ab illo enī fuga perit qui nō fugit a duobꝫ autē fuga perit ſcꝫ a concluſo qui nō poteſt ⁊ a forti qui nō vult. Et eſt fuga corpis quam dñs quandoqꝫ pmittit dicens. Si vos pſecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. et eſt altera que fit animo quam dñs vitupat dicens. Mercennariꝰ videt lupū ⁊ fugit: fugit vero nō mutando locum ſed ſubtrahēdo ſolatiū. Et talis fuga perijt ab iſto qꝛ nunquā fugit animo (et non eſt) de illis pſequentibꝫ (qui requirat animā meā) ad imitandū ſed ad occidendū. Querit̄ enim aut a pſecutoribꝫ aut a dilectoribꝫ. poſitus ergo in tanta tribulatōe ſubiūgit Ita mihi ⁊ iō.

**Clamaui ad te dñe: dixi tu es ſpes mea portio mea in terra viuentiū.**

Clamaui ad te dñe) tanquaꝫ longe poſitus ꝓ liberatōe. Clamor noſter ad deū ipe eſt affectus cordis noſtri ⁊ deſideriū (dixi) poſitus in tribulatōe (tu) et nō alius (es ſpes mea) hic in hoc ſeculo ſcꝫ in terra morientiū qꝛ te ex omnibus eligo et ideo omnia tolero et (portio mea) quam deſidero quā expecto tu es non hic: ſed

in futuro ſcʒ (in terra viuentiū) et celeſti paradiſo. Tunc erit res quod modo eſt ſpes. Tunc eū videbimus et poſſidebimus quādo erit omnia in omnibus nobis. Interim vero clamamus ad dominū tanquā longe poſiti tanquā egentes et miſeri multis tribulationibus et perſecutionibus afflicti. Unde et ſubdit.

Intende ad deprecationē meā: quia humiliatus ſum nimis.

Intende ad deprecationē meā) qua malū a me depelli precor et neceſſe eſt (quia humiliatus ſum nimis). i. valde intus et extra humiliatus in perſecutōe: humiliatus in confeſſione. humiliatus in ſe inuiſibiliter: humiliatus ab hoſtibus viſibiliter nimis humiliati ſunt in hoc ſeculo ſerui dei ſed vnde nimis deſpiciunt in hoc ſeculo inde nimis honorant in futuro. Et plerūque ipſa mūdi deſpectio reddit nobis deū propiciū in tanto fit nobis propinquior in prece quāto viciniores ſumus ei in ſuſtinenda pro chriſto deſpectione. Et.

Libera me a perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.

Libera me a perſequentibus me) nō vt corpus nō ruat ſed ne illis me conformando anima pereat. Ad hoc enim diabolus extra per vaſa ſua agit perſecutionē corporis vt intus fiat ruina cordis et neceſſe eſt vt liberes quia (confortati ſunt ſuper me) id eſt roborati ſunt et preualuerūt mihi in fortitudine intra quod nō poſſum reſiſtere. Creuit enim perſequentiū numerus creuit malus zelus: quia abundat iniquitas et frigeſcit charitas ecce cōfortant qui perſequunt et nō eſt qui reſiſtat. Expectat dominus patientiā ſeruorum ſuorum et interim certantibus preparat coronā et perſequentibus penam. Et ne liberationē corporis intelligeres ideo addidit.

Educ de cuſtodia animā meā ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas mihi.

Educ de cuſtodia animā meā) id eſt de preſſura mūdi huius vel corruptiōe carnis in qui bus tanquā in carcere vel cuſtodia tenet et anguſtiat felix anima. Cupit enim diſſolui et eſſe cum chriſto et nō valet ſed felix erit ſi interim luget nam beati qui lugent quoniam ipſi conſolabunt. Educ inquā (ad confitendū) id eſt vt confitear (nomini tuo) confeſſione laudis perpetue cum beatis (quia me expectant iuſti) ſcʒ ſancti (donec retribuas mihi) premiū glorie cum ipſis. Illi enim qui iam ſunt in anima glorificati expectāt iuſtos ſequentes quantū ad corporū glorificationē. omnes enim cōmuniter hanc recipiant retributionem. In iſta ergo cuſtodia detenti debemus eſſe vigiles ne nos premat torpor negligentie ne nos grauet ſomnus ignorantie: penſemus quomō rei ſe habeant in carceribus quantū gemāt fleant peniteāt de ſuis reatibus quantū emendare velint ſi poſſint quātum timeant et ſuſpecti ſint vt iudex veniat et reos ad promerita tormenta protrahat. Sic ſtudeamus et nos in iſto penali carcere mala noſtra deflere et penitendo punire. Miſericors iudex noſter penitentiā noſtrā libēter ſuſcipit et ſi nos punimus ipſe nō punit ſi nos nō parcimus ipſe parcit. Uel in perſona chriſti poſſunt omnia accipi. Ipſe enim cū penderet in cruce magna voce ad patrē clamauit dicens. Hely hely etc. et ſimiliter ad eum deprecatus eſt. Effudit etiam offerendo patri ſuo ſimul orationē et paſſionem et ipſa tribulatio paſſionis magna ad patrē eſt virtus oratiōs. In ipa quoque tribulatione deficiendo inclinato capite emiſit ſpiritum. et quia tunc impletū eſt quod de eius incarnatione et paſſione predixerant ſcripture quod etiam in illa voce intelligimus qua dicit conſūmatum eſt apte ſubiungit quia cognouit ſemitas eius id eſt vitā et doctrinā eius approbauit. Abſconderunt iudei laqueū chriſto inierūt enim conſiliū quomō eum dolo tenerent et occiderent. Conſiderauit etiam in paſſione ſuos diſcipulos qui ad dexteram eius erant quia eos vt ad dexteram ſuam in iudicio ſederent elegerat et videbat ſi quis in fide remaneret et non erat qui eum cognoſceret alijs fugientibus ſolus chriſtus comprehenſus eſt et ductus ad iudiciū et nullus requirebat eum ad cōſolandū. Clamauit ad dominum ſuum quia ſpes eius erat et pars in terra viuentiū intendit ad deprecationē ſuam et eruit eum a perſequentibus ipſum qui intra ſuper eum cōfortati ſunt vt dei filiū crucifigerēt. Et eduxit de cuſtodia id eſt de ſepultura in qua cuſtodiebatur animā eius. i. carnē anime reddendā et ceperūt confiteri nomini eius qui ante blaſphemabant. Surrexit et aſcendit in celum et ſedet ad dexterā patris quem expectant iuſti donec veniat ad iudiciū et retribuat eis vitā eternā.

Oratio.

Deprecantes dn̄e voce humili maieſtatem tuam expoſcimus vt adiuta a te ſpe noſtra portionem cum electis tuis in terra viuentiū ſortiamur. Per do.

Pſalmus de penitentia et oratione exiſtentis in graui perſecutione et tentatione ac rogantis dominū vt ſibi ferat auxilium.

**DOmine exaudi orationē meam: auribꝰ percipe obſecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iuſticia.**

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus pſalmus dauid. quando perſequebatur eum filius eius. Et eſt ſenſus pſalmus iſte eſt dauid agēs de eo quod ſignificatū eſt tunc quādo pſequebatur eum filius eius abſolon. Dauid chriſtum ſignificat ⁊ corpus eius. abſolon vero iudam vel pſecutores aut prauos motus. Sicut ergo abſolon dauid: ſic iudas pſecutus eſt chriſtū ſic et falſi fratres pſequuntur eccl'iam ſic ꝙ illiciti motus animā et praua operatio vnūquēqꝫ vnde ſicut in p̄cedenti pſalmo ſic et hic a pſequētibꝰ liberari petit. Specialiter aūt in hoc pſalmo eſt vox anime penitentis: dn̄m ꝓ remiſſione pctōꝝ exorantis ꝓ eo quod pſecutus eſt eam filius ſuus id eſt pctm̄ a ſe genitū. Materia: lamētabilis petitio exiſtētis in graui pſecutione inimicoꝝ vel tentatōne illicitoꝝ motuū ſeu operū. Intentio monere ad penitētiam et orationē. Sententia in generali ꝓpheta in iſto pſalmo in pſona chriſti vel cuiuſlibꝫ fidelis exiſtentis in graui perſecutione inimicorum viſibiliū ſiue inuiſibiliūꝫ vel graui tentatione illicitoꝝ motuū aut operuꝫ clamat ad dn̄m orans vt ſibi ferat auxiliū. loquitur aūt ꝓpheta in pſona totius chriſti nunc pro capite nunc ꝓ membris. Sententia in ſpeciali ad orandū ergo monens prius in perſona corporis dicit D. (Dn̄e exaudi orationē meā) in appetēdis vtilibꝰ et honeſtis (auribꝰ) id eſt auditu clementie (pcipe obſecrationē meā) in repellēdis inhoneſtis et noxijs ⁊ nec verax ⁊ iuſtus appareas (in veritate tua) id eſt in veritate ſermonis tui quo tu qui es veritas cōuerſis veniam ſpondes (exaudi me) nō in meritis aut operibꝰ meis ſed (in tua iuſticia) qua penitentibꝰ ⁊ ſe accuſantibꝰ indulges ⁊ impiū iuſtificas. de miſericordia enim eſt infuſio gratie que facit penitere ſed de iuſticia eſt vt cum penitens fuerit ei parcat ⁊ cum audiat ⁊ ne eum iudicet qui ſe iudicat et damnat. Unde ſubdit.

**Et nō intres in iudiciū cum ſeruo tuo: qꝛ nō iuſtificabitur in ꝯſpectu tuo omnis viuens.**

Et nō intres in iudiciū) id eſt ad diſceptandum iudicialiter (cuꝫ ſeruo tuo) ſcꝫ mecū id eſt nō diſtricte mecū agas in futuro qꝛ reus mul ſum et non punias me ſcōm rigorem iuſticie miſcōia egeo: pacem quero (qꝛ nō iuſtificabitur) id eſt iuſtus ex ſe appebit (in ꝯſpectu tuo) et corā te (omnis viuēs) ſiue vita nature ſiue vita gratie ſiue etiā vita glorie nam ⁊ ſancti magis de miſcōia ei⁹ ꝙ̄ de meritis ſuis iuſti ⁊ ſancti ſunt. ſtelle enī ſeu aſtra id eſt angeli nō ſunt mundi in ꝯſpectu eius. Et neceſſe eſt vt exaudias et liberes.

**Quia pſecutus eſt inimic⁹ animā meā: humiliauit in terra vitā meā.**

Quia pſecutus eſt) aperte ſeuiendo vel occulte inſidiando (inimicus) ſcꝫ diabol⁹ vel homo iniquus (animā meā) inferēdo pſecutionē vt animaꝫ a iuſticia ſepararet pſecut⁹ eſt plane et diabolus animā chriſti ⁊ iudas animā magiſtri. Et nunc ad perſecutionē corporis chriſti idem diabolus manet iudas autē iude ſucceſſit (humiliauit) ⁊ deiecit quantū in ſe eſt (in terra) id eſt in terrenis (vitā meā) id eſt conatur eam pducere ad terrā. Quia hoc nobiſcū agit quiſquis nos pſequitur vt relicta ſpe celeſti terrena ſapiamus ⁊ pſecutori cedentes terrena nō celeſtia diligam⁹ et queram⁹. Et.

**Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatū eſt cor meū.**

Collocauit me) inimic⁹ quantū ad ſe et ſuā putationē (in obſcuris) id eſt in tenebris viciorum vt acquieſcerē opibꝰ tenebraꝝ (ſicut mortuos ſeculi) .i. ceteros deſperatos quos amor ſeculi ſepauit ab amore dei. Si quis peccans nō agit penitentiā hic mortu⁹ eſt ſeculi hoc ergo putauit inimicus ꝙ nō ago penitentiā pro peccatis (et anxiatus eſt ſup me) ad deū extenſus ⁊ viſa miſeria refugiū querens (ſpirit⁹ meus) dolens ꝓ peccatis (et in me turbatū eſt cor meū) ad penitentiā ⁊ ꝓpter cōſcientiā qꝛ peccaui. chriſtus etiā ꝓ nobis mortuus eſt ⁊ in ſepulchro tanquaꝫ in tenebris ſicut mortuus ſeculi collocatus. Et anxiatus eſt in eo ſpiritus eius ſcōm illud. Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem. Cuius etiam cor turbatū eſt hoc eſt apl'i quos vehementer tanqꝫ cor dilexit in eius paſſione turbati ſunt. Deinde loquitur corp⁹ tm̄. D.

**Memor fui dierū antiquoꝝ meditatus ſum in omnibꝰ opibꝰ tuis: in factis manuum tuarū meditabar.**

Memor fui dierū antiquoꝝ) id eſt ad memoriam reduxi dies antiquos in quibꝰ angelos ⁊ primos parētes alioſqꝫ p̄uaricatores puniuiſti in quibꝰ etiam innocentes a malis tribulari pmiſiſti et inde timui ſed ad conſolationem meaꝫ (meditatus ſum in omnibꝰ operibꝰ tuis) ſcꝫ creatiōis recreatiōis ⁊ glorificatōis et

(in factꝭ manuū tuaꝝ meditabar) qꝛ quecūq̧ bona facimꝰ nō nature dona ſunt ſed grē et in deꝯſolationē accepi. reſpice ergo cōditoꝛē tue vite et ſubſtātie ac iuſticie ⁊ ſalutis auctoꝛē. me ditare in facturis manuū eius qꝛ nō ſolū creaturā ſed et iuſticiā et quicquid in te boni eſt ad manuū eius facturā inuenies pertinere ⁊ ab illo factū eſſe ipſe enim qui omnia quecūq̧ voluit fecit ipſe eſt qui operat̄ in nobis et velle et operari ꝓ bona volūtate. Et cum viderē om̄e bonū eſſe a te dicit eccl̄ia.

**Expādi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.**

Expandi manus meas ad te) in oꝛōne foꝛmam crucis ſignificans que eſt ſalus. Uel (expandi manus meas) .i. dilataui affectꝰ vl̄ opera que pꝛius erant ꝯtracta (et anima mea) que per ſe eſt (ſicut terra ſine aqua) ⁊ ſitiens imbꝛē gratie ad fructificandū (tibi) beret vt eam compluas et ſic faciat fructū nō mihi qui eam rigare nō poſſum ſicut terra ſine aqua ſitit ⁊ querit imbꝛem ita et anima mea deſiderat et ſitit te deum ſuum. Deum eſt ſitire tuū eſt irrigare. Complue ergo me ad faciēdum fructū bonū qꝛ ſine te nihil poſſum. Et qꝛ ſitio ideo.

**Velociter exaudi me dn̄e: defecit ſpiritus meus.**

Velociter) et cito (exaudi me) o (dn̄e) et miſerere mei qꝛ enim differebas ad inflāmandū deſideriū ac ſi differret̄ pluuia ad inflāmādā ſitim ideo iam da qꝛ ſitit anima mea. Exaudi inq̄ꝫ qꝛ (defecit ſpiritꝰ meꝰ) id eſt qꝛ nō ſum ſuperbus: in quo enī viuit ſpiritus ſuus ille ſpiritu ſuo eſt ſuperbꝰ. Ideo impleat me ſpiritus tuus qꝛ deficit meus. factus ſum iam pauper ſpiritu: fac me beatū in regno celoꝝ. Et qꝛ nō ſum ſuperbꝰ.

**Non auertas faciē tuā a me: et ſimilis ero deſcendentibꝰ in lacū.**

Non auertas faciē tuaꝫ a me) iam humili. auertiſti a ſupbo ⁊ factus ſum cōturbatus red de humili vt ſim ꝯſolatus (et) id eſt qꝛ ſi quod abſit auertas (ſimul ero deſcendētibꝰ in lacū) id eſt in ꝓfundū maloꝝ qꝛ a quibꝰ auertis eos in tenebꝛas et ꝓfundū deſcendere dubiū non eſt in hoc ꝓfundū pctōꝛ cum venerit ꝯtemnit et ꝯfeſſio ab eo perit. Ille enim in ꝓfundū deſcendit qui etiam ꝯfeſſionē perdit ⁊ ſine ſpe venie peccare nō metuit. Talis non audit dn̄m dicentē ꝯuertimini ad me et ego conuertar ad vos: ne ergo in hoc ꝓfundū decidā.

**Auditā fac mihi mane miſcdiam tuam: qꝛ in te ſperaui.**

Auditā fac mihi) id eſt fac me audire (mane) id eſt celeriter ⁊ ſine tardatōe (miſcdiā tuā) vt eam cito in me experiar. Uel (mane) .i. poſt noctem peccatoꝝ vt pctā relaxes et miſcdiam oſtendas. Uel (mane) .i. in exoꝛtu eterne diei ſcꝫ poſt finem ſeculi cum videbimꝰ quod modo credimus (miſcdiam tuam) dicendo venite benedicti patris mei (qꝛ in te) ſcꝫ ſolo (ſperaui) et ſpem firmā poſui qui nō deſeris ſperantes in te. Et quia nō ſufficit ſperare ſed opus eſt et aliquid agere quod quia per me nō poſſum ideo pꝛecoꝛ.

**Notam fac mihi viam in qua ambulē: qꝛ ad te leuaui animā meā.**

Notam fac mihi viam) docens me q̄d mihi ſit appetendū quid vitandū (in qua ambulem) itinere recto ad patriā ⁊ a qua nō declinē et hac fiducia hoc peto (qꝛ ad te) ſupernū fontem per ſpem (leuaui) nō ad mundū inclinaui (animā meam) vt per te illuminet̄ ⁊ tua gratia impleat̄. Quia enim apud te eſt fons vite. tan q̄ꝫ vas ad fontē animā meaꝫ attuli ⁊ leuaui ad te imple ergo me. Et ideo.

**Eripe me de inimicis meis dn̄e ad te cōfugi: doce me facere voluntatē tuam qꝛ deus meus es tu.**

Eripe me de inimicis meis) ſcꝫ viſibilibꝰ et inuiſibilibꝰ qꝛ o (dn̄e ad te) patrem et patronū qui es foꝛte ⁊ ſecurū refugiū (cōfugi) refutans quēcunq̧ ꝓtectoꝛē alium (et doce me facere voluntatē tuā) vt poſſim frangere voluntatē meā. Non ait doce me ſcire ſed facere: ſcire enim et nō facere pena eſt magis q̄ꝫ virtus (quia deus meus es tu) qui me creaſti et recreaſti cui totuꝫ debeo qd ſum. deus omniū per potentiā meus per gratiā: mea gloꝛia mea vita: mea hereditas: et ideo doce me vt magiſter meus qꝛ non eſt mihi doctoꝛ alius. Clauſulaꝫ iſtam docuit quidam religioſus alios ſemper ruminare ꝓ oꝛatione ſcꝫ doce me facere ⁊c̄. Et vtiq̧ docebis me. Quia.

**Spūs tuus bonus deducet me in terram rectā: ꝓpter nomen tuū dn̄e viuificabis me in equitate tua.**

Spiritus bonus tuus deducet me) viam rectam oſtendendo ⁊ in via adiuuando (in terram rectam) ſcilicet viuentiuꝫ in qua nihil eſt obliquum quia ſpiritus meus malus deduxit me in terram peruerſam et obliquam et quia occidit me peccatū meum (ꝓpter nomen tuuꝫ) o (domine) vt inde laudetur vel vt rem nominis tui impleas qd eſt ieſus (viuificabis me) per ſpiritū tuum vita ſcꝫ gratie ꝑ cuius virtutē

veniã ad vitam glorie et hoc (in equitate tua) id eſt in mandatis tuis omnia enim mandata tua equitas. q. d. qꝛ perij in prauitate mea fac me viuere in equitate tua. Uel (in eq̃tate) et iuſticia nõ mea ſed tua quem decet ſupplices viuificare quos demones vides ĩpetere. Et data venia.

**Educes de tribulatõe animã meã: et in miſcðia tua diſperdes inimicos meos.**

Educes de tribulatõe) huius ſeculi ⁊ p̃ñtis vite quaſi de carcere (animã meã) in te ſolo ſperantem. Tota vita preſens ſanctis viris eſt tribulatio etiaꝫ ſi pſperent̃ in hoc ſeculo ⁊ q̃diu in hoc ſeculo pegrinant̃ tribulant̃ etiã ſi terrena felicitate fulciant̃ qꝛ nõ habent hic manẽtem ciuitatẽ ſed futurã in celo requirũt p̃ñtem miſeriã mẽte calcant ſed totis deſiderijs ad celeſtem patriã anhelant (et in miſcðia tua) non in mea iuſticia vel merito (diſperdes) hic (inimicos meos) viſibiles ⁊ inuiſibiles vt ꝯtra me nõ poſſint preualere.

**Et perdes omnes qui tribulant animã meã: qm̃ ego ſeruus tuus ſum.**

Et) in futuro iudicio (pdes) penis ppetuis deputando (oĩs qui tribulant) nunc (animã meã) et vitã tentationibꝰ moleſtando vel iniurijs affligendo ſcꝫ diabolũ et oĩs obſtinatos et merito diſperdes ⁊ pdes oĩs illos meqꝫ liberabis ⁊ ſaluabis (qm̃ ego ſuus tuꝰ ſuꝫ) deditus ⁊ mancipatus tuo ſeruicio ⁊ ad nutũ obediens tuo imperio quem ipi tribulant ⁊ pdere feſtinant.

Oratio.

Deus qui matutinã ſacre reſurrectõnis tue auditã feciſti iocunditatẽ cum ex inferno rediens repleſti terrã gaudijs quam reliqueras in obſcuris rogamꝰ potentie tue ineffabilẽ maieſtatem: vt ſicut tunc cateruã apoſtolicã gaudere feciſti in anaſtaſi ita hanc eccl'iaꝫ tuam miſcðiam expanſis manibꝰ flagitantẽ ſplendore celeſtis iubaris illuſtrare digneris. Qui vi.

**Pſalmus de gr̃a⁊ actõne p victoria et beneficijs exhibitis in tentatõe et pugna cum multis et varijs inimicis.**

ps. Cxliij.

**Benedictus dominus deus meꝰ q̃ docet manus meas ad preliũ: et digitos meos ad bellũ.**

Auctor pſalmi pp̄ha dauid. Titulus pſalmus dauid aduerſus goliã. Et eſt ſenſus pſalmus iſte eſt dauid pp̄hete qui hic loquit̃ in ſua vel totius chriſti pſona pſalmus dico habitꝰ aduerſus goliã id eſt cõtra goliã figuralẽ et ſpiritualeꝫ quia hic agit dauid de ſua figurali et chriſti myſtica victoria ⁊ precat̃ vt ille veniat qui diabolũ vincat ⁊ ſuos liberet. Dauid eniꝫ qui figuraliter vicit goliã ſignificat chriſtũ qui ſpiritu[a]liter vicit diabolũ ⁊ docuit ſuos vincere. Sicut autẽ filijs iſrael exeuntibꝰ de egypto occurrerũt bella in heremo ſic exeũtibꝰ de peccato occurrit ꝯflictus cum diabolo. In precedenti ergo pſalmo egit de egreſſu a pctõ p penitentiã hic agit de bello cõtra hoſtiũ inſtantiam. Materia: gratia⁊ actio p beneficijs exhibitis in tentatõe ⁊ pugna. Intentio: monere ad gratia⁊ actionẽ p victoria de hoſtibꝰ ꝯſecuta. Sententia in generali pp̄heta in iſto pſalmo in pſona cuiuſlibet fidelis diuino adiutorio habita victoria in bello de hoſtibꝰ viſibilibus ſeu inuiſibilibꝰ ſurget ad laudẽ dei auxiliantis. Sententia in ſpeciali dauid ergo nõ inſoleſcens de victoria ſed humiliter gr̃as agens deo ait. (Bñdictus) ſit (dñs) rector (deus) creator omniũ ſed (meus) ꝓprie cui me ſubieci ⁊ dedi qui me cum vicijs ⁊ inimicis pugnare ⁊ eis reſiſtere docuit ideo ſubdit̃ (qui docet manus meas ad preliũ) quod fit de ꝓpinquo vt eſt infeſtatio carnis (et digitos meos ab bellum) qð fit a remotis vt eſt impugnatio mundi ⁊ demonis. In primo bello qð p manus corpori magis ꝓpinquas intelligit̃ docet fugere. In ſecundo quod per digitos magis remotos viriliter reſiſtere vel p manus operationẽ p digitos diſcretionẽ ac diuiſiones opatõnis ⁊ gratia⁊ deſignat. Deinde oſtendens hoc ſibi eſſe ex gratia nõ ex viribꝰ ſuis ſubdit ipe eſt.

**Miſcðia mea et refugiũ meũ: ſuſceptor meus et liberator meus.**

Miſcðia mea) inuocatõe ⁊ faciens miſericordiã in me cuius eſt ꝓpriũ miſereri et parcere. Uel (miſcðia mea) id eſt qui dat vt miſericors ſim et ſic vincã. qꝛ de nullo ſic vincit̃ inimicus vt de miſcðia que conſiſtit in duobꝰ ſcꝫ in dando elemoſynã ⁊ in dimittendo iniuriã. vnum enim remediũ eſt de tantis piculis euadendi vt dimittamꝰ ſicut nobis dimitti volumus. et adiuuemꝰ in quo poſſumus alios: ſicut et nos in quo nõ poſſumꝰ cupimꝰ adiuuari (et refugiũ meũ) quaſi turris in omnibꝰ periculis et aduerſis (ſuſceptor meus) tanq̃ pater miſericordia⁊ ⁊ pius conſolator ne cadam (et liberator meus) ab inimicis et omnibꝰ malis ne in via heream. Et

**Protector meus et in ipſo ſperaui: qui ſubdit populũ meum ſub me.**

Protector meus) in inſidijs ⁊ in bellis ne ſe

nar. Ecce tot noib appellaṫ deus quot bñfici
orum eius ſunt noīa hec ergo bona fecit mihi
dñs (et) ideo (in ipo ſperaui) in omnib labori
bus meis ⁊ prelijs ne cōfundar. (qui ſubdit
ꝑp̄l'm meū ſub me). i. motus animi rebelles vt
ratio dñetur in regno aīe ⁊ deſideria praua le=
gi mentis nō repugnēt ne peream. habem⁹ in
nobis ꝑp̄l'm aduerſum illicitos motus ⁊ car=
naliū deſiderioꝝ et cogitationū tumultus quē
ꝑp̄l'm nobis ſubijcit dñs qñ nos ei ſubiecti ſu=
mus poſt tot aūt bñficia cōſiderans miſericor
diam dei erga hoīem admiraṫ et dicit. hec be=
neficia homini das et o

**Dñe quid eſt homo quia innotuiſti ei: aut filius hoīs qꝛ reputas eum.**

Dñe quid). i. cuius precij quanti meriti (eſt
homo) qui ꝑ ſe fragilis eſt ⁊ peccator (qꝛ inno
tuiſti ei). i. innoteſcere te ei voluiſti ꝑ filij tui hu
manitatē ⁊ pñtiā corꝑalē. q. d. qui ꝑ ſe nihil
eſt ꝑ te dignū quid eſt: totū enī qđ eſt inde eſt
qꝛ ei innotuiſti et ad ei⁹ noticiā deueniſti (aut)
quid eſt ſcȝ ꝯꝑatione tui (filius hoīs) ſcȝ virgi
nis. i. homo chriſtus (qꝛ reputas eū) ac tantū
facis et in tanta dignitate cōſtituis. nō ſic eſti=
mat deus hoīem vt homo. homo enī qñqȝ ca
rius emit equū qȝ hoīem: deus aūt ꝓpriū filiū
ſuū ꝓ hoīe tradidit ad mortē. Deinde poſt tan
tam gr̄am cōſideratam reuertiṫ ad fragilitatē
hūanam. Et qꝛ dixerat qđ eſt hō adiūgit.

**Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra pretereūt.**

Homo) qui prius fuit veritati ſil'is poſtea
peccando (vanitati ſil'is factus eſt). i. nullius
momenti. in ſe vanū eſt enī oīne tranſitorium
qđ de ſua ſubſtantia cadens vt fumus euane=
ſcit ita ⁊ hō tabeſcit. vñ ſubdit (dies eius). i. vi
ta eius momētanea (ſicut vmbra) que ſubito
diſparet (pretereūt) ſcȝ velociter ꝓpter eius fra
gilitatem. non enī habet firmitatem manendi
ſicut nec vmbra. vñ apl's. Que eſt vita nr̄a va
por eſt ad modicum parens. Et Aug⁹. Quid
eſt viuere niſi de vita tranſire? Deniqȝ corpus
chriſti pugnans in hoc ſeculo inuocat adiu=
torium dñi cum ſubiungit.

**Dñe inclina celos tuos et deſcēde: tange montes et fumigabunt.**

Dñe inclina celos tuos). i. contempla hoīb
apl'os ⁊ p̄dicatores vt inclinati ⁊ hūiliati di=
cant ⁊ cōmendant alijs excellentiā tuā (et) per
eos (deſcende) in noticiā alioꝝ et (tange) timo
re tuo ⁊ gr̄a (montes). i. ſuꝑbos et elatōes terre
nas (et fumigabūt). i. fumū emittent confiten=
do peccata ſua cum cōpunctione lachrymo
ſa ſicut fumus excitat lachrymas et extorquet
Magnus fumus eſt indiciū magni ignis et
magnū hoſpitē aduenīſſe ſignificat: ita mens
interius ꝑ gr̄ā attenſa totā trinitatem ad men
tem veniſſe deſignat. Cōtra eos aūt qui con=
ſpirauerunt cōtra te et bonos.

**Fulgura chorruſcatōē ⁊ diſſipabis eos emitte ſagittas tuas et ꝯturbabis eos.**

Fulgura). i. clarifica ⁊ demonſtra (choru=
ſcationē). i. tue virtutis euidentiā hoc eſt exer=
ce ⁊ oſtende terrentia ⁊ fulgentia miracula (et)
ſic (diſſipabis eos) ab inuicē ⁊ ſolueṫ eoꝝ ꝯſpi
ratio q̄ erant colligati in malo qꝛ crebris mira
culis territi nil audebūt cōtra te ⁊ tuos (et emit
te) ꝯ̄ eos (ſagittas tuas). i. v̄ba tua ⁊ ſ̄mōes pe=
netratiuos de pharetra ſacre ſcripture (⁊ ꝯtur
babis eos) ad pñiam ſalutarē dicta tua feriāt
cor eoꝝ vt ꝯturbenṫ ſalubriter vulnerenṫ ma=
le ſani vt ſanenṫ bene vulnerati. Deinde ꝓpha
in ꝑſona eccīe ſcđm chriſti aduentū precatur.
q. d. Ita fac modo in fine autē.

**Emitte manū tuā de alto: eripe me et libera me de aquis multis: et de manu filioꝝ alienoꝝ.**

Emitte manū tuā). i. chriſtū qui manus di
citur qꝛ omnia ꝑ ipm facta ſunt (de alto). i. de
celo vbi tecū eſt vt ad iudiciū veniat et ꝑ illam
manū (eripe me ⁊ libera me de aquis multis)
id eſt ꝑſecutionib ⁊ tentatōib impetuoſis ma
gniſqȝ ꝑiculis ī quib me exercebas atqȝ eruē
dum a ſordib voluebas. he ſunt aque ꝯtradi=
ctionis a quib eruit dñs ſuos (et de manu). i.
ꝑtāte (filioꝝ alienoꝝ) nō vere filioꝝ ſcȝ demo=
num ⁊ eoꝝ ſequaciū qui ſunt filij dei ꝑ creatio
nem ſed alieni ab eo ꝑ rebellionē. Iſti ſunt.

**Quoꝝ os locutū eſt vanitatē: et dextera eoꝝ dextera iniquitatis.**

Quoꝝ os locutū eſt vanitatē), ꝑmittentes in
tꝑalib beatitudinē (⁊ dextera eoꝝ). i. operatio
quam reputant dexterā eſt (dextera iniq̄tatis)
et ſiniſtra. qꝛ oꝑa ſiniſtre reputant dextere vtrū
qȝ condemnat eis ⁊ os ⁊ manus hoc eſt ſcien=
tiam qꝛ vanitatis ſcientia eſt et oꝑa qꝛ ſiniſtra
ſunt dextera iſtis eſt ſiniſtra. Silr̄ et in illis q̄
oꝑa ſp̄ūalia faciūt intuitu mercedis tꝑalis bo
ni vero et ꝑfecti oꝑa nature neceſſaria ⁊ vſum
tꝑaliū referūt ad deū ⁊ eis ſiniſtra eſt dextera ⁊
iſtis omnia ſunt meritoria ſed imꝑfectis ſuffi=
cit qđ nō ſunt demeritoria. Ita illi. Sed inter
verba ⁊ facta eoꝝ. P.

**Deus canticū nouū cātabo tibi: in pſalterio decacordo pſallā tibi.**

Deus) ego (canticū nouū cantabo tibi). i.

noui hoīs ſcꝫ canticū noui teſtamenti canticū de noua grā qḋ nouo homini chriſto cōgruit per quē etiaꝫ omnia innouant̃. Sed ne putes grām a lege diſcedere. poſt canticū nouū ſubiungit (in pſalterio decacordo pſallā tibi). i. in lege ꝛ impletōe decē pceptoꝝ ibi tibi pſallam ibi tibi opabor: ibi tibi gaudebo: ibi tibi cāticum cantabo: cum ꝯcordia charitatis. qꝛ plenitudo legis eſt charitas qua qui caret pſalterium portare poteſt cantare nō pōt.

**Qui das ſalutē regibꝫ qui redemiſti dd̄ ſuū tuū: de gladio maligno eripe me.**

Qui das ſalutē regibꝫ) vel terrarū vel animarū vel corpoꝝ ſed nō tenebrarū. Tu es enī tantus ac talis rex vt alij reges nō poſſint ſaluari niſi p te. tu es rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū (qui redemiſti). i. tanquā redemptū liberaſti a malis (dauid ſeruū tuū) de gladio ſaul ꝛ golie. redemiſti quoqꝫ chriſtū tuū totū. ſ. caput de gladio diaboli ꝛ iudeoꝝ ꝛ membra de pūaricatōne prima. Silr̄ etiā (de gladio maligno) hoīs vel demonis. i. mortifera pſuaſione eoꝝ quoꝝ lingua eſt gladius acutus (eripe me) ne mihi valeat nocere.

**Et erue me de manu filioꝝ alienoꝝ q̄rū os locutū eſt vanitatē: ꝛ dextera eoꝝ dextera iniquitatis.**

Et erue me de manu). i. ptāte (filioꝝ alienoꝝ). i. hoīm maloꝝ q̄ ſunt filij dei qꝛ ad imaginē eius facti ſed ab eo p pctm̄ alieni (quorū os locutū eſt vanitatē). i. mendaciū ad bonoꝝ deceptionē (et dextera eoꝝ) eſt (dextera iniquitatis) eſt enī ſemp extenſa ad operandū iniqua vel qꝛ terrena habent p dextera hac repetitōe verboruꝫ reddit iniquos deteſtabiliores. Et q̄ ſint iſti qui hec faciūt exponit ſubdens.

**Quoꝝ filij ſicut nouelle plantationes: in iuuentute ſua.**

Quoꝝ filij) ſunt (ſicut nouelle plantatōnes in iuuentute). i. nouitate (ſua) qꝛ abundant in filijs qui florent et ſunt incolumes ſicut nouelle plantatōes ꝛ tm̄ ſtudiuꝫ exhibent nutriēdis filijs quantū agricole impendūt plantandis nouellis ꝛ ſubiūgit etiā de filiabꝫ. d.

**Filie eoꝝ compoſite: circūornate vt ſimilitudo templi.**

Filie eoꝝ) ſunt (compoſite) et (circūornate vt ſimilitudo). i. ad ſimilitudinē (templi) et cōparabiles eius ornatui. ſunt enī curioſe ornate auro gēmis ſerico ꝛ hmōi ſicut templū ſolet ornari. Deinde ſubiungit de alijs pſperitatibus ꝛ huius ſeculi felicitatibꝫ que etiam ad vocum ſuccedunt eis.

**Promptuaria eoꝝ plena eructantia ex hoc in illud.**

Promptuaria) et cellaria (eorū) ſic dicta qꝛ inde pmunt̃ victui neceſſaria ſunt (plena) et abundant intm̄ q ſunt (eructantia). i. tranſfundentia ex nimia plenitudine ꝛ abundantia (ex hoc in illud). i. ita ſupabundant vt neceſſariū ſit pter copiā tranſferre aliqua de vno vaſe in aliud vel de vno loco in alium.

**Oues eoꝝ fetoſe abundantes in egreſſibus ſuis: boues eoꝝ craſſe.**

Oues eoꝝ) ſunt (fetoſe). i. fetibꝫ plene nō ſteriles ꝛ infecunde (abundantes in egreſſibꝫ) et exitibꝫ (ſuis) ſcꝫ ptubꝫ vel lacte ꝛ lana ꝛ hmōi que dicunt̃ egreſſus vel exitus qꝛ egrediunt̃ et exeunt ab eis (boues eoꝝ craſſe) vl' craſſi vt ſit generis cōmunis. i. pingues ocio nō macri labore vt his que affluunt diuitijs vbi oſtendit eos caducis rebꝫ inherere ꝛ affluētia rerū gaudere. Et tāta felicitate ſcl'i gaudēt q apō eos.

**Non eſt ruina macerie neqꝫ trāſitus: neqꝫ clamor in plateis eoꝝ.**

Non eſt ruina macerie). i. clauſure muroꝝ vt cito diſſoluat̃. Maceria ꝓprie eſt q̄ de ſolis ſaxis ſine cemento fit in vineis vel in hortis. ſꝫ adeo pſperi ſunt q nec illa ruit eis. vl' maceria accipit̃ hic p muro vrbis (neqꝫ tranſitus) vbi hoſtes faciliter intrare poſſint ꝛ per ꝯn̄s (neqꝫ clamor) turbidꝰ vel tumultꝰ turbatōis q̄ interrumpat eoꝝ quietē eſt (in plateis) et vrbibꝫ (eorum) ex ſubito incurſu hoſtiuꝫ ſed pax quieta per totū nihil aduerſi eis ꝯtingit. omnia pſpera ſunt. Enūerauit ergo felicitateꝫ eoꝝ que eſt dextera eorū. felicitas eſt plane talia poſſidere ſed ſiniſtra naꝫ tpalis ꝛ corruptibilis eſt. Ideo os eoꝝ locutū eſt vanitatē dicentes in his terrenis eſſe beatitudinē ꝛ dextera eoruꝫ dextera iniquitatis qꝛ in dextera poſuerunt qḋ in ſiniſtra habere debuerūt. In dextera ponere debuerunt deū ꝛ eternitatē ibi dextera ibi eſſe debet deſideriū nr̄m. Siniſtra vtamur ad tps. dexteram deſideremꝰ in eternū. Non autē iſti ideo vani ꝛ iniqui ſunt qꝛ tpalibꝫ abūdant ſed qꝛ.

**Beatū dixerūt pp̄l'm cui hec ſunt: beatꝰ pp̄l'us cuius dn̄s deus eius.**

Beatū dixerūt pp̄l'm cui hec) p̄dicta (ſunt) cui hec ꝯtingunt pſpera ꝛ a quo pellunt̃ h̄ aduerſa licet ſint miſeri qꝛ nihil eſt infelicius felicitate peccantiū. Iſti filij alieni hoc dicentes locuti ſunt vanitatē habentes tpalia que ſiniſtra ſunt p dextera id eſt pro beatitudine. his etiam abraham iacob ꝛ iſaac abundauerunt ſed ſine amiſſione et damno iuſticie. Quia

hec ꝑ ſiniſtra habuerunt. filij ergo alieni hoc dixerūt ſed corpus chriſti et filij dei dicunt ꝙ (beatus)eſt(ꝓpl's)ſolus(cui⁹ dñs)eſt volūtate ille qui eſt(deus eius)ptāte ſi qui obedit ⁊ ſeruit dño fideliter et deuote die ac nocte. Btūs ꝓpl'us eſt qui ꝑ omnib⁹ diuitijs deū poſſeſſorē et poſſeſſionē habet. Oratio.

¶ Doce nos dñe ſpiritualib⁹ armis noxialib⁹ culpis reſiſtere ne vanitati mundane ſubiecti alui iuris dñatione pellamur. Per do.

¶ Pſalmus de exhibitōe ad ꝯtinuā dei laudē ꝓpter cauſam et rationē multiplicem merito ad hoc mouentē

ps.cxliiij.

EXaltabo te deus meus rex et benedicaʒ nomi tuo in ſeculū:et in ſeculū ſeculi.

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulus laudatio ipſi dauid. Et eſt ſenſus hec laudatio fit ipſi dauid. i. chriſto qui de ſemine dauid natus eſt Ad huius autē pſalmi ꝑconia ſequētes pſalmi ꝑtinent qui cum iſto ſeptē ſunt vt eni ſepteʒ ſunt pſalmi ꝑnie ita ⁊ ſeptem ſunt hic pſalmi laudis diuine in quib⁹ ſufficiēter deus docuit quomō laudari velit ne quis in eius laude errare poſſit. Materia: allegatio rationū laudis diuine. hoc eſt: illa q̄ merito debēt excitare mē tem noſtrā ad laudandū deū magnifice. Intētio: monere ꝗ ad exhibendū hmōi laudem deo. Sn̄ia in generali: ꝓpha in iſto pſalmo in ꝑſona eccl'ie ſeptiformi ſpiritu plene poſt oīa ſu pradicta nunc in fine m'ltiplici de cauſa multipliciter deū laudat ⁊ ad hmōi laudē alios excitat. Sn̄ia in ſpeciali ꝓpha ergo in ꝑſona eccleſie laudē ꝓmittit dicēs. (Exaltabo te) .i. te notuʒ faciā et extollā laudando et p̄dicando o (deus meus) ſcʒ creator (rex) omnium et dñs. Quid eni tam laudare exaltare et bñdicere debemus ꝗ̄ deuʒ noſtrū qui nos creauit. et regē noſtrū q̄ nos ſpiritualiter regit ⁊ de nobis regnū ſuū ineternū facit (et bñdicā nomini tuo) benedictōe graꝶ actōis ⁊ laudis. Uel (benedicaʒ nomini tuo) .i. quicq̄d boni faciā gratie tue aſcribā (in ſeculū) ꝑſens ſcʒ hic (⁊ in ſeculū ſeculi) futurū ſcʒ in eternitate. lauda ergo pure modo deū ſi vis laudare ineternū. Qui enim hic nō incipit in futuro mut⁹ erit. Deinde qđ dixerat exponit dicens.

Per ſingulos dies benedicā tibi: et laudabo nomen tuū in ſeculū et in ſeculuʒ ſeculi.

¶ Per ſingulos dies) .i. iugiter et aſſidue ſine intermiſſione ſiue in letis ⁊ triſtib⁹ (benedicā tibi) q: ꝑ ſingulos dies tua beneficia recipio ſiue ergo in donis ſiue in flagell' ꝑ ſingl'os dies benedicas dñm ſcʒ vt moneris cum miſcōiter dare cum dat et miſcōiter auferre cum tollit q̄ tibi aut blandit̄ dando ne deficias aut corripit exultantē ne ꝑeas (et laudabo nomē tuū) et te nō meritū meū nec me (in ſeculū) ſcʒ hic (⁊ in ſeculū ſeculi) ſcʒ in eternū. qui eni hic ꝑ ſingulos dies deū laudat ineterno die ꝯtinue laudabit. Deinde cauſaʒ laudis ſubdit. d. Et merito laudabo q:

Magnus dñs et laudibilis nimis: ⁊ magnitudinis eius nō eſt finis.

Magn⁹) eſt (dñs) in eſſentia ⁊ ptāte ac magnitudine nō molis ſed infinite virtutis (⁊ laudabilis nimis) .i. valde ⁊ pluſq̄ dici aut cogitari poſſit ⁊ ideo nūquā ceſſes a laudib⁹ (⁊ magnitudinis eius nō eſt finis) localis vel tp̄alis q: ipſe incomꝑhenſibil' eſt loco vl' tp̄e aut etiā cogitatōe virtuſq̄ eius ⁊ ptās infinita eſt et iō laus eius finiri nō poteſt. Quia ergo ſine fine eſt magnus ſine fine eſt laudand⁹. nō eni poſt mortē deuʒ laudare ceſſabim⁹ ſed deficientes in eius magnitudine reſpiciam⁹ opa eius ⁊ de operib⁹ eius laudem⁹ operantē ſequit̄ ꝗ.

Generatio et generatio laudabit opera tua: et potentiā tuā ꝓnunciabūt.

Generatio ⁊ generatio laudabit opa tua) .i. omnis generatio ſcʒ oēs hoīes p̄ñtes ⁊ futuri laudabūt te in opib⁹ tuis in quib⁹ tu opifex cognoſceris (et) in illis operib⁹ ac intuitu coꝝ (potentiā tuā) ꝑ quem a te facta ſunt ⁊ a te ꝓtegunt̄ (ꝓnunciabūt) et alijs annūciabunt neq̄ enim opa tua laudabūt niſi vt potentiā tuā ꝓnuncient. Sancti deū laudāt in creaturis nō q: ille pulchre et vtiles ſed q: ipſe mirabilis eſt qui fecit eas nō q: aliquid poſſunt ſed q: ipſe potens eſt in illis qui eas creauit. Et ſilr.

Magnificentiaʒ glīe ſanctitatis tue loquentur: et mirabilia tua narrabūt.

Magnificentiā glorie ſanctitatis tue) .i. magnificā ⁊ glorioſam ſanctitatē tuā vicʒ ꝗ̄ magnificus ſis in natura tua ꝗ̄ glorioſus ꝗ̄ ſanctus (loquent̄) laudando ⁊ p̄dicando ⁊ docendo (et mirabilia tua) ſcʒ ꝗ̄ mirabilis tu ſis in miraculis tuis . in ſctis tuis et i omnib⁹ opib⁹ tuis (narrabūt) ſcʒ alios ad tuā laudē inducēdo ⁊ ꝓuocando . Et q: cum ſuauib⁹ terribilia ſunt pariter ꝓponenda ad timorē incutienduʒ recte ſubiungit̄.

Et virtutē terribiliū tuoꝶ dicent: ⁊ magnitudinē tuā narrabūt.

Et virtutē terribiliū tuoꝝ dicent).ſ.potentiā tui tremēdi ꝛ diſtricti iudicij ꝛ ignis eterni. nō enī ꝑdicabūt regnū eternū ꝛ tacebūt ignē ꝑpetuum. laus enī dei oſtendere debet hoīb⁹ quid diligāt et q̇d timeant quid eligant ꝛ q̇d reijciāt (et magnitudinē tuam) ſcꝫ virtutis tue (narrabunt).i.narrādo laudabūt vt auditores terreātur ꝛ a pctīs retrahanť nō enim tm̄ blandiť deus vt exhorteť ſed etiā minať vt terreat ꝛ corrigat. Et inſup.

**Memoriā abūdātie ſuauitatis tue eructabunt: et iuſticia tua exultabūt.**

Memoriā abūdantie ſuauitatis tue) ſcꝫ in beneficijs nobis exhibitis (eructabūt) et exprīment alijs.i. de corde deuoto ꝓferunt ꝛ narrabunt ſcꝫ q̄ nos oblitus nō es cū obliti te fuerimus ꝛ ꝯmonuiſti nos vt et nos te in memoriā reducam⁹. ipe enī ꝑ abundantē ſuauitatē ſuā prius nr̄i memor eſt nos in gr̄a ſua ꝑueniēdo et vocādo. Deinde nos eius (et) in (iuſticia tua) nō ſua (exultabūt) ſe ꝑ te eſſe iuſtificatos intelligentes ſe iuſticiā a te accepiſſe. Et nihil boni eſſe in ſe q̄d nō ſit a te nec potuiſſe ꝯuerti ad te niſi ꝑ te. Cui ḡ debēt q̄ ſunt illi debent ꝛ q̄ iuſti ſunt. Et merito in his laudabūt. Quia.

**Miſerator et miſericors dn̄s: patiens ꝛ multū miſericors.**

Miſerator) effectu (et miſericors) natura eſt (dn̄s) in his quib⁹ iam veniā dedit ꝛ pctā relaxauit in his autē quibus adhuc nō dedit eſt (patiens) ſcꝫ nō dānans ſed vt ꝯuertanť tolerans ꝛ ad pniam nimia longanimitate expectans ꝛ in hac nimietate patiētie eſt (multū miſericors) nō tm̄ pctā dimittendo ſed etiā dona cumulando vl' penas citra debitū minuendo et premia vltra ꝯdignū donando. diciť quidē ſm̄ reatū punire ꝛ ſm̄ meritū retribuere ſed tm̄ citra punit ꝛ vltra remunerat. Et generaliť.

**Suauis dn̄s vniuerſis: et miſeratiōes eius ſuꝑ omnia oꝑa eius.**

Suauis).i. mitis ꝛ pius eſt (dn̄s vniuerſis) etiam in impios nō exercens hic debitā ſeueritatem ſed maxīe eſt ſuauis ſe guſtantib⁹ (et miſeratōes eius) ſunt (ſuꝑ omnia oꝑa eius) q̄ q̇cquid boni operať in hominib⁹ miſericorditer operať ꝛ miſeratōe ſua omnia oꝑa que fecit ꝓtegit et in natura ſua ſuſtentāt. Deniqꝫ ſi tollis opera tua mala ꝛ in te nō remaneat niſi opus eius nō te dimittet miſeratio eius. Si autē tu nō dimittis oꝑa tua erit ſeueritas eius in oꝑa tua nō in oꝑa ſua. O quanta pctōrib⁹ dať cōſolatio totiens miſcōia repetita. Et q̄ miſeratio tua eſt ſuꝑ omnia oꝑa tua ḡ.

**Confiteanť tibi dn̄e omnia oꝑa tua: et ſancti tui benedicant tibi.**

Confiteanť tibi) o (dn̄e) cōfeſſione laudis (omnia oꝑa tua) q̄ a te ſunt creata. rationales creature ꝑ ſe laudent alie creature materiā laudandi ꝓſtent inquantū in eis relucet bonitas creatoris. Et nō ſolū hec ſed ꝛ bona nr̄a om̄ia que tua ſunt oꝑa q̄ creati ſumus a te in oꝑib⁹ bonis ꝯfiteanť tibi.i. ad laudē tuā referanť (et ſancti tui benedicant tibi).i. ꝙ ſancti ſunt tibi tribuant q̄ ꝑ te iuſtificati ſunt. Qꝫ omnia fecit ex nihilo opus fuit potētie ſed ꝙ de pctōre facit iuſtū opus eſt miſcōie. Deinde quid in cōfitendo dicant ſubdit.

**Gloriā regni tui dicent: et potentiā tuā loquenť.**

Gloriā regni tui).ſ. gloriā tue maieſtatꝭ gl'iaꝫ ineffabilē toto corde deſiderabilē (dicēt).i. ꝑdicabūt vt om̄s eā deſiderēt. H mira ꝛ admirabiľ gl'ia regni celeſtis a ſc̄tis tuis ꝑdicať ꝛ nob etiā pctōrib⁹ ꝓmittiť (ꝛ potentiā tuam) qua omnia creaſti et feciſti ac regis ꝛ ordinas omnia tam ſuꝑiora q̄ꝫ inferiora (loquenť).i. ꝑdicādo narrabunt vt omnes eam timeant. dicent inquaꝫ et loquenť vtiqꝫ ad hoc.

**Ut notā faciāt filijs hominū potentiā tuā: et gloriā magnificentie regni tui.**

Ut notā faciant).i. ꝑ hec innoteſcant (filijs hoīm potentiā tuā) qua vindicabis in malos (et gloriā magnificentie regni tui) qua coronabis bonos ꝛ ꝑ noticiā vtriuſqꝫ quidaꝫ timore pene quidā ſpe glorie ꝯuertenť. Ideo enī notam facient ne excuſatio ꝑ ignorantiā fiat ꝛ vt qui audierit credat ꝛ alteri dicat veni ꝛ ſic cortina cortinā trahat et qui crediderint iuſtificēť et ſalui fiāt. de cui⁹ regni magnitudine ſubdit.

**Regnū tuū regnū omniū ſeculoꝝ: et dominatio tua in omni generatōe et generatione.**

Regnū tuū) o deus q̇ gubernas omnia eſt (regnū omniū ſeculoꝝ).i. durans ꝑ omnia ſecula hoc eſt ſemꝑ ꝛ in eternū omnia enī ſecula regni tui dn̄atōe voluunť (et dn̄atio) ſiue ptās (tua).ſ. ꝑ quā adminiſtras hoc regnū eſt (in oī generatōe ꝛ generatōe) ꝑ ſucceſſionē.i. ꝑ om̄s generatōes vel in hac generatōne mortali que nunc eſt et in generatōe immortali que futura eſt in reſurrectiōe. felices anime que ibi eſſe poterunt ſub tua dn̄atione vbi tu eris omnia in oīb⁹ feliꝫ illud dn̄ium, vbi nihil agiť niſi ꝙ in eternū eternus ꝯditor laudeť.

**Fidelis dn̄s in om̄ib⁹ verbis ſuis: et ſanctus in omnib⁹ oꝑib⁹ ſuis.**

Fidelis) eſt (dñs in oībꝫ verbis ſuis) nam ꝓmiſſa implet ⁊ quicq̄d ꝓmiſit dedit et ꝑ data fecit fidē de ceteris dandis que ꝓmiſit. Attendit qđ ꝓmittit paratus eſto ꝙ ipe ꝑcepit agere paratus eſt ille qđ ꝓmittit donare. Qđ ſi non credis v̄bis vel crede opibꝫ omnia eñi opa eiꝰ ſctā iuſta et recta teſtimoniū ꝑhibēt de ipo. vnde ſequit̄ (et ſctūs in omnibꝫ opibꝫ ſuis) nihil eñi ab eo fit iniuſte vel inordinate ſed vt verax eſt in ꝓmiſſis ita ſctūs in opatōe. Unde audiamus aliud de opibꝫ eius. Nam.

**Alleuat dñs oēs qui corruūt: et erigit omnes eliſos.**

Alleuat dñs oēs qui corruunt) .i. corruere incipiūt ne omnino corruant ⁊ in eterna ruina mergant̄. Tale eſt illud: cū ceciderit iuſtus nō collidet̄ .i. cum cadere cepit nō ꝙ oēs alleuet ſed quicūq; alleuant̄ hoc fit ꝑ eum (et erigit oēs eliſos) .i. iam lapſos in pctīn ſi agant pniam nam quantū eſt in ſe paratꝰ eſt oēs in pctīn cadentes releuare ⁊ oēs a pctīs leſos ſanare. Uel alleuat ⁊ erigit oēs ad ſe ꝑtinentes per p̄deſtinationē. nō enim ꝑmittit eos tentari ſupra id qđ poſſunt. Et q̄ꝛ hoc facis ideo

**Oculi oīm ſperant in te dñe: et tu das eſcam illoꝝ in tpe oportuno.**

Oculi omniū in te ſperant) o (dñe) .i. ſperando a te habere vnde ſuſtentent̄ corꝑaliter ⁊ ſpūaliter in vita ad te oculos exteriores ⁊ interiores leuant (et tu das eſcam illoꝝ) corꝑalem vel ſpūalē nō paſſim ſed (in tpe oportuno) qñ expedit. nō eñi ſemꝑ danda eſt eſca. multis eñi petentibꝫ ſalubriter differt̄ dat ḡ quaſi medicꝰ egro qđ ꝯuenit ⁊ qñ ꝯuenit nō vt homo deſiderat ⁊ petit ne ſi det ei obſit. Nam.

**Aperis tu manū tuā: et imples omne animal benedictione.**

Aperis tu) in cuius ptāte ſunt omnia (manum tuā) .i. benignitatē potentie tue ꝑ bonitatis tue diffuſionē largiter tribuēdo ſicut claudere dicit̄ manū qui nihil dat (et imples omē animal) iugo tuo aptū rationale qđ pōt benedici .i. ex omni genere hoīm. omē eñi ad diuerſitatē generis ꝑtinet nō ad vniuerſitatē (benedictōne) dextre vel ſiniſtre ⁊ ꝯuenienti refectōe corꝑali vel ſpūali. q. d. et ſi nō das aliqñ das tñ in tpe oportuno differs quidē ſed nō auferſ. Et q̄ꝛ apud eum nulla eſt iniq̄tas ſubiūgit.

**Juſtus dñs in omnibꝫ vijs ſuis: et ſanctus in omnibꝫ operibꝫ ſuis.**

Juſtus) eſt (dñs in oībꝫ vijs ſuis) .i. in diſpoſitionibꝫ ⁊ voluntatibꝫ que omēs iuſte ſunt (et ſctūs) ac miſericors (in oībꝫ opibꝫ ſuis) .i. ꝓceſſibus et effectibꝫ. Et ſic vie ad diſpoſitionē ꝑtinent opa ad effectū ⁊ hec apud nos diuidunt̄ ſed apud illū idem eſt velle qđ facere. Juſtus eſt ergo et qñ cedit ⁊ qñ curat. Sic ꝯfeſſi ſunt oēs ſancti eius in tribulationibꝫ ſuis q̄ꝛ iuſta ſunt dei iudicia prius iuſticiā eius laudauerūt et ſic bñficia peruenerūt ⁊ ſiue puniat ſiue remuneret ſemꝑ miām oñdit vel puniendo citra demerita vel remunerādo vltra merita. Sꝫ q̄ꝛ in imis iaces ⁊ nō potes ad hec ꝑtingere inde qđ ſequit̄.

**Prope eſt dñs oībꝫ inuocantibꝫ eū: oībus inuocantibꝫ eum in veritate.**

Prope) et ꝓpicius (eſt dñs) qui vbiq; eſt (oībus inuocantibꝫ eum) .i. in ſe vocantibꝫ ⁊ inuitantibꝫ ⁊ ſi nō ſtatim facit eis qđ petūt. Si lōge es ⁊ nō potes aſcendere ſaltē potes clamare Inuoca dñm deū tuū ⁊ ipe deſcendet ad te ſed (inuocantibꝫ eum in veritate) .i. vere qui nihil ab eo petūt niſi ipm nō ꝑ vana deſideria que aliud querūt ꝙ̄ ipm deū. Uel (in veritate) hoc eſt in ꝯfeſſione pctōꝝ et in emendatiōe vite et in humilitate. Si eñi dixerimꝰ q̄ꝛ pctīn habemus nos ipos corrigimꝰ nō ſeducimꝰ ⁊ veritas in nobis eſt. Et tūc ꝓpe eſt ⁊ exaudit q̄ꝛ.

**Voluntatē timentiū ſe faciet: et deprecatōꝫ eoꝝ exaudiet: et ſaluos faciet eos.**

Voluntatē timentiū ſe) .i. ea que placita ſūt eis (faciet) et quibꝫ dedit bene velle dabit et ꝑficere et ſi nō facit ad horā facit tñ aliqñ. ſi tñ ideo timent vt voluntatē eius faciant hoc eſt timore filiali qui eſt annexꝰ charitati (et deꝑcationē eoꝝ exaudiet) ſi ſit de ꝑtinētibꝫ ad ſalutē ac ꝓ ſe ⁊ ꝑſeueranter (et ſaluos faciet eos) ſcꝫ a malis in futuro: hec eſt eñi deꝑcatio eoꝝ vt ſaluentur. Si ḡ modo facimꝰ voluntatē dñi faciet ipſe poſtmodū voluntatē nr̄am vt eripiat nos de hoc maligno ſeculo et ſaluet in futuro. hoc autē oñdit̄ ex eo qđ ſequit̄ q̄ꝛ.

**Cuſtodit dñs oēs diligētes ſe: et oēs pctōres diſperdet.**

Cuſtodit dñs oēs diligētes ſe) nō aliud ꝓ eo qui dilectionē eius mūdanis dilectōibꝫ p̄ferunt cuſtodit nunc eos inter tentatōes ⁊ tribulatōes inter p̄ſſuras et anguſtias ſed tūc ꝑfectius et ſecuriꝰ cuſtodiet qñ eos in eternitate ſua ſuſcipiet (et) tunc (oēs pctōres) et impios obſtinatos ⁊ in pctīs ꝑſeuerantes aut veniā delictoꝝ deſperātes aut veniā ſibi ꝑuerſe ꝓmittentes ⁊ ex ipa ꝓmiſſione a pctī ꝑpetratōe nō recedentes amoriq; eius amorē ſeculi p̄ponentes (diſperdet) ⁊ ꝯteret cū eos in ignē eternū mittet. Deinde breuiter in laude ꝯcludit. q. d. Dñi

D

omnia iſta ita ſe habent ideo ꝓ omnibꝫ ſupra memoratis.

**Laudationē dn̄i loquet̄ os meū: et benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculū: et in ſeculū ſeculi.**

Laudatōꝫ). i. laudē (dn̄i loquet̄) nunc et in futuro (os meū). i. ego ponit̄ eni pars ꝓ toto et q̄ſtas potero gr̄as rependā (et) meo exēplo (benedicat omnis caro) omnis ſexus ⁊ cōditio. i. omnis homo ſcꝫ cōuerſi ad deū hoc eſt omne corpus eccl'ie qḋ nos ſumus qui deū laudare et bn̄dicere debemꝰ ꝑ quē viuimꝰ ⁊ ſumus (nomini ſctō eius) ip̄m extollendo et glorificando et hoc (in ſeculū). i. in pn̄ti (⁊ in ſeculū ſeculi). i. in futuro hoc eſt aſſidue et ſemꝑ ac ineternū et iugiter in omni ſeculo tam p̄ſenti q̄ꝫ futuro.

Oratio.

¶ Regnator omniū ſeculoꝝ dn̄e qui ſpūalez cibuꝫ omni anime oportuno miniſtras in tp̄e ꝯcede nobis te ꝑpetualiter benedicere: tua potentia cū electis tuis fiducial'r exultare. ꝑ do.

¶ Pſalmus de laude diuina et de eo ꝙ tota ſpes noſtra et plena ꝯfidētia in deo tm̄ et nō in hoīe eſt ponēda. ps. Clxv.

**Lauda anima mea dn̄m: laudabo dominū in vita mea pſallam deo meo q̄ꝫ diu fuero.**

Auctor pſalmi ꝓpha dauid. Titulus. all'a. qḋ interp̄tat̄ laudate dn̄m. eſt eni vox exhortantis aīam ſuā ad laudandū. Materia: laus dei ac ſpes ⁊ plena ꝯfidentia in deo nō in homine ponendo. Intentio: monere fideles ad laudē dei et ad hoc ꝙ ꝯfidentia in hoībꝫ eſt fugienda ꝓpter ſaluandi impoſſibilitatē ⁊ adiutoꝝ breuitatē ſed cōfidentia in deo eſt amplectenda ꝓpter eius ſummā potentiā: ſapientiā et clementiā ſeu bonitatē. Sn̄ia in generali: propheta in iſto pſalmo cōſulit aīe ſue ⁊ ꝯſeq̄nter oībꝫ in ꝑſona ſua deū laudare monetq̄ꝫ multꝭ rōnibꝫ in hoībꝫ minime ꝯfidenduꝫ ſed totam ſpem in dn̄o eſſe ponendā. Quia eni in ſuperiori pſalmo ſe laudaturū ꝓmiſerat ⁊ multa ſunt que laudantē impediunt ideo hic et ſe ⁊ alios ad laudanduꝫ inuitat. Sn̄ia in ſpāli vir itaq̄ꝫ iuſtus aīam ſuā. i. ſuꝑior ps ſcꝫ mens et ratio inferiorē ſcꝫ ſenſualitatē: vel aīa ſcḋm rōnem ſe ip̄am ſcḋm ſenſualitatē et inſuꝑ ꝑfectus minꝰ ꝑfectos ad laudē dei excitans ⁊ exhortans ait (Lauda) o (aīa mea dn̄m) ſcꝫ creatorē tuum. q. d. quid de alijs ſatagis et ꝑ tot reꝝ ſeculariū amores te diuidis: Sta in laude dei mecū q̄d te occupat cura mortalium reꝝ. Collige te ad auctorē tuū qui te fecit hic tibi pax ⁊ ſecuritas erit. hoc dicat vnuſquiſq̄ꝫ aīe ſue lauda dn̄m tuū creatorē ad cuiꝰ facta es imaginē ⁊ ſilitudinem ⁊ quaſi huic exhortatōi acquieſcēs rn̄det aīa. d. (laudabo dn̄m) nō tm̄ lingua ſꝫ (in vita mea). i. bn̄ viuendo et (pſallam deo meo) bn̄ oꝑando (q̄ꝫ diu fuero) in bonis oꝑibꝫ ꝑſeuerando. neq̄ꝫ eni aliter digne poſſumus deū laudare niſi bn̄ viuendo ⁊ in hoc ꝑſeuerando. Deinde hortat̄ nos vt in ipſo quē laudamus ſpem noſtram cōſtituamus. d.

**Nolite confidere in principibꝫ in filijs hoīm in quibꝫ nō eſt ſalus.**

Nolite confidere) et ſpem vr̄am ponere (in principibꝫ). i. in hoībꝫ quibuſcū̄q̄ꝫ excellentibus ſcꝫ qui inter alios vident̄ magis poſſe adiuuare: et multo minꝰ ꝯfidendū eſt in alijs inferioribꝫ: et vt breuiter dicā nolite cōfidere (in filijs hoīm) q̄buſcū̄q̄ꝫ qui tp̄alia amare ſuadent (in quibꝫ). i. in q̄ꝝ ꝑtāte (nō eſt ſalus) qꝛ nec alios nec ſe ſaluare pn̄t ſed in filio hoīs in quo ſalus eſt ſperate quia dn̄i tm̄ eſt ſalus nō principū ſcl'i vel filioꝝ hoīm. Et vere nō eſt in hoībꝫ ſperandū nam vide quid de his oīb̄ꝫ tanq̄ꝫ de vno dicat̄.

**Exibit ſpūs eius et reuertetur in terraꝫ ſuā: in illa die ꝑibūt oēs cogitatōes eoꝝ.**

Exibit) eni ⁊ egrediet̄ ſcꝫ de corꝑe (ſpūs). i. anima (eius) ſcꝫ hoīs etiā malis grauibꝫ ſuis cito et ſubito qn̄ nō vult vel ſcit aut ſperat (et) exeunte ſpiritu (reuertet̄) ſcꝫ caro vl' corpus eius (in terrā ſuā) de qua originaliter in primo parente cepit iniciū (et in illa die) ſcꝫ mortis (ꝑibūt) id eſt fruſtrabunt̄ (oīs cogitatōes) et p̄ſumptōnes (eoꝝ) que in diuerſos ambitꝰ ſeculi tendebant. qꝛ exeq̄ nō poterūt qḋ ſuꝑbe ⁊ inanit̄ cogitātes ꝓpoſuerāt ⁊ nec ſibi nec alijſ ferre pn̄t auxiliū ⁊ ideo talibꝫ nō eſt intendendū. Deinde oн̄dit ꝙ in deo principal'r eſt ſperandū. d.

**Beatus cuius deus iacob adiutor eius: ſpes eius in dn̄o deo ipſius qui fecit celum et terrā mare et oīa q̄ in eis ſunt.**

Beatus) ſcꝫ eſt ille (cuiꝰ) nō homo ſed (deus iacob). i. quē coluit iacob eſt (adiutor eiꝰ) et ſuperabūdat eius qꝛ ⁊ ipſi iacob ſic fuit adiutor vt de iacob faceret iſrl'. Sic ⁊ tu hic poſitꝰ ⁊ peregrinus nōdum videns deū ſi habueris adiutorē deū iacob eris tandē de iacob iſrl' ⁊ videbis deū ⁊ ceſſabit oīs labor ⁊ gemitꝰ et interim dum in hac via gemit (ſpes eius) eſt (in dn̄o deo ip̄ius) nō in alio ⁊ ideo btūs. nam in quo eſt eius ſpes ip̄e erit eius res. ſicut ſcriptū eſt. ſpes mea es tu: portio mea in terra viuētiū.

Cuius ratio ꝯſequenter reddit et p̄mo ex diui
na p̄tāte cum dicit (qui fecit celū et terrā mare:
et omnia que in eis ſunt) et ſic pōt vbiqꝫ ſalua
re q꞉ eius ptās attigit vbiqꝫ ſed ſic nō eſt de pn
cipibꝫ vel hominibꝫ. Scd̄o ex diuina verita=
te cum ſubdit.

**Qui cuſtodit v̄itatē in ſeculū: facit iudi
ciū iniuriā paciētibꝫ: dat eſcā eſuriētibꝫ.**

Qui cuſtodit veritatē) in p̄miſſis (in ſeculū)
.i. ineternū reddendo et adimplēdo indubitā=
ter omnia que p̄mittit. hoīes aūt ſepe p̄mittūt
et fallunt. Tercio ex dei eq̄tate cum dicit (facit
iudiciū) ſcꝫ iuſtū (iniuriā patientibꝫ) .i. his q̄ iu
ſte viuūt et patiunt iniuriā que eſt iuri ꝯtraria
nam punit faciētes ꝛ remunerat patiētes: ho=
mines aūt ſepe p̄ paruo munuſculo declinant
a vero iudicio. Quarto ex dei pietate cum ſub
iungit (dat eſcā) ꝛ corp̄alē ꝛ ſp̄ualē (eſuriētibꝫ)
hanc vel illā. hoīes aūt ſepe illud tantillū qd̄
paup̄ habet ſibi ſubripiūt.

**Dn̄s ſoluit compeditos: dn̄s illumīat
cecos.**

Dn̄s ſoluit) a vinculis vl̄ pctīs (cōpeditos)
et ligatos his vel illis a cōpedibꝫ etiā mortali
tatis ꝛ corruptiōis q̄bꝫ in hoc ſeculo ligamur
eos ſoluit quoſ a mortalitate ad īmortalitatē a
corruptōe ad incorruptionē reducit. Cōpedi
tos q̄ꝫ cōpedibꝫ p̄ceptoꝝ vel ꝯſilioꝝ ſoluit red
dendo eis p̄ labore regna celoꝝ. et (dn̄s illumi
nat) viſu vel ſapīa (cecos) corp̄aliter vel igno=
rantia. Cecos q̄ꝫ illūīnat quos ab huius mū=
di tenebris ad ſue claritatis celſitudinē ſuble=
uat. Et.

**Dn̄s erigit eliſos: dn̄s diligit iuſtos.**

Dn̄s erigit eliſos) ſcꝫ claudos ſubleuādo vl̄
afflictos cōſolando. vel (erigit) p̄ hūilitatē (eli
ſos) p̄ ſup̄biā .i. ſup̄bos facit hūiles. quos eni
diabolus elidit dn̄s erigit. Eliſi ſunt qui p̄ ſu=
perbiā cadūt eriguntur qui toto corde ſe hūiliāt
Nam omnis qui ſe exaltat humiliabitur et q̄ ſe
humiliat exaltabitur. Vel (erigit eliſos) .i. pctīs
ꝯfractos. Quinto adducit rō ex diuina chari
tate cū dr̄ (dn̄s diligit iuſtos) tāquā mēbra ſua
quoſ in beatitudine locat eterna. Et q꞉ diuina
charitas potiſſime ad deſolatos ſe extēdit ideo
ſubdit ꝛ oñdit quō diligit dicens.

**Dn̄s cuſtodit aduenas pupillū et vidu
am ſuſcipiet: et vias pctōꝝ diſperdet.**

Dn̄s cuſtodit aduenas) .i. p̄egrinos et a ter
ra ſua elongatos. vl̄ eos q̄ ſe in hoc ſeculo re=
cognoſcūt eſſe p̄egrinos dicentes nō habem⁹
hic manentē ciuitatē. q̄ꝫdiu eni ſum⁹ in corp̄e
p̄egrinamur a dn̄o quos dn̄s cuſtodit q꞉ eos
inter tribulatōes p̄tegit ꝛ poſtmodū ad eternā
ſecuritatē p̄ducit (pupillū) p̄entibꝫ priuatū (et
viduā) marito orbatā (ſuſcipiet) in ſuā curā et
p̄tectionē ſpecialē. Vel (pupillū ꝛ viduā) .i. oī
ope et auxilio deſtitutos in hoc ſeculo vt ſpe=
rent in deo (et vias) latas ſpacioſas que ducūt
ad interitū (pctōꝝ) qui hic nr̄am viam artā de
rident. Vel (vias pctōꝝ) .i. pctōres p̄pter vias
ſuas (diſp̄det) ꝛ extermiabit. Exterminata aūt
via pctōꝝ reſtat nobis regnū de quo ſubdit
q꞉ illis p̄euntibꝫ.

**Regnabit dn̄s in ſecula: deus tuus ſy=
on: in generatōe et generationē.**

Regnabit dn̄s) in ſanctis ſuis (in ſeculū) .i.
ineternū q꞉ regni eius nō erit finis ſcꝫ (deus tu
us) o (ſyon) .i. eccl'ia. q. di. ad te p̄tinet o eccl'ia
gaude q꞉ tibi regnabit q꞉ tu eris regnū ei⁹ non
babylonia vide vt tu ſis de ſyon ad tp̄s labo=
rante ꝛ p̄egrinante. ineternū aūt regnatura nō
de babylonia .i. nō de huius ſeculi ciuitate pe
ritura. Deinde declarat qd̄ dixerat in ſecula .i.
(in generatōꝫ) iſtā (et generatōꝫ) venturā .i. ſem
per in oībꝫ generatōibꝫ ſuccedentibꝫ. Orō.

Glorioſe ſpei omp̄s deus in quem beatoꝝ
anime totā ſpei ꝯfidentiā ponūt: ꝯcede nobis
vt adiutorio tuo illuminati valeam⁹ te iugiter
pura mente diligere. Per do.

**Pſalmus de exhortatōne fideliū ad
laudandū deū p̄pter multa beneficia per
eum nobis exhibita. ps. Cxlvi.**

# Laudate dominū

**qm̄ bonus eſt pſalm⁹: deo nr̄o ſit io
cunda decoraqꝫ laudatio.**

Auctor pſalmi p̄pha dd̄. Titul⁹ all'a cuius
vocis interp̄tatio eſt laudate dn̄m. Incipit eni
a laude dei pſalm⁹ et agit de edificatōe ſancte
eccl'ie ꝛ de multis ad edificatōeꝫ fideliū p̄tinen
tibꝫ in quibꝫ oībꝫ laudand⁹ eſt dn̄s. Materia
laus dei ꝛ allegatio rationū laudis hmōi. In=
tentio ad laudē dei monere ꝛ exhortari. Sn̄ia
in generali p̄pha ī iſto pſalmo hortat p̄p'lm ad
laudandū dn̄m p̄pter multa bn̄ficia p̄ eum no
bis exhibita ſubiūgens q̄ꝫ ſup̄bi et ꝯtumaces
incōpoſiti et audaces de viribꝫ ſuis p̄ſumētes
ei nō placent ſed qui eum timent ꝛ in eius mi=
ſcd̄ia ſperant. Sn̄ia in ſpeciali: omnes ꝗ tam
maiores q̄ꝫ minores ad laudem inuitans ait.
(Laudate dn̄m) ſcꝫ oīs de p̄p'lo ꝛ hoc iō (qm̄
bonus eſt pſalm⁹) .i. bona eſt laus dei vbi op̄a
cōſonant voci ſicut pſalm⁹ fit nō ſola voce ſed
in organo manibꝫ voci ꝯcordātibꝫ quoꝝ ope
rum laus nō debꝫ ceſſare etiā intermiſſa vocis

laude. Semp enī laudat qui ſp bene opatur: qui vero male agit blaſphemat. q. d. ideo lau= date qm̄ bonū eſt laudare. hec eſt enī merces tota laudantiū ꝛ nr̄a btītudo. Et qꝛ bonus eſt pſalmus ideo (deo nr̄o) cuius aures nō ad os ſꝫ ad coꝛ: nō ad linguā ſꝫ ad vitam laudatoꝛis patent (ſit iocunda) .i. delectabilis (decoꝛaqꝫ) id eſt pulchꝛa (laudatio) iocunda eſt ſi eſt deco ra .i. vite moꝛibꝰ ſpecioſa que nō eſt in oꝛe pec= catoꝛis q̇ bone cantilene malis obſtrepit mo= ribus. Sic enī deo placens ꝛ decens eſt lau= datio nr̄a ſi cōueniat vita cum doctrina. Vbi Aug⁹. Cum manducas ꝛ bibis pſalle nō in= ter miſcendo ſonos ſꝫ modeſte ꝛ temperate mā ducādo ꝛ bibendo ꝛ gr̄as deo agendo cibus tuus et potus laudat deū. Si vero modū na= ture debitū excedas ꝛ vino te ingurgites ꝛ ſi lin gua laudat vita blaſphemat. Si bene viuis laudas cū agis negociū: laudas cum cibuꝫ et potū capis: laudas cū in lecto requieſcis: lau= das cum doꝛmis plus attendit deus quid vi= uas q̄ꝫ quid ſones. Ideo etiam laudandus eſt deus quia

**Edificans hieruſalē dn̄s: diſperſiones iſrael congregabit.**

Edificās) eſt (dn̄s) .i. edificat in terra ex vi= uis lapidibꝰ (hierl'm) ſpūalem ſcꝫ generalē ec cleſiam cui⁹ ps triūphat in celis et ps militat in terris quā ſic edificat. qꝛ (diſperſiones iſr'l.) ſcꝫ ꝑpl'i chꝛiſtiani ad quē nomē iſrael qui inter ꝑtatur vidēs deū eſt tranſlatū .i. fideles varijs erroꝛibꝰ ſeductos de toto mundo ad ſe reuo= cans (cōgregabit) in eccleſia militante ꝑ fideꝫ et in triumphante ꝑ aptam viſionē. dn̄s hie= ruſalem q̄tidie ſpūaliter edificat qꝛ inceſſan= ter electos ſuos coꝛrigit: caſtigat: iuſtificat: per ficit et in fine ad celeſtē patriā ſubleuat. Qua= drat nos et polit in edificiū eccleſie militantis repoſiturus in ſtructura triūphantis. Edifici um hui⁹ ciuitatis eſt moꝝ coꝛrectio. vite emen datio. ꝑfectus in bonis opibꝰ. ꝑſeuerātia vſqꝫ in finem vt inde edificiū celeſte et ruina ange= lica refoꝛmet̄ vnde oſtendens quomō congre= gat ſubiungit.

**Qui ſanat cōtritos coꝛde: et alligat cō= tritiones eoꝝ.**

Qui ſanat) hic ex pte et in futuro plenarie (cōtritos coꝛde) .i. eos qui offerūt deo ſacrifi= cium ſpūs cōtribulati. Sanat cōtritos coꝛde ſanat hūiliatos: ſanat cōfitentes: ſanat ſeip̄os iudicantes et punientes quoꝝ ꝑfecta ſanitas erit in reſurrectōne iuſtoꝝ qñ abſterget deus omnē lachꝛymā ab oculis eoꝝ (et alligat) mo do .i. curat et refoꝛmat diuina medicina ſcili= cet virtute ſue paſſionis ꝛ ſacramentoꝝ q̄ ſunt aīe medicine (ꝯtritōnes) .i. plagas (eoꝝ) quas eis intulit maligni ſpūs rabies ſeuiens: quas dn̄s alligat guloſis ꝑſimoniā: lubꝛicis conti= nentiam et alijs alia ſuo modo iniūgens ſicut medicus alligat fracturas infirmoꝝ diuerſa emplaſtra ſ'm exigentiā apponens. de quibus adhuc ſubditur.

**Qui numerat multitudinē ſtellaruꝫ: et omnibꝰ eis nomina vocans.**

Qui numerat) .i. diſcernit (multitudinē ſtel larum) .i. electoꝝ ꝛ ſanctoꝝ ex quibꝰ fundata eſt eccleſia q̇ lucent verbo ꝛ exemplo in nocte mundi huius et in ecc'ia ſicut luminaria quos numerat in ſuos qꝛ oēs ſecū regnaturos habꝫ numeratos. Nouit enī dn̄s qui ſunt eius non numerat deus niſi qui in numero eius digni ſunt nam q̇ indignus eſt nec numeratur (et oī= bus eis) numeratis (noīa vocans) et imponit aſcribendo eos iuxta eoꝝ merita in libꝛo vite et eternitate .i. in dei ꝑdeſtinatōne. Electis ſuis noīa vocat qꝛ eos ex noīe nouit. Bonos qui= dem noſcit ꝑ approbatōeꝫ q̄s eligendo nume= rat. malos aūt ꝑ iudiciū repꝛobatōis ignoꝛat de q̄bꝰ alibi dicit̄. deleantur de libꝛo viuentiū et cū iuſtis nō ſcribant̄. Et quid plura dicā.

**Magnus dn̄s noſter et magna virtus eius: et ſapientie eius nō eſt numerus.**

Magnus) eſt (dn̄s nr̄) in ſe quo maioꝛ eſ= ſe nō p̄t qui pꝛincipiū et finē nō habet (et ma= gna virtus eius) in opatione ꝑ quē oīa facta ſunt et ſine quo factū eſt nihil (et ſapientie eius nō eſt numerus) .i. finis qꝛ eſt infinita ꝛ incō= pꝛehenſibilis: nō enī p̄t ab aliquo cōpꝛehen= di vel numerari. Vn̄ apl's admirās ait. O al= titudo ſapientie et ſcientie dei q̄ꝫ incōpꝛehenſi bilia ſunt iudicia eius ꝛ inueſtigabiles vie ei⁹. Bonū eſt aūt vt cōfiteat̄ quis infirmitatē qui vult ꝑuenire ad intelligendā diuinitatē. Cōſo latur enī infirma nr̄a cum ſubiungit.

**Suſcipiens manſuetos dn̄s: hūilians aūt peccatoꝛes vſqꝫ ad terram.**

Suſcipiens) eſt (manſuetos dn̄s) .i. mites et hūiles ad intelligentiā archanoꝝ. Eſto er= go mitis honoꝛa ſcripturā dei nondū tibi ap= tam vt ſuſcipiat te dn̄s ad intelligentiā nō ac= cuſes obſcuritatē ſcripturaꝝ qꝛ voluit vt exer cearis in pulſando vt pulſanti apiret̄. Si aūt reſiſtis aduerſus clauſa dei audi quid ſequit̄. (hūilians aūt peccatoꝛes) .i. immites ꝛ ſuper= bos manſuetis ꝛ humilibꝰ cōtrarios (vſqꝫ ad terram) .i. vt terrena tm̄ ſapiant. qꝛ enī repꝛe=

hendūt et irridēt intelligibilia ſentiūt ⁊ ſapiūt terrena. Suſcipit etiā mãſuetos hic vt ꝓtegat et vt remuneret. pctõres autē humiliat hic vt deijciat ⁊ ibi vt ꝯdemnet. Si ḡ volum⁹ ſuſcipi: ſimus manſueti pulſem⁹ et qd̄ ſequit̄ faciamus.q.d.et vt ſuſcipi valeatis.

**Precinite dn̄o in ꝯfeſſione: pſallite deo noſtro in cythara.**

Precinite) vel incipite.i.canite(dn̄o in ꝯfeſſione) pctõꝝ ⁊ laudis. duplex eſt enī cõfeſſio et vtraq̄ꝫ triplex q2 tam pct̄m q̄ꝫ laudeꝫ debem⁹ ꝯfiteri corde ore ⁊ ope. Tu pmū accuſa deinde deū lauda: poſt ꝯfeſſionē vero ſequat̄ opatio bona vn̄ ſubdit(pſallite) opibꝫ(deo nr̄o in cythara) vbi man⁹ ſequit̄ vocē.i.poſt ꝯfeſſionem opamini vos ip̄os mortificãdo vicijs q2 vocē ꝯfeſſionis comitari debet ꝯſonantia boni opis. Quia enī pſalteriū a ſupiori parte cythara ab inferiori reddit ſonū quaſi in pſalterio ſonū reddim⁹ cum iam in ꝑfectõne vite et virtutibꝫ laborando deū laudam⁹. Quaſi vero in cythara ſonū reddere eſt vitam corrigere carnē domare: lachrymis pctã punire: cor in lamentatõe pnie ꝯterere. Et ideo nõ canite ſꝫ precinite dixit vt ſi deo placere volum⁹ prius voce ꝯfeſſionis apiamus mala que geſſimus et deinde in ope penitẽtie laboremus. fruſtra enī pct̄m detegitur: ſi nõ ꝑ pnie laborē emendatur. pſallite inq̄ꝫ deo.

**Qui operit celum nubibꝫ: et parat terre pluuiam.**

Qui operit celū nubibꝫ ⁊c.) Ad lr̄am memorat opa ꝑ que ptãs dei oſtenditur q2 eleuat nubes ⁊ eis opit celū et celat ab oculis nr̄is et in deſcenſu eaꝝ (parat terre pluuiā) ad fecundandū eam. (producit etiā in montibꝫ fenuꝫ) vt ſit in cibum aialium ⁊ pecoꝝ (et herbā ſeruituti hoim).i.iumentis que hoibꝫ ſeruiunt et preſtant iuuamentū. Vn̄ et ſequitur (Qui dat iumẽtis eſcam ip̄oꝝ) ꝓuidendo eis in vite neceſſarijs (et pullis coruoꝝ) q̄s parentes in tam tenera etate nõ paſcūt (inuocantibꝫ eum) et clamantibꝫ ꝓ deſiderio eſcaꝝ ꝑ naturalē appetitū eis inditum. Pullos enī coruoꝝ ſpeciali ꝓuidentia deus nutrit quibꝫ miro modo ab aere pabulū quadā aura delatuꝫ ad os ꝑuenit qd̄ hiantes ſuſcipiūt et ſic nutriunt̄. dicitur etiā ꝙ muſce ⁊ hmõi nutu diuino circa ora coꝝ volitant quas de facili capiūt et ſic viuūt. Vel potius myſtice ſic accipe (Qui operit celū nubibus).i.ſacrā ſcripturā ⁊ lucē ſue ſapientie ſub obſcuritate verboꝝ poſuit ⁊ quaſi ſub figuris et ſacramentis cõtegit vt ad querendū incitet. Sacre enī ſcripture verba vileſcerent ſi mox vt legunt̄ omnibꝫ paterent. Sed ipſe poſtmodum p̄dicatores ſctõs ordinauit qui eandem obſcuritatē exponendo detegerūt atq̄ꝫ per doctrinā tanq̄ꝫ ꝑ quandā pluuiam terrena et infirma corda rigarent. vnde ſubdit̄ ⁊ inde (parat terre).i.eccleſie ſue ſancte ⁊ auditoribꝫ (pluuiam).i.doctrinā ſpūalem. ad hoc enī obſcura quedaꝫ voluit eſſe in ſcripturis vt ſerui dei haberent quid interp̄tando in aures et corda hoim influerēt. Et q̄d agat pluuia ſubiūgit.

**Qui ꝓducit in montibꝫ fenū: et herbaꝫ ſeruituti hominum.**

Qui ꝓducit).i.naſci facit nõ tm̄ in terra humili ſed etiā (in montibꝫ).i.in excelſis ſeculi et magna dignitate p̄ditis (fenū) et fructū tpalēꝫ quē metant ſeminantes ſpūalia. nõ eſt mirum ſi terra hūilis attulit fructū ſcꝫ vidua que duo minuta miſit in gazophilaciū: ſed hoc fuit mirabilius ꝙ mons attulit fenū ſcꝫ zacheus ille princeps publicanoꝝ. Quanto enī quis in h̄ ſeculo maior eſt tanto plus amat diuitias et tãto magis durus et ſterilis eſt. Dia aūt iſta que eccleſie ad neceſſitatē deo ſeruientiū dantur a diuitibꝫ fenū ſunt. Carnalia enī ſunt et ad tempus apparentia. et ſubiungit quibꝫ ꝓducit.d. (et herbam) ſcꝫ ip̄m fenū (ſeruituti hoim).i.p̄dicatoribꝫ qui ſeruiūt hoibus. ꝑ ſeruitutē enī hoim intelligit̄ officiū p̄dicatoꝝ: debent ergo ſancti viri ab eis corꝑalia ſtipendia ꝑcipere q̇bus ipſi ſtudent ſpūalia ſeminare.

**Qui dat iumentis eſcam ipſoꝝ: et pullis coruoꝝ inuocantibꝫ eum.**

Qui) etiā (dat iumentis) vel pecoribꝫ.i.ſimplicibus eccleſie ſcꝫ gregibꝫ dn̄i (eſcam ipſoꝝ) id eſt diuini verbi pabuluꝫ q2 eos paſcit deus ꝑ hoies qui accipiūt fenum.i.ꝑ p̄dicatores q2 largiuntur eis ſpūalia a quibꝫ metunt carnalia. Magna aūt ſpes tribuit̄ peccatoribꝫ cum ſubinfertur (et) dat eſcam et corꝑalem ⁊ ſpūalem (pullis coruoꝝ).i.filijs peccatoꝝ denigratorum peccatis qui idolis ⁊ demonibꝫ ſeruiebant (inuocantibꝫ eum) et ad eius miſcdiaꝫ recurrentibꝫ. Nõ ſolum enī p̄dicatores et iuſtos paſcit largitas diuina ſed etiā indignos et peccatores tm̄ inuocare deū ne differant. Scriptum eſt enī: prope eſt dn̄s omnibꝫ inuocantibus eum in veritate. cum ait omnibꝫ neminez excludit. Inuocent ergo filij coruoꝝ nõ deſperent q2 a pctõribꝫ p̄ribꝫ deſcenderūt q2 in idolatria errauerūt larga eſt diuina miſcdia parata eſt etiā pctõres ſuſcipe ſi ip̄i nõ deſiſtant humiliter inuocare. Nam tm̄ ſuꝑbis reſiſtit de⁹

humilib⁹ vero dat grãm vñ ꝛ ſubdit.

**Non in foꝛtitudine equi voluntatẽ ha-
bebit: nec in tibiis viri bñplacitũ erit ei.**

Non in foꝛtitudine) vł in potentatu (equi)
id eſt in ſupbia ꝯtumaciũ. ꝑ equũ eni ſupbia
intelligit̃ q̃ in equo altioꝛ incedit homo ꝛ cer-
uix eius vere iudicat ꝯtumaciã (voluntatẽ ha
bebit). i. placitũ collocabit. i. nõ placz ſibi (nec
in tybiis viri). i. in incõpoſito habitu ꝛ inceſſu
audacis ꝛ p̃ſumptuoſi. ꝑ virũ eni audax p̃ſum
ptio notat̃ ꝛ in tybiis inceſſus incõpoſitus (be
neplacitũ erit ei) minus dicit ſcz q̃ nõ placent
et plus intelligit ſcz q̃ diſplicẽt. Nõ g̃ ſe extol
lant hoĩes in ſuis dignitatib⁹ nõ p̃ſumant de
ſuis honoꝛib⁹. nõ eni in ſupbia nec in pꝛeſum
ptione delectat̃ deus. In illis ergo nõ eſt be-
neplacitum deo ſed

**Beneplacitũ eſt dño ſup timẽtes eum:
et in eis qui ſperãt ſup miſcdia eius.**

Beneplacitũ eſt dño ſup timentes eũ) timo
re filiali ꝛ caſto qui vtiq̃ nõ cõfidunt de vir-
tute ſua ſ; diuina (et in eis qui ſperant ſup mi
ſericoꝛdia eius) q̃ nõ p̃ſumunt de ſua iuſticia
ſed de dei miſcdia: nec ꝯfidũt de meritis ſ; de
grã. q. d. bñplacitum eſt dño in his qui timẽt
et ſperant. Timoꝛi ſpem cõiunxit q̃ timoꝛ ſi-
ne ſpe venie nõ valet: nam timoꝛ ſine ſpe non
meritũ ſed penã habet. Ergo ſic time dñm vt
ſperes in miſcdia eius et ab ipſo ad ipm fugi-
as. vis fugere ab irato fuge ad placatũ. Cõſi-
dere peccata tua time q̃ iuſtus eſt: ſed noli de-
ſperare q̃ miſericoꝛs eſt placabis eum ſi ſpe-
res in miſcdia eius atq̃ de cetero ita peccare
caueas vt de p̃teritis depꝛeceris vt tibi dimit-
tat.

Oratio.

Edificatoꝛ celeſtis hierłm deus qui multi-
tudinem ſtellaꝝ et cõcludis numero et nomi-
natim ſingulas vocas: ſana q̃s cõtritos coꝛ
de: diſperſos cõgrega: atq̃ nos innumerabili
ſapientia tua locupleta. Per do.

Pſalmus de inuitatõne eccleſie tri-
umphantis ad laudem diuinam ꝓpter
plura bñficia miſcditer ſibi collata.

ps. Cxlvij.

**Lauda hieruſalem
dñm: lauda deum tuum ſyon.**

Auctoꝛ pſalmi ꝓpheta dauid. Ti-
tulus alleluia aggei et zacharie. Et eſt ſenſus:
hic eſt all'a. i. laus dei. laus dico aggei et zacha
rie de repatione celeſtis hierłm quã illi p̃dixe-
runt et ꝓpterea deũ laudauerũt. Iſti eni ꝓphete
in captiuitate babylonie ꝓphetauerũt repatõz
terrene hierłm in qua intellexerũt ſpũalem re-
ſtaurationẽ celeſtis hierłm et ꝑ ea dñm lauda
uerunt et ꝓpheta dauid ꝑ eadẽ hic deũ laudat
ſicut illi ꝓphete ſub figura laudauerũt. lauda-
tio eni illoꝝ p̃figurabat iſtaz. Et facit iſte pſal
mus in nobis amoꝛẽ future hierłm quã mul-
tipliciter cõmendat vt ſuſpiremus ei et ad illã
venire deſideremus. Materia: inuitatio eccle
ſie triumphantis ad laude diuinã ꝓpter bñfi-
cia diuerſa ſibi collata. Intentio: inducere et
monere fideles ad laudem et hic pura mente
cõuerſari atq̃ digne deo in hac ꝑegrinatione
militare et cõtinue ad celeſtẽ hierłm ꝛ ſyon cũ
deſiderio ad eam veniẽdi ſuſpirare. Snia in
generali ꝓpheta in iſto pſalmo alloquit̃ hieru-
ſalem et ſyon ſupnam ſcz triumphantẽ eccle-
ſiam vt q̃ ſecura iam reddita in ciuib⁹ ſuis eſt
deum iugi exultatõne collaudet: enumeratq̃
quanta ꝓplo ſuo fideli tpe noue legis ac vete-
ris pius miſeratoꝛ indulſerit. Snia in ſpeci
ali: in captiuitate ergo huius ſeculi adhuc cõ
ſtitutus ꝓpheta videns btm̃ ꝓplm eterne hieru
ſalem quaſi ꝯiungens coꝛ ei dicit. (Lauda) o
(hieruſalẽ) celeſtis iam ſecura (dñm) rectoꝛez
tuũ. hoc eni ſolũ eſt continuũ negociũ tuum.
hoc ideo dicit ꝓpheta vt nos modo exultem⁹
in ſpe et deſideremus ipam qui audimus eam
ſic ructantẽ dei laudem ꝛ repetit (lauda deum
tuũ) o (ſyon) celeſtis. eadem eni eſt hierłm ꝛ ſy
on: nam hieruſalẽ interp̃tatur viſio pacis. ſy-
on ſpeculatio vel ꝯtemplatio. et viſio pacis eſt
cõtemplatio chꝛiſti qui eſt pax nr̃a. et ponitur
hic cõtinens ꝑ cõtento. q. d. o habitatoꝛes hie
ruſalem et ſyon laudate dñm deũ veſtrum. Et
ſubdit cauſam laudis

**Qm̃ cõfoꝛtauit ſeras poꝛtarũ tuarum:
benedixit filiis tuis in te.**

Qm̃ ꝯfoꝛtauit) vel ꝯfirmauit nõ tm̃ poſuit
hoc qđ futurũ eſt enũciat quaſi iam tranſactũ
ſit ſolent eni ꝓphis futura ita eſſe cognita quẽ-
admodũ p̃terita (ſeras) vel vectes ꝛ clauſuras
(poꝛtaꝝ tuaꝝ) vectiũ ꝯfirmatõ nõ fit niſi clau
ſis poꝛtis ꝑ hoc g̃ notat clauſam eſſe ianuã ad
miſſis pꝛudentib⁹ ꝛ excluſis fatuis virginib⁹ ꝛ
ideo ſecure tũc laudat q̃ nemo exit vñ dolcat
nemo intrat quẽ timeat q̃ nõ exit inde amic⁹
nec intrat illuc inimic⁹ (et bñdixit) dando mł
tiplicia bona eterna (filiis tuis). ſ. beatis (in te)
extñtib⁹ quos olim ꝑegiſti qui iam q̇eſcũt in te
nec foris ꝑegrinant̃ bñdixit inq̃ ille.

**Qui poſuit fines tuos pacem: et adipe
frumenti ſaciat te.**

Qui poſuit fines tuos pacem) ꝑfecta vt ex

nulla parte poſſis cõcuti ꝛ turbari quicq̃d enĩ in te eſt pace fruit̃ hierl'm q̃ppe viſio pacis eſt. Et in pace illa eſt ſaturitas ꝛ nulla indigentia vñ ſubdit (et adipe).i.medulla (frumẽti).i.pane qui de celo deſcendit ꝛ intima dulcedine ieſu chriſti q̃ dicit ſeipm granũ frumenti (faciat te) plenuſſime ꝑ adipem intelligim⁹ diuinitatẽ cui⁹ ꝯtemplatiõe ſatiabimur quaſi amoto cortice. Carne enĩ clauſus in mũdo ſola fide cognitus eſt tunc aũt videbim⁹ ſicuti eſt ꝛ illa erit ꝑfecta ſaturitas. Vñ alibi ſatiabor cum apparuerit glĩa tua. hec ꝑdicta erunt ibi ſed interim in ꝑegrinatiõe hac dabit nobis iſta q2 ipe eſt.

**Qui emittit eloquiũ ſuũ terre: velociter currit ſermo eius.**

Qui emittit eloquiũ ſuũ terre) ſcȝ qñ verbũ in carne miſit mũdo vt in terra cognoſceret̃ q̃ enĩ olim locut⁹ eſt pãtrib⁹ in ꝓphis nouiſſime locutus eſt nob̃ in filio. Vel (emittit eloquiũ ſuũ terre).i.verbũ euangelicũ qḋ ꝑcepit publicari ꝑ orbẽ terrarũ (velociter currit ſermo) et verbum (eius) q2 chriſt⁹ vel ſermo chriſti cito impleuit mundũ cognitiõe veritatis vel q2 dei ſapientia nõ ceſſat om̃s admonere ꝛ ſmo dei velox ad om̃s venit: oĩb⁹ ſe offert: om̃s admonet etiã neſciẽtib⁹ occurrit. vel q2 velociter implet̃ qḋ dicit ꝛ ꝑcipit ac ſi verbũ eius curreret. Deinde oñdit quis ſit huius verbi effect⁹.d.

**Qui dat niuem ſicut lanam: nebulã ſicut cinerẽ ſpargit.**

Qui dat niuẽ).i.pctõrẽ peccantẽ ex fragilitate ꝛ ad modũ niuis frigidũ ꝛ charitate nõ calentẽ (ſicut lanã).i.admodũ lane calidũ facturus in deveſtẽ q2 pctõres frigidos ꝑ culpã reddit calidos ꝑ grãm ꝛ de eis facit veſtẽ chriſti ſine macula ꝛ ruga (et nebulã).i.nebuloſũ ꝛ obſcurũ peccãtẽ ſcȝ ꝑ ignorãtiã (ſicut cinerẽ ſpargit).i.ſicut vere penitentẽ facit q̃ ſe in cinere et puluere hũiliat. Cinis enĩ ad humilitatẽ ꝛ penitentiã ꝑtinet q2 cinis et ciliciũ ſunt arma penitentiũ.

**Mittit criſtallũ ſuũ ſicut buccellas: ante faciẽ frigoris eius quis ſuſtinebit.**

Mittit criſtallũ ſuũ) que dicit̃ eſſe glacies diu indurata vt reſolui nõ poſſit.i.pctõrẽ obſtinatũ ꝛ ĩ malicia ꝯgelatũ (ſicut buccellas).i.fruſta panis vt incorpet̃ eccl'ie ac incorpet alios et ab eis incorpet̃ eoſq3 v̄bo et exemplo paſcat quaſi panis et reficiat. Talis criſtall⁹ fuit Paulus.mathe⁹.aug⁹. et plures hmõi. Ecce quidã ſunt nix nebula ꝛ criſtallus ꝛ hec deus ſoluit ſed niſi ſoluat (quis ſuſtinebit) vel ſubſiſtet (ante faciẽ) et pñtiã (frigoris) viciorũ ꝛ obſtinatiõis. frigoris dico (eius) ſcȝ dei nõ q2 illud faciat ſed q2 fieri ſinit ſcȝ pctõrẽ deſerendo q.d. ſi nõ vocat pctõrẽ ſi nõ aperit ſenſuȝ ſi nõ infundit grãm ſolui nõ põt etiã ſi velit ſed noli deſperare liberat enĩ grã dei ꝑ ieſum chriſtũ dñm noſtrũ. Unde ſequit̃.

**Emittet verbũ ſuũ et liquefaciet ea: flabit ſpiritus eis et fluent aque.**

Emittet).i.extra mittet dñs pater (v̄bũ ſuũ) id eſt filiũ carne aſſumpta ꝛ ꝑ hoc (liquefaciet ea) ſcȝ niuẽ nebulã ꝛ criſtallũ. v̄bo nanq3 dei veniẽte nec frigus nec obſcuritas nec duricia põt deſperare. aduentus enĩ chriſti oĩa ſupradicta ſoluit ꝛ ſoluta ſpũalis bñficij flucta alijs infundũt vñ ſubdit (flabit ſpũs eius) ſicut calidus auſter ſcȝ ſpũſſctũs in hmõi corda infundendo grãm vt frigus et caligo expellat̃ et qḋ ante durũ erat molle fiat (et fluent aque).ſ.fluẽta doctrine ꝛ grẽ vt inde bibãt alij. Vel (emittet v̄bũ) ꝑdicatõis ꝛ flante ſpiritu (liquefaciet) et diſſoluet (ea) que ſunt ꝯgelata (et fluẽt aque) lachrymarũ reſolutis cordib⁹ ꝯgelatis. Ita vt dictũ eſt myſtice hec ꝑdicta ſane accipiũt̃. Ad litterã vero manifeſta ſunt q2 ſpargit deus niuem quaſi lanã nebulã vt cinerẽ criſtallũ facit vt fruſta candidi panis que magna dei monſtrant opa ſed aliud innuũt myſtice intellecta cius inq3 ſpũs flabit.

**Qui annunciat verbũ ſuũ iacob: iuſticias et iudicia ſua iſrael.**

Qui annũciat verbũ ſuũ) ſcȝ incarnatũ vel verbũ euãgelicũ (iacob) iuniori ſcȝ ꝓpl'o.i.chriſtiano ꝑ iacob ſignificato ꝛ annũciat (iuſticias et iudicia ſua).i.iuſta iudicia ſua (iſrl').i.ꝓpl'o fideli deũ ꝑ fidẽ videnti. idem enĩ ſignificat̃ ꝑ iacob ꝛ ꝑ iſrl' ſcȝ ꝓpl'us fideliũ cui annũciat iuſta ſua iudicia ſcȝ q̄ q̃cq̃d genus humanũ ꝑpeſſum eſt merito ꝑpeſſum eſt ſupbie ꝛ elatõis in deũ ꝛ q̄ nõ tm̃ iniuſti ſed etiã iuſti ꝓ ſuo merito iuſto dei iudicio hic patiunt̃ et q̄ nõ ſuis meritis ſed grã dei liberant̃. Vel (iuſticias) q̃bus iuſtos gratis iuſtificat (et iudicia) q̃b⁹ impenitentes flagellat.

**Non fecit taliter omni nationi: et iudicia ſua nõ manifeſtauit eis.**

Non fecit taliter omni natõni) vel genti ſicut ꝓpl'o huic fideli ſpeciali et electo credenti ei (et iudicia ſua) predicta (nõ manifeſtauit eis) ſcȝ alijs nationibus: non om̃i genti nunciauit deus ſed ſoli nouiſſimo fideli ꝓpl'o in quo ſunt et gentes que iam nõ debent dici gentes ſȝ populus vnus in chriſto. Omnes enĩ credentes in chriſto ipi ſunt in corpe chriſti et ſunt de ſe=

minē abrahe et ſunt in iacob et in iſrael. vnde etiā grati magis eſſe debemus ratione horum beneficioꝝ ſpecialiter nobis exhibitoꝝ. Studeamus ergo ſpūaliter eſſe in iacob ſupplantantes et eradicantes vicia et carnales cōcupiſcentias luctantes et apprehendentes diuinaꝫ miſericordiā atqꝫ eam firmiter retinētes vt mereamur eſſe iſrael id eſt deum videntes atqꝫ ex eius beata viſione valeamus iuſticias et iudicia eius cōprehendere. Uel ad litterā ꝑ iacob et iſrael iudeos accipit quibꝫ per ſe ipm̄ chriſtus verbuꝫ ſuū annunciauit ac iuſticias ⁊ iudicia ſua eis manifeſtauit quod alijs non fecit quia per ſe alijs non predicauit.

Oratio.

Conforta dn̄e portas eccleſie tue ⁊ pone terminis eius pacem eiqꝫ adipem ſpūalis tritici dignanter attribue. Per dn̄m.

Sequenti pſalmo quedam vtilia premittit Auguſtinꝰ dicens. Meditatio vite p̄ntis noſtre in laude dei eſſe debet quia exultatio ſempiterne future vite noſtre laus dei erit et nemo poteſt idoneus fieri vite future qui nō ſe ad illam modo exercuerit. Modo ergo laudamus deum: ſed et rogamus deū. laus noſtra leticiā habet: oratio gemitū. promiſſum eſt nobis aliquid quod nondū habemus: et quia verax eſt qui ꝓmiſit in ſpe gaudemus qꝛ tamen nondū habemus in deſiderio gemimuſ. Laudamus modo in eccleſia oēs quando cōgregamur: cum quiſqꝫ diſcedit ad ꝓpria quaſi ceſſat laudare dn̄m. non ceſſet bene viuere et ſemꝑ laudat deum. Tunc deſinit laudare dn̄m quādo a iuſticia ⁊ ab eo qđ illi placet declinat: nam ſi a vita bona nunq̄ꝫ declinet lingua tacet: vita clamat et aures dei ſunt ad coꝛ eius. Quomodo enim aures noſtre ad voces nr̄as ſic aures dei ad cogitatōnes noſtras. nō poteſt aūt fieri vt habeat mala facta qui habet bonas cogitationes. Totus ergo homo laudet deuꝫ cantet vox: cantet vita: cantent facta. Ecce iſte pſalmus diſtribuit vniuerſam creaturā laudanteꝫ deum et tanq̄ꝫ hortatur vt laudet et quaſi inueniret tacentes laudem dn̄i exhortatꝰ vt ſurgant et laudent. Ait enim.

Pſalmus de inuitatōne omniū creaturarum ad laudandū deū quia ab ipſo omnia ſola voluntate et precepto ſunt creata. pſ. Cxlviij.

Laudate dominū de celis: laudate eum in excelſis.

Auctor pſalmi ꝓpheta dauid. Titulus alleluia aggei et zacharie. Et eſt ſenſus: hic eſt alleluia. i. laus dei. aggei et zacharie. id eſt ꝓ futura liberatōe ꝓ qua predicti ꝓphete laudauerūt. Iſti enī ꝓphete qui in babylonica captiuitate p̄dixerunt liberationē terrene hieruſalem multū nos erigunt ad futuram liberationem celeſtis hierl'm quam ſub illa actuali intellexerūt et ꝑ ea ſpiritaliter laudauerūt vt nos eoꝝ exemplo quaſi huius noſtre peregrinationis babylone cōtempta ſecuri p̄meditemur hic laudeꝫ quā in eternū ſoluemus. Materia: exhortatio creaturaꝝ oīm ad laudandū deum. Intentio: monere ad ꝑſoluendum laudem deo. Sn̄ia in genali: ꝓpheta in iſto pſalmo inuitat oēs creaturas ꝑ paucarum enumerationē ad diuinā laudem. Iſta aūt inuitatio nō eſt niſi quedam demonſtratio ꝙ omnis creatura ad deum laudandū eſt creata. Unde intellectuales creature vt angeli et hoīes laudant ꝑ ſe. Intellectu vero carentes laudant inquantum ex ſe ducunt in cognitionē dei ⁊ per cōſequens ipſius laudem. Et primo ad laudē dei hortatur celeſtia deinde terreſtria. ipſe enī fecit celū et terram et in celeſtibꝫ et in terreſtribus cōtinentur omnia. Sn̄ia in ſpeciali propheta ergo angelis deū laudantibꝫ cōgratulans ait. (Laudate dn̄m de celis). i. o vos creature ⁊ ſubſtantie celeſtes que eſtis de celis et habitatis ī eis ſcꝫ angeli q̄ in celo empirreo facti eſtis. Nō p̄cipit vel monet angelos hoc facere ſed aggratulatur eis hoc facientibꝫ qꝛ placet ſibi quod faciunt et leuato corde cum illis eſt in ſpe ſicut aliquibꝫ bene oꝑantibꝫ applaudentes dicimus facite facite. Sed quia nō omnes in loco originis remanſerūt addit (laudate eum) qui eſtis (in excelſis) et in eminentia veſtre beatitudinis vbi ꝑ gratiā ꝑſtitiſtis. Deinde magis ſpāliter exprimit ⁊ ſe exponit. d.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum oēs angeli (eius). i. nuncij diuine volūtatis ad annunciandū eam a deo deputati. et eoſdeꝫ ſub alio noīe exhortans dicit (laudate eum omnes virtutes) et exercitus (eius) id eſt ipi angeli ad exercendas oꝑationes mirabiles cōſtituti. Uirtutes qn̄qꝫ ꝑ vno ordine ponitur ſed hic generale nomē eſt oīm celeſtium ſpirituū qui etiā angeli dicuntur dū in miniſteriū mittuntur. Hucuſqꝫ de inuiſibilibus egit a quibꝫ tanq̄ꝫ a dignioribus incepit deinde tranſit ad viſibilia que minus ſunt digna dicens.

Laudate eum ſol et luna: laudate eum

**Omnes ſtelle et lumen.**

Laudate eum ſol) ſcꝫ luminare maius (et
luna) luminare minus (laudate eū omnes ſtel
le) ſcꝫ luminaria minora in apparentia. Sol ꝛ
luna et ſtelle deum laudant in eo ꝙ a ſuo offi-
cio ꝛ ſeruicio nō recedunt. ſeruicium enī ipoꝝ
laus dei eſt. (et lumen). i. effectus corporū lu-
minoſorum. q. d. illa laudent nō ſolum in ſe ſꝫ
etiā in effectu. vel per lumen generaliter acci-
pit omne quod lucet et oīa lumen habentia
que dinumerari nō poſſunt.

**Laudate eum celi celoꝝ: et aque omnes
que ſuꝑ celos ſunt laudent nomē dnī.**

Laudate eum celi celoꝝ.) pluraliter dicit qꝛ
plures ſunt celi ſcꝫ aereum: ſidereum: criſtalli-
num: empirreum. Uel (celi celoꝝ.) i. celuꝫ em-
pirreum vbi eſt manſio beatoꝝ. Et qꝛ manſi-
ones ibi ſunt multe ideo hic dicitur celi in plu
rali et celum celoꝝ. qꝛ eſt ſuꝑ omnes celos ali-
os (et aque que ſuꝑ celos) ſcꝫ aereos (ſunt) ſcꝫ
in nubibꝫ que diuiſe ſunt ab his que ſunt ſub
firmamento. Uel celum criſtallinū quod dici
tur aqueum nō ꝓpter naturā aque ſed ꝑſpicuū
eſt vt aqua. ſicut celum empirreū dicitur a pir
quod eſt ignis nō ꝙ ſit igneum natura ſꝫ quia
lucidū eſt vt ignis. Aquas que ſuꝑ celos ſunt
ideo deus ibi creauit vt eaꝝ frigiditate tempe-
retur feruor generatus ex motu firmamēti ne
inferiora deſtruantur. vnde dicit Beda ꝙ gla
ciali ſoliditate in more criſtalli ſuꝑ firmamen
tum aque ſunt ſuſpenſe et dicte ſunt celuꝫ cri-
ſtallinum ꝓpter ſilitudineꝫ cum aqua in dya-
phanitate. qꝛ (laudent nomē dnī) rōne creatio
nis ſue. hec ꝑ ſe deum nō laudant ſed ſunt no
bis materia laudandi deū. ꝯſtrinxit ꝛ cōcluſit
celeſtia deū laudantia ꝛ ſubiungit quare illuꝫ
laudent dicens.

**Quia ipſe dixit et facta ſunt: ipſe man-
dauit et creata ſunt.**

Quia ipſe) dnſ (dixit). i. voluit. ſuū enī di-
cere eſt velle (et facta ſunt) ꝑ verbum ſuuꝫ ꝓut
voluit (ipſe mandauit) verbo ſuo. i. ꝑcepit fie-
ri (et creata ſunt) de nihilo. q. d. merito hec oīa
laudant deū qui fecit ea qꝛ ſola volūtate et pre
cepto creauit oīa. Nulla virtus maior nul-
la laus ſublimior: dei iuſſiſſe feciſſe eſt: vna na
tura iubet et facit. deus iubet: deus facit: ꝑ ver
bum. i. ꝑ chriſtū iſta creata ſunt. nemo enī di-
cit: nemo mandat niſi verbo. Et

**Statuit ea in ſeculū et in ſeculū ſeculi:
preceptū poſuit et nō ꝑteribit.**

Statuit). i. ſtabiliter ordinauit ea ſcꝫ ange-
los virtutes omnes: omnia celeſtia: oīa ſu-
periora ciuitatem ſuꝑnam bonā ſanctam bea
tam in locis ſuis et ordinibꝫ. (in ſeculum et in
ſeculū ſeculi). i. ineternuꝫ manſura: ſaltem ſcḋm
ſubſtantiā qꝛ et ſi preterit huius mundi figu-
ra nō tn̄ ſubſtantia (ꝑceptū poſuit). i. legē et cō
ditionē ac ordinē intranſgreſſibilē eis impo-
ſuit vt ei obediāt ꝛ eum laudent hoc enim erit
negociū coꝝ. ſemꝑ laudare dnm (et nō preteri
bit quin fiat ſed fixū et ꝑmanens erit laudant
enim omnia vel in ſe vel in alijs. Grandis ho
minis honor ꝛ grandis infelicitas aſtra ꝛ ele-
menta homini ſeruiūt ꝛ ipe creatorē ſuū igno
rat. Totus mundus deo obedit ꝛ ꝑceptuꝫ dei
meminit ꝛ homo ſolus nō meminit. O infelix
hoim genus. Deinde poſtquā dixit de laudi-
bus celeſtiū ꝯuertit ſe ad terrena ꝛ ait.

**Laudate dnm de terra: dracones ꝛ oēs
abyſſi.**

Laudate dnm) o vos creature que eſtis (de
terra) vel in terra in quo hortat̄ nos vt ꝯſide-
ratione coꝝ que ſunt in terra laudemꝰ deū que
conſiderata aperiūt dei laudē ſcꝫ (dracones) q̄
in cauernis terre circa aquas manent ꝛ ꝓcedū-
tes de ſpeluncis in aere ferunt̄ et aer ꝑ eos cō-
citatur quibꝫ nō ſunt maiora animantia ſuper
terrā ꝛ ideo ab eis cepit. ꝑ dracones etiā cethe
grandia que in abyſſis aquarū habitant intel
ligunt̄ (et oēs abyſſi). i. ꝓfunditates aquarū
que latent in viſceribꝫ terre ꝛ maria omnia ꝛ ꝑ
hoc notat elementū aque.

**Ignis grando nix glacies ſpiritus ꝓcel
larum: que faciūt verbū eius.**

Ignis) et ꝑ hoc notat elementū ignis. grā-
do qui fit in ſuꝑiori parte aeris (nix) in media
(glacies) in inferiori (ſpiritus ꝓcellarū). i. ven
tus tempeſtatū qui ꝓcellas facit in mari lau-
dent nomen dnī et ꝑ iſta quatuor tangit̄ elemē
tum aeris (que faciunt verbū eius). i. obediūt
ſermoni ꝛ ꝑcepto dei faciendo id ad qḋ ex di-
uina inſtitutōe ordinant̄ qꝛ ꝟbo dei omni mo
tu ſuo deſeruiūt. Quicq̄d hic acciderit nō niſi
de voluntate dei accidit et ſi nō intelligimꝰ q̄d
quare fiat demus hoc ꝓuidētie dei qꝛ nō fit ſi
ne cauſa et non blaſphemabimꝰ. Erubeſce o
homo omnia que videmꝰ in mūdo nobis ſer
uiunt ꝛ faciūt verbū eius ꝛ tu nō facis.

**Montes et omnes colles: ligna fructi-
fera et omnes cedri.**

Montes) ſcꝫ maiores eleuationes terre (et
oēs colles) ſcꝫ minores montes et eleuatiōes
et ꝑ hoc notat̄ elementū terre (ligna fructifera
et oēs cedri) laudent nomē dnī hec enī ꝑ fru-
ctum hec vero ꝑ magnitudinē mittunt factori

laudationē. hec omnia habent locū et ordinē
ſuū et ꝓ modo ſuo implent vniuerſitatis deco
rem et ſic laudant deū. Jpa ergo .i. nos ex cōſi
deratione coꝝ hortaꝛ laudare dn̄m.

**Beſtie et vniuerſa pecora: ſerpentes et
volucres pennate.**

Beſtie) .i. animalia ſiluestria (et vniuerſa pe
cora) ſcꝫ domeſtica vel beſtie .ſ. maiores (et vni
uerſa pecora) ſcꝫ minora (ſerpentes) .i. anima=
lia reptantia (et volucres pēnate) .i. animata ꝑ
aerē ſe mouentia laudent nomen dn̄i. Omia
iſta inuitanꝛ ad laudeꝫ dei et ipm̄ laudant in=
quantū in eis relucet bonitas diuina ⁊ cū cō=
ſiderata pariūt laudē dei ⁊ ſunt materia laudiſ
intelligibilibꝯ creaturis et hortanꝛ nos vt coꝝ
conſideratiōe deū laudemꝰ. Omnia laudant
dn̄m q2 omnia ſtant in ordine ſuo et nihil mu
tat naturā ſuā abſqꝫ ſolo hoīe cui omnia ſunt
ſubiecta ⁊ cuiꝰ cauſa ſunt facta. Deīde ad infe
riores rōales creaturas ſcꝫ ad hoīes venit. d.

**Reges terre et om̄es ꝑpl'i: principes et
omnes iudices terre.**

Reges terre) ſcꝫ maiores ⁊ p̄ſidentes (et om̄es
ꝑpl'i) ſcꝫ minores et ſubditi (ꝓncipes) q̄ dn̄anꝛ
ſub regibꝯ (et om̄s iudices terre) a regibꝯ ⁊ prin
cipibꝯ ad determinandū cauſas hoc eſt om̄is
cōditio et cuiuſcūqꝫ ordinis hoīes ſcꝫ laudent
nomen dn̄i. Attende o homo qui tibi grandiſ
videris q2 poſt beſtias ⁊ vniuerſa de te dr̄ et ni
hilominꝰ recole q2 pꝰ oīa es factꝰ de limo t̄re.

**Juuenes et virgines ſenes cum iunio
ribus laudēt nomen dn̄i: q2 exaltatū eſt
nomen eius ſolius.**

Juuenes et virgines ſenes cum iunioribꝯ)
id eſt de omni ſexu ⁊ omni etate hoīes (laudēt
